R/29
350
IIII

Sanctorum
per totum annum

impresso ā 3. marzo 1488

BIBLIOTECA
Pere Marés Oriol



Sermones de Saint Vicens
1488

R.478522

Sermo · S · Vincētij

Ad Reuerēdū patrē fratrē Ludoicū calabrū ordinis predicatoꝝ in vtraqꝫ
lombardia uicariū generalē: fratris Pauli ſonciatis ī ſmões btī vicētij epl'a.

Cum nuꝑ Mꝉum veniſſem offendi nō abſqꝫ vehemēti cū gaudio: tū oblectatōe
ꝑſtantis illas diui Uincentij ſapiētis: itē ꝛ ſciſſimi viri declamatiões quas ad
populū dū eſſet in viuis hēbat: caſtigatas docte: ſapiēter: ornate (nā erāt ſcrip
toꝝ inſcitia ꝛ corrupte vehemēter ac deꝑuate) traditaſqꝫ īpreſſorib⁹ ut ī luceꝫ
venirēt. Qua rei dignitate cōmot⁹ qn ad te ſcriberē efficē ꝑfecto nō potui. exi
ſtimās īcredibilē maximāqꝫ te hīc voluptatē aſſecutuꝝ. Nihil enī ab īeūte eta
te antiquius unq̄ duxiſti: ꝙ ſis īgenti aīo ꝛ excelſo: q̄ ea oīa facē: obire: ſentire:
q̄ nō ad tuēdā mō: veꝝ ad amplificādā: illuſtrādāqꝫ dignitatē hui⁹ rei pu. nr̄e
ītellexēis ꝑfutura. Quis te religiōis amātior? Quis iuſtior? Quis te orōnib⁹:
vigilijs: ꝑegrinationib⁹ āncellat. nēo ē pr̄ optie ludouice: ut merito illā Ciri pſa
rū regis laudē ꝯſequare: q dicere ſolit⁹ erat (ſi plutarcho credim⁹ cheronēſi)
neminē bene impatuꝝ q ſubditis nō eſſꝫ melior. Ita namqꝫ felici fauſtoqꝫ hoc
tuo ſub uicariatu patrū ac religionis ſuāte ſūt leges: cerimonie: inſtituta: ita
litteraꝝ ac ſtudioꝝ penes diuinū illō cor tuū valuit rō: ut nihil deeſſe nobis
exiſtimē quod ad bene btēqꝫ viuendū excogitari queat. Moderaris enī: regis
atqꝫ gubernas nr̄ates iſtos ꝯuētus: quos tum ī gallia ciſalpīa: tū ī Flāminia:
tū in piceno: tū in tuſcis habem⁹. Regis inq̄ ſapienter: magnifice: ac hūane:
tanta eſt ṽtus tua: ſanctimonia: eruditio: grauitas: atqꝫ ꝯſiliū qb⁹ vincentiuꝫ
nr̄um quoad potes imitari nō ceſſas. Nat⁹ eſt vincenti⁹ in hiſpania que īnume
rabiles: ꝛ ſāctiſſimos: ꝛ īꝑatores: ꝛ ſapiētiſſimos viros admirabili cū ſplēdore
romā aduexit. Ex hyſpania ꝑfecti ſūt theodoſij duo: ex hyſpania Traiāus: Ar
chadi⁹: Adrian⁹: honori⁹: ſub quo mꝉi Claudian⁹ poeta grece latineqꝫ erudi
tiſſim⁹ meruit. Ex hiſpania quint⁹ fabi⁹ maxim⁹. Quītilian⁹: Seneca: Lucan⁹
Aueroys q in oēs Ariſtotelis libros nō min⁹ ornate q̄ ſapienter eſt cōmenta
tus. Ex hiſpāia celeſtis ille Dn̄icus parēs nr̄: cui⁹ admirandā īcredibilēqꝫ ſci
moniā imitatur⁹ vincenti⁹ p̄dicatoꝝ regulā ꝑfitet: ꝛ adeo caſte: ītegre: illiba
te: minutiſſima queqꝫ ſuauit: ut ſcōꝝ numero ꝑ meritis ſit aſcript⁹. Proficiſce
bat vero dum ageret in hūanis more dn̄i Jeſu ꝑ caſtella: ꝑ urbes. famē: ſitiꝫ:
eſtū: laborē: inediā. nedū patiētiſſime ſꝫ ꝑiocūde ꝛ alacriter ferēs. mō infelices
īfortunatoſqꝫ hoīes illos q hūanaꝝ reꝝ uoluptatib⁹ ꝛ amore pellecti infandis
ſe criminib⁹ omniqꝫ d̄decori aſcripſiſſēt ab īpura: teterrīa: obſcuraqꝫ mēte ad
dn̄i r̄dēptōis grāꝫ ꝛ bēiuolētiā euocāet. Quot iſr̄ꝉitas: quot mauetāos: īpuriſſi
mū hoīuꝫ gen⁹: dū galliā: germaniā: hyſpaniāqꝫ ꝑagraret ijs d̄clamatōib⁹ ſuis
ad xp̄i fidē ꝯṽtit. Nā ubi laude op⁹ fuit ut ē ī viroꝝ illuſtriū natalicijs. q̄les apl'i
ꝓphe: martires: pr̄iarche: ꝯfeſſores: ṽgineſqꝫ fuerūt: qs eo lautior? qs copioſi
or? qs uberior? Inerat p̄terea Uincentio admirabilis q̄dā noticia ſcripturaꝝ:
ꝑhoꝝ ṽo familiaritas tāta: ut de rebus oībus ꝛ nālibus ꝛ diuinis grauiter poſ
ſet ornateqꝫ dicē. Ad te igit ſapientiſſimū viꝝ ꝑficiſcit vincenti⁹ nr̄ queꝫ ut
iocunde ſuſcipias ēt atqꝫ ēt oro. Uale mꝉi pridie kl' martias.

Euãgelici ꝛ apoſtolici viri: vita ſignis
ꝛ doctrina clariſſimi Sancti vincen
tii valentini alini ordinis predicatorũ
in ſanctorum ſolemnitatibꝰ ꝑ annum
ſaluberrimi ſermones diligentiſſime
emendati feliciter incipiunt. Ad hono
rem domini nr̃i Jh̃u chriſti.

¶ In feſto ſancti Andree apoſtoli.

D
Jues in oẽs q̃ inuo
cãt illum. hr̃ ṽbuꝫ
iſtud origiãliter ad
ro .10. ꝛ recitatum
eſt ĩ epl'a p̄ſentis ſo
lẽnitatis. Sicut fe
ſtũ ꝛ ſolennitas ho
dierna tota ẽ beati
andree apl'i ẽt ꝛ nr̃ ſmo. ꝛ habebimꝰ
multas bonas doctrinas ꝛ pro noſtra
bona inſtructione ꝛ aĩarũ ſalute. Sed
prio ſalutet ṽgo maria. Jſtud verbuꝫ
ſcribit̃ in epl'a hodierna de beato an
drea. ꝛ dicit q̄ b. andreas ẽ diues in
oẽs qui inuocãt illũ. i. intus in corde
vocant eũ. Pro meliori declaratione
huius ṽbi ꝛ introductione mãe volo
hic declarare vnaꝫ antiq̃ q̄õnem que
fuit inter ph̃os marie ſtoychos ꝛ theo
logos. ſ. que ſunt illa per que hõ vere
põt dici diues. huic q̄õni fuit rñſuꝫ tri
pliciter ſm̃ tres opiniones. Pria fuit
antiquoꝝ ph̃orum dicentiuꝫ q̄ diuitie
artificiales faciũt hominẽ diuitẽ que
ſunt moneta de auro uel argento que
arte hũana ſunt ĩuẽte ꝛ facte: q2 a p̃n
cipio mũdi nõ erant monete ſed gẽteſ
ꝑmutabant vnũ pro alio ꝛ ſic viuebãt
ſicut bladũ pro vino uel oleo ꝛ ecõuer
ſo. lanaꝫ pro carne: agꝝ ꝑ domo. ꝛ vi
uebãt groſſo mõ. Jſto mõ patriarcha
Jacob emit agꝝ a filijs emor c. agniſ.
geñ. 33. Sꝫ pꝰ ex arte ĩgẽio ꝛ ſbtilitate
hoĩnũ ſũt ĩuẽta mõeta auri l' argẽti iõ
dñt artificiales. dicebãt ergo illi phi q̄
hr̃e multas pecunias ẽ eẽ diuitẽ rõ eſt
q2 cum ill' homo hꝫ oĩa abundanter.
pecunie obediunt oĩa. eccl'iaſtes. x. Sꝫ
iſta opinio eſt falſa ut ꝓbabo etiã per
regulã phye. d. ab extrĩſeco nõ fit uera
ꝛ abſoluta denoĩatio. verbi gratia de
famelico hñte ante ſe mẽſam opulẽtã
ꝛ plenã eſcis niſi comedat nõ dr̃ ſatia
tus q2 ab extrinſeco ꝛc. Nõ diuitie ar
tificiales cõſiſtũt ĩn capſa uel in burſa
ideo nõ ſatiant q2 nõ intrant intꝰ ĩ cor
de ubi eſt fames. ſꝫ ſi poſſent potari liq̃
facte tũc ſatiarẽt. ſꝫ ſicut epule nõ ſati
ant mẽſam nec eſurientẽ niſi comedat
ſic diuitie nõ ſatiãt capſam vl' burſam
quã implent nec faciunt diuitẽ hoĩem
q2 ab extrĩſeco ꝛc. ſicut ego non dicor
pranſus de prandio alterꝰ nec albꝰ ẽ
albedine alterius nec magnus de ma
gnitudine alterius nec pulcer de pul
critudine alterius ꝛc. Ecce rõ clara. ꝛ
concordat ſcriptura. d. de quodam ho
mine habẽte pecuniaſ. ꝓ. 13. Eſt qua
ſi diues cũ nihil habeat. ſupple intra ſe.
Pꝫ q̄ pria opinio non eſt ṽa. ſ. q̄ ex mo
neta artificiali non dicitur hõ uere di
ues lꝫ multi etiaꝫ hodie ſint iſtius opi
nionis. Alij aũt volentes corrigere ꝑ
mam opinionẽ dicunt q̄ diuitie natu
rales faciunt hominẽ vere diuitẽ. diui
tie naturales dicũtur. que nõ arte hu
mana inuente ſunt. ſed nãliter fiũt vt
bladum. vinum. oleũ. poſſeſſiones. ꝛ
huiuſmodi dicũt q̄ iſte diuitie faciũt
diuitẽ hoĩem. Sed iſta opynio eſt etiã
fl'a nõ ſolũ per theologiaꝫ ſed etiã per
regulã phie. d. q̄ nulla res natural' ſi
mul in eodẽ tempore inducit effectus
ꝯrios: q2 nulla res ſimil' calefacit ꝛ fri
gefacit nulla res ſimul ĩducit ſanitatẽ
ꝛ ĩfirmitatẽ vel leticiã ꝛ triſtitiã: Nõ
diuitie nãles cã ſunt ĩdigentie ergo nõ
ſunt diuitie cã quia effectꝰ ſunt ꝯrij:
Si eñi habetiſ agrum oꝫ habeꝛ aĩalia
ad arandum ꝛ ſtabulum pro aĩalibꝰ
ꝛ paleas ꝛ annonã Jtẽ aratꝝ vomerẽ



Iſte liber [illegible] carthuſianorum

R.478522

ſemen.ſacū.falcē areā;.triturare.fur
chas.granariū.molēdinū.Impaſtare
furnū.Ecce quot indigentie trahūt ſe
cū diuitie nāles.Itē ſi hētis vineā; o;
ēt hr̄e ligna.falzōes.tinazios.vegetes
celariū.portas.claues. Ecce quot idi
gētie.Qui ſi hab; vineā eſt liber.Ite;
ſi habetis gregē.o; ꝙ hēatis terrā vbi
paſcant.paſtores.tonſores lauēt lanā
ꝛ tōdeāt.Si ergo nulla res nālis eſt
ſimul cū ꝯrioꝝ ꝛ diuitie nāles ꝛc̄.er
go res nāles non faciūt diuitē Et con
cordat ſcriptura.pꝰ.13.d.eſt qī paup
cum in multis diuitijs ſit.ſuple nālibꝰ
Cōtra iſtas opiniones ſūt q̄tuor rōes.
pria ē iſta Nullꝰ d; dici verꝰ diues qꝛ
tractet multas pecunias de qbus ipſe
nō eſt dn̄s ſicut nec famulꝰ fenerato
ris.qꝛ fenerator eſt dn̄s pecuniarū.
Ita diuites de diuitijs artificialibꝰ ſi
ue nālibus nō ſūt dn̄i.nec debēt diui
tes denominari.ſed famuli. ꝛ admini
ſtratores:qꝛ xp̄s ē dn̄s cui redder̄ hn̄t
ꝯputū.1.cor.4 Sic nos exiſtimet hō ut
miniſtros xp̄i ꝛ diſpēſatores Secūda rō
eſt qꝛ nunq̄ꝫ portator qui portat onꝰ ō
plis ꝛ precioſiſſimis iocalibꝰ d; voca
ri dn̄s.nō.qꝛ oīa ſūt xp̄i cui dic̄ eccl̄a.
O admirabile cōmertiū.i.mercanda
ria dare ſanguinē ꝛc̄.Et vobis q hētis
diuitias artificiales vel nāles cōmiſit
onꝰ portādi uſq; ad portā pallatij.ſ.uſ
q; ad mortē dans uobis ꝓ ſalario por
tꝰ duos ſolidos.ſ.victū ꝛ veſtitum ꝛ
vos portatis onꝰ.iō dr̄ de abraā;.Gen̄
13.Erat āt abraam diues valō.Dicūt
ebrei.Erat aute; abraā grauis valde
Qui eni; portat onꝰ auri ꝛ argēti.por
titor eſt. ꝛ qui plus abundat.maius
onus portat vt rex vel papa Tertia rō
eſt.Nullꝰ debet dici diues de illo in
quo nihil habet.licet homo videatur
habere.diuitie cuius ſunt?nō tue ſed
mundi.patet per exēplū de cane ſequē
te duos homines ſimul.ſed in biuio
altero dimiſſo ſequitur dn̄m ſuum. ꝛ
tunc cognoſcitur cuius eſt canis.Ita
modo.homo ꝛ mundus ſimul vadant
in ſocietate ꝛ canis.ſ.diuitie ſequun
tur ꝛ ignorantur cuius ſunt.Sed in
receſſu quādo homo per mortem rece
dit a mundo diuitie dōinū ſuū ſequū
tur.ſ.mūdum ꝛ in ipſo remanēt.ergo
ex diuitijs alterius nullus deb; dici di
ues.Quarta ratio eſt qꝛ nullus deb;
dici diues eo quia ſomniat hr̄e diuitias
magnas.ſicut qui ſomniat ꝙ eſt papa
vel rex.ſed quando excitatur inuenit
ſe nudu; in lecto inter paleas Ita de
iſto mūdo.nam pn̄s vita non eſt niſi
ſomnium.papa.n.ſomniat ꝙ eſt papa
ꝛ ꝙ dat beneficia. Sed quādo excita
bitur per morte;.ꝛ anima aperiet ocu
los inueniet ſe ſolum.Idē de rege ꝛc̄.
ſed quando excitabitur non inueniet
coronam ergo ex ſomno niſi inter ſtul
tos nullꝰ d; dici diues.auctas ꝑs.dor
mierunt ſōnū ſuū ꝛ nih inuenerūt om
nes viri diuitiarū in manibꝰ ſuis.non
vocat eos diuites ſed viros diuitiarū
Tertia opinio vel veriꝰ ſcia certa eſt
ꝙ virtutes.opera meritoria.ꝛ ſancta
vita faciunt hominē diuitem.ſ.humi
litas caſtitas.caritas.ꝛc̄.ratio quia ī
trant intus.humilitas enim nō eſt in
archa ſeu burſa.ſed intus in anima cō
ſiſtit nec multiplicat indigentiam ymo
diminuit Idem de virtute caſtitatis
ꝛ liberalitatis ꝛ ſic de alijs.Patet er
go ꝙ ſolum virtutes faciunt homine;
vere diuitem in hoc mūdo ꝛ etiam in
alio:quia quādo homo moritur portat
ſecum iſtum theſaurū ꝛ iſta eſt vera
opinio ꝛ determīatio qōnis.Ideo gre
go.improbatis duabus primis rationi
bus vel opinionibꝰ cōcludendo dicit.
Ergo fratres ſi vere diuites eſſe cupi
tis veras diuitias amate.Sole diuitie
vere ſunt que nos virtutibus diuites
efficiunt que mentem ſatiant quas ſe

cū cōſcia portat vt ī ppetuū diues fiat
Cū ergo beatꝰ andreas fuerit virtuo
ſus ⁊ cū v̄tute morali ⁊ theologali. iō
dicit thema de eo. diues ē in oēs qui ī
uocant illū ⁊c. De ſuis virtutibꝰ vo
bis dicā aliquas de qbus recipere po
terimus edificatōēʒ bonā pro vita no
ſtra. ⁊ dicā ſex virtutes quas īueni ī
euāgelijs ⁊ in legenda ſua.
Prima eſt ſancta diligentia.
Secunda eſt prompta obedientia.
Tertia eſt firma confidentia.
Quarta eſt fructuoſa ſapientia
Quinta eſt rigoroſa penitentia
Sexta eſt virtuoſa patientia.
Ex iſtis. b. ādreas ſingl'r dr̄ diues. iō
dicit thema diues eſt ⁊c. Dico p̄io ꝙ
b. andreas fuit diues ꝑ vnā ſingularē
virtutē que dicit̄ ſancta diligētia que
eſt qn̄ hō curat non ſoluʒ de factis tē
poralibus. ſed magis de ſpūalibus. qꝛ
taliter debēt fieri negotia tpalia ne ꝯ
ſerātur ſpūalia. Ita fecit beatꝰ andre
as. Dicat̄ quō fuit paup piſcator ipē ⁊
frater eius. b. Petrus hn̄tes vxores ⁊
filios et piſcabātur ī mari galilee. tūc
tpis. b. Johes exiuit, ꝯ deſerto vbi ſte
terat. 25. ānis ī magna pnīa et auſteri
tate veſtitus de pilis cameloꝝ qui ex
reuelatiōe ſpūs ſancti p̄dicabat dicēs
ꝙ meſſias erat natus dicens medius
veſtrū ſtetit quē vos neſcitis. ⁊c. hec
audiens beatus Andr. fecit ſe diſcipu
luʒ beati Joānis vt pʒ Jo. p̄. ⁊ ſecun
dū conſiliū Joannis ordinauit vitam
ſuā faciebat. n. tres partes de nocte.
⁊ tres ꝯ die. ī prima parte noctis ora
bat di. qd̄ ſcriptuʒ ē in p̄s. 79. Excita
potentiaʒ tuā ⁊ veni vt ſaluos facias
nos deus virtutum conuerte nos. ⁊
oſtende faciem tuam. ⁊ ſalui erimus.
Secundā partem noctis expendebat
in neceſſitate nāe dormiendo. tertiā
partē in labore piſcando vt ꝓuideret
domui: qꝛ nullus debet deſerere vxo
rem nec filios. vt ſeruiat dn̄o. In pri
ma autē hora diei ibat ad ſermonem
beati Joh. ⁊ cū magna deuotione au
diebat. ⁊ poſt ibat ad prandiū. deinde
curabat de domo ita erat diligēs ꝙ ꝓ
tpalibus nō dimittebat ſpūalia nec e
cōuerſo. Sicut multi maledicti ſunt.
qui totā curā ponūt in rebus tpalibus
hec oportuit facere ⁊ iſta ṅ omittere
Mat. 23. Ex iſta diligentia xp̄s fecit ſi
bi grām ꝙ fuit prius eius diſcipulus.
vn̄ cum ſemel eſſet cū Johe dicens o
pater. ⁊ qn̄ oſ̄ndetis nobis meſſiam. Et
Joh. in breui oſ̄ndam vobis Cū eniʒ ſe
mel. b. Jo. predicaret. xp̄s ſolus. qꝛ ad
huc nō habebat diſcipulos tranſiuit.
ſpūs ſanctꝰ reuelauit Joh. ꝙ ille erat
miſſias tūs Jo. cepit clamare alta vo
ce. Ecce agnꝰ dei. Ecce q tollit pecca
ta mūdi ⁊ digito oſ̄ndebat. Xp̄s diſſimu
labat fingens ſe non audire. Cogitate
qn̄o totus populus ſurrexit volens eū
videre. Et quādo Judei viderunt euʒ
pauperēʒ qui expectabāt. ⁊ etiaʒ nunc
expectant meſſiā venturuʒ in magno
faſtu. ⁊c. Aliqui dixerunt nolumus
hūc regnare ſuper nos. De omni illa
multitudine nullus fuit cōuerſus niſi
duo. ſ. And. aliꝰ de certo neſcitur ſed
opinatur ꝙ ſit Joh. euangeliſta qui ſe
quuti ſunt xp̄um recepto cōſilio a Jo.
baptiſta dicētes ꝙ volebant ſeq meſ
ſiam ⁊ placuit Joh. dicenti Me oʒ mi
nui illū autem creſcere Jo. 3. ⁊ iuerūt
poſt xp̄m. ⁊ conuerſus ad eos xp̄us di
xit qd q̄ritis Rn̄dit. b. Andreas. Ra
bi. vbi habitas? ⁊ xp̄s veni ⁊ vide. Ec
ce quāta diligētia ⁊ fuit verificatuʒ il
lud verbū chriſti di. Math. 7. Omnis
qui petit accipit. Item plus ex quo. b.
Andreas inuenit chriſtū non fuit con
tentus. ſed queſiuit fratrem ſuum pe
trū cui dixit. Inuenimus meſſiaʒ. qui
dicitur chriſtus. ⁊ duxit eum ad chri
ſtum. Nota ꝙ prius fuit diſcipulꝰ chri

ſti andre. ꝙ̄ Petrus. Moraľr hic habe
tis exemplū. non inuoluere ſe in nego
tijs mūdi nec ī diuitijs. quia falſe ſūt.
ſ₃ ſolū laborare pro neceſſitate dom⁹.
⁊ curare de ſpūalibus querendo chri
ſtum orando. audiendo miſſas. ſermo
nes ⁊c̄. ⁊ nō contentari de ſua ſalute.
ſed trahere alios ad chriſtū vir ſi ſit ď
uotus dulciter trahat vxorē ad deuo
tōe₃ ⁊ ecōv̄ſo. ⁊ ſic ď alijs de⁹ mādauit
vnicuiq₃ ď pxio ſuo. ecc. 17.

¶ Secūda virtus eſt prōpta obedientia
que ī hoc conſiſtit. qñ ſtatim preceptū
īpletur. Iſtam habuit. b. Andre. quia
.n. habebat puideri vxori ſue ⁊ domui
redibat ad domū. ⁊ ad officium piſca
tiōis. Et cū ſemel ipſe ⁊ Petrus piſca
rentur. chriſtus trāſiēs per littus ma
ris clamauit ad eoſ. d. Uenite poſt me
faciā vos fieri piſcatores hominū Ma
th. 4. Ecce mādatum chriſti. piſcabitiſ
homīes. ſ. impatores. reges. phos. At
illi cōtinuo relictis retibus. ⁊ naui ſe
quuti ſunt eū. Ecce prōpta obediētia.
dič hic Gregorius. Nulla vero illu₃ fa
cere adhuc miracula viderāt. nihil ab
eo de pmio eterne retributiōis audie
rāt. ⁊ tamē ad vnu₃ dñi preceptū hoc
qđ poſſideř videbātur obliti ſunt. O di
ceres tu. Parū dimiſerunt. Dicit Gre
gorius ſatis dimittit qui nihil ſibi reti
nuit. poti⁹ penſandus ē aius ꝙ̄ cēſus.
Tāta₃ illuminatione₃ mentis habue
rūt in verbis chriſti dicentis. venite
poſt me ⁊c̄. ꝙ intellexerūt ꝙ eſſent fu
turi magni predicatores: q₂ predicare
idem eſt qđ piſcari ſermo ē rete. quo
corda trahuntur. ⁊ quādo aliquis dñs
conuertitur dimittēdo pompā. ⁊ vani
tatem ⁊c̄. ⁊ vult humiliari pōt dicere
predicator ꝙ cepit vnum delphinum.
Idem de honorabili domina ⁊c̄. vna₃
touinam. De iſta materia dillata ſi
cut tibi placuerit. Moraľr habemus
hic exemplu₃ obediendi preceptis dei
ne ſimus rebeles ei. ⁊c̄.

¶ Tertia virtus eſt firma confidentia.
quia pluſ ꝙ̄ alij apľi confidebat de chri
ſto quod in hoc oſtenditur. quādo enī
chriſtus fuit in deſerto cū magna mul
titudine populi qui ſecu₃ erat nec habe
ret qđ manducar et. chriſtus dixit Phi
lippo. Jo. 6. Unde ememus panes. vt
māducent hi. Rñdit ducentoru₃ dena
riorū panes non ſufficiunt eis vt vn⁹
quiſq₃ modicum quid accipiat. Modi
cū confidebat adhuc de chriſto. dein
de dicebat apoſtolis. voſ quid dicitis.
Rñderunt. Et quis poterit iſtos ſatu
rare panibus: omnes erant deſperati
niſi. b. Andr. qui dixit. Eſt puer vnus
hic q habet. 5. panes. quaſi dicere vel
let ſecū du Criſoſtomū. vos domine po
teſtis multiplicare. Iſte habuit firmā
confidentiam. Finaliter ita fecit chri
ſtus vt dixit. b. Andreas. Moraľr in
ſtruimur hic in omnibus neceſſitatib⁹
⁊ periculis noſtris cōfidere in domi
no ⁊ nunꝙ̄ deficiet nobis pviſio. Ecce
inſtrumentū chriſti dicentis M. 6. No
lite ſoliciti eſſe. ⁊c̄. Jere. 17. Benedict⁹
vir q confidit in domino ⁊ erit domi
nus fiducia eius.

¶ Quarta virtus eſt ſapiētia quando. ſ.
non ſolum ſe ipſum. ſed alios dirigit ⁊
gubernat. Sic fecit. b. Andr. per ſua₃
ſapientiā. Dicatur quomō poſt chriſti
aſcenſionē ⁊ ſpūs ſancti miſſionem in
ceperūt predicare. ⁊ diſcurrere p mū
dum. b. Andre. incepit prio predicare
in Jeruſalem ⁊ conuertebat multos.
deinde per totam iudeam. galileam. ⁊
ſamariā. deinde iuit ī greciā in ciuita
tem Achaie iuxta preceptum chriſti
actu. primo. Eritis mihi teſtes in Je
ruſalē ⁊ ī omni Judea ⁊ ſamaria. ⁊ vſ
q₃ ad vltimū terre. Quādo ibi magni
phi audiebāt ſecreta fidei ab eo pdica
ri admirabanť querēdo rōe₃. Sed. b.
Andr. faciebat pbatōes inſolubiles.

Ad prāticha̅.q̄ñ predicabat ꝙ vnꝰ de
us erat quem phi appellant primā cāꝫ
primū motoꝛeꝫ.ꝛc̄.ſed ille deus ē tres
pſone.pater.ꝛ filius ꝛ ſpūs ſanctus.
phi cōtra eū arguēdo dicebāt: eſſentie
ꝛ quiditates multiplicanť ſm multi
plicationē īdiuiduoꝝ.ſed ibi ſunt treſ
pſone.ergo.ꝛc̄. Sed.b.And.ad ꝓba
tionē veritatis ſuſcitabat moꝛtuū.di.
ſicut hoc ꝙ predico eſt verū: Ita aīa.
coꝛpus.ꝛ vita ſunt vnū.in vno.ꝛ ſta
ti moꝛtuus ſuſcitabať viuus.Ecce ꝓ
bō.Idē quando predicabat de chriſti
incarnatiōe ꝛ paſſione ne aliqs obedi
ens ꝛ credens ſuſpendereť in furcha i
ferni.Idē de ſacramento altaris ꝛ ſic
gentes cōuertebātur ad chriſtū.Ecce
q̄uo ſua ſapia erat fructuoſa.Et ſi di
cať q̄uo vnꝰ hō poſſet cōūtē tot īfidēles:
qꝛ cū mō ſint tot ꝑdicātes nulluꝫ cōū
tūt ꝛc̄.B erat ꝓp tria.Primo qꝛ ſua ſapia
erat euāgelicaľ.q̄ tāgit coꝛda ꝛ cōuer
tit gentes.ſed noſtra eſt poeticharť que
ſolū tangit aures.Ideo chriſtꝰ mittēs
eos: di.Mar.vltio.Euntes in vniuer
ſum mundū.ꝑdicate euāgelium nō di
cit ouidiū nec virgiliuꝫ.Secūdo habꝫ
ſapiam virtualem.qꝛ ſicut predicabat
oꝛe ita ſeruabat opeꝛe.nō ſicut illi qui
ꝑdicāť hūilitatē ꝛ ſt̄ ſupbi ꝛ ſic ꝯ alijs
ꝑdicāt.n.vitā ꝟtuoſā ꝛ ipi fuāt uitā ui
tioſā.Sꝫ apl's dic̄.ro.i5.Nō audeo ali
q̄d loqui coꝝ que ꝑ me non efficit chꝛi
ſtus.Tertio ſapiam miraculoſam faci
endo miracula.ſed mō miracula no
ſtra ſunt ſcandala.Iō non ſolum nul
lus cōuertiť.imo chꝛiſtiani perdūt fi
dē ex mala vita noſtra: qꝛ ſecūdū Gre
go.Cuius vita deſpicitur reſtat vt eiꝰ
ꝑdicatio contēnatur.

Quinta virtus eſt pnīa rigoꝛoſa ī ſuo
coꝛpoꝛe.Licet.n.eſſet plenus ſpū ſan
cto.ꝛ nō poſſet peccare moꝛtaliter.vt
dicunt ſci doc.qꝛ ex quo apl'i recepūt
ſpūm ſanctuꝫ fuerūt ita ī grā cōfirma
ti ꝙ nō poterāt moꝛtal'r peccare.tū aſ
ſligebāt ſe rigoroſe non ſolū ꝓpter ſe.
ſed in exēplū alioꝝ.Dicaľ exemplū de
ſene cōuerſo luxurioſo.vocato Nicho
lao ꝓ quo ieiunauit tribus diebus ni
hil comedens.oñdiť hic difficultas ad
cōuertendum illos qui ſunt aſſueti ad
peccandū: qꝛ q̄ in nāꝫ cōuertitur.Je
re.i3.Si mutare pōt ethiops pellē ſuā
ꝛ pardus varietates ſuas ſic vos pote
ritis benefacere cū didiceritis malū.
Moꝛal'r inſtruimur h̄ ꝙ nō eſt deſpe
randū de miſericoꝛdia dei q̄ntūcunqꝫ
hō ſit peccatoꝛ ſed facere pnīaꝫ vt iſte
ſenex.Iō apl's.ad colo.3.Moꝛtificate
mēbꝛa veſtra.ꝛc̄.

Sexta virtus eſt patiētia virtuoſa.qꝛ
poſtq̄ cōuertit grecos Imperatoꝛ roma
nus Nero dedit magnā pſequutioneꝫ
chꝛiſtianis ꝛ miſit vnū cōiſſariuꝫ ſuū
in ꝑtibus grecie in achaya q̄ vocabať
egeas.ꝛ vidēs populū cōuerſum.ſciēſ
ꝙ.b.Andre.conuerterat ipꝫ.cepit eū
ꝛ volens eū terrere.dicit.Es tu An.
qui cōtra oꝛdinatōeꝫ Imperatoꝛis au
ſus es predicare nouam ſectā ꝛ falſā
Rñdit And.ꝛ dixit.Nō eſt falſa.imo
vera.Egeaſ dixit.Reuoca.vel ī cruce
īterficiam te vt magiſtrū tuū.Rñdit
.b.Andr.Si crucis patibulū expaueſ
cerē.crucis gloriā nō predicarem.Et
egeas ſic rñdēſ: fec̄ eū cū fuſtibꝰ ꝟbera
ri.Et.b.And.ī q̄lꝫ ictu dicebat yhs.ꝛ
ꝯfoꝛtabať ꝛ miſtri ꝑdebāt vires.ꝛ re
nouabāť ꝑcepto egee: ī tm̄ ꝙ xx hoīes
fueřt laſſati ꝛ feſſi.Final'r egeaſ ꝺdit
ſnīaꝫ vt crucifigeť.ꝛ.b.An.gratāter
acceptauit.Cūqꝫ duceť ad crucē vt vi
dit eā a lōge adoꝛauit flexis genibꝰ di
cēs.Salue crux q̄ ī cōꝑe chꝛiſti ꝺdica
ta es.ꝛ ex mēbꝛis eiꝰ tāq̄ margaritis
oꝛnata.ſuſcipe diſcipulū eiꝰ q̄ pepēdit
ī te magr̄ meꝰ chꝛiſtꝰ.O crux īenarra
bil': O crux īextiabil'.O crux q̄ ꝑ totū
mūdū fulges.nō me dittas errātē ſic.

ouē nō habentē paſtorē. hētis hic exē plum adorādi crucē quādo per uias inuenitur 7c. 7 quādo fuit iuxta crucē denudauit ſe ut chriſt⁹ 7 crucifixerūt eum ex trāſuerſo ut plus penaret ſed interim ipſe predicabat chriſtianis confortās. 7 eos animans. 7 ſic uixit duobus dieb⁹. eccl'ia dīc Biduo viuēs pendebat in cruce pro chriſti noīe. b. an. 7 docebat ppl'm. 7 tot⁹ ppl's cōmot⁹ uoluit occidere cōmiſſariū: ſed. b. and. prohibuit. Dicaī ꝙ quādo debuit mori apparuit ei christ⁹ ad ipſum deſcendēs cum multitudīe angelorū cum tāta claritate ꝙ ppl's non poterat reſpicere. cui dixit chriſtus. ſm ꝙ tangit aug⁹ vis venire mecū 7 vis vīdictā de iſto? reſpōdit. dn̄e vos noluiſtis vindictā de inimicis veſtris. quō ego recipiā? 7 tradidit aīam. 7 viſibiliter aſcendit ī celū. Jn patientia vr̄a poſſidebitis animas veſtras. Amen.

Jn feſto ſācti nicholay ep̄i.

IN diebus ſuis placuit deo. eccl'i 44. Sicut tota ſolēnitas 7 officium ē. b. Nicholay. Jta erit 7 ſermo nr̄. maxīe qꝛ ī eius ſāctiſſima legenda īuenim⁹ mł'ta bōa exēpla virtutum ꝓ īformatōe vite nr̄e. ſed prīo ſalutet virgo ma. 7c. Jn dieb⁹ ſuis. ſ. qn̄. b. nicholaus viuebat ī hoc mūdo talis fuit eius vita ꝙ placuit deo. Nota ꝙ dies ī ſcriptura capit dupl'r pro dieb⁹ nālib⁹ ſiue artificialib⁹ ſiue vſualib⁹ et ſunt 24. horarum. De iſtis auctoritas iudi. 17. Jn dieb⁹ ill' nō erat rex ī yſrl' ſed vnuſquiſq₃ qđ rectū ſibi videbaī. hoc faciebat. Secūdo mō capiunī qꝛ ī ſcriptura ꝟtutes dicūī dies virtuales. nā virtutes hn̄t claritatē fidei. gratie 7 bōi exēpli Jō virtutes dicunī dies virtuales Auctoritas. de heliſeo virtuoſo eccl'i. 48. Jn dieb⁹ ſuis. ſ. virtutis nō pertimuit pricipē Jſto modo maxime repio dies in themate etiam ſi volumus log de vſualib⁹ diebus. ī illis etiam placuit deo. Queſiui amor vr̄i ī ſcriptura iuxta hoc. qūo poſſem⁹ placere deo. 7 īuenio ꝙ in ſex operib⁹ virtuoſis quilib₃ ī uita ſua pōt placē deo 7 ſūt iſte vz.

¶ Prīa ē ītētio celeſtialis.
Secūda ē afflictio pn̄ialis.
Tertia ē deuotio ſpiritual'.
Quarta ē miſatio fraternal'.
Quīta ē hūilitas cordial'.
Sexta ē duratio virtualis.

Ex his quel₃ creatura pōt placere ꝺo ī vita ſua. Et qꝛ. b. nichola⁹ habuit perfecte iſtas. 6. virtutes iō de eo dīc thema. ī dieb⁹ ſuis placuit deo. ¶ Dico primo ꝙ hō poteſt placere deo per intētionem celeſtialē qn̄ perſōa ī operib⁹ que facit 7 dicit habet totā intentionē celeſtem. ſ. ut deus honoreī 7 laudeī 7 nō habet intentionē terrenā. 7c. hoc fundaī ſic rōe. Deuſ creauit hominē diuerſum q̄ntū ad primū principiū 7 finem: qꝛ principiū eſſendi homis eſt de terra. qꝛ deus a pricipio de terra formauit cōpus ade. quo formato creauit 7 īfudit aīam 7 infundendo creauit. Jdem ēt de nobis corp⁹ nr̄m format in vtero mr̄is 7 ibidē creaī aīa. 7 infundiī. ergo pricipiū eſt terra. finis ꝟo eſt. ꝙ poſtq̄ hō vixerit bene 7 virtuoſe in hoc mūdo. finaliter hab₃ gl'iam celeſtē 7 eternal'r homo regnat in celis nō in aīa tm̄. ſed ēt in corpore in quo viuit aīa ad bona opera exercēda Sed qꝛ aīa prīo habuit meritū cogitādo. orando. 7c. iō primo habet gloriā. l₃ ergo principiū homis q̄ntū ad corp⁹ 7 animā ſit diuerſum in hoc mūdo: finis tamen ei⁹ eſt regnare in celo. Nō eſt ita ꝺ aliis aīalibus quorū principiū 7 finis ē terra iō reſpiciūt terrā. ſed de⁹ fecit hoīem rectū ut reſpiciat celū Patet diuerſitas inter principium 7 finem. Jō dicunt aīe beatorum Noſtra cōuerſatio ī celis eſt. Si diceī tur eis. Et qđ ēt de corporib⁹. Reſpon

derēt. ad phili. tertō. Expectamꝰ ſalua
torē dn̄ӡ noſtrū yhm xp̄ӡ qui reforma
bit corpꝰ humilitatis nr̄e ⁊c̄. Qn̄ ergo
ꝑſona oīa opa ſua ordiat taliter. ut ad
celū poſſit ꝑuenire tanꝗ̄ ad finē. talis
ꝑſōa cōcordat ⁊ reformat ſuā itentōeӡ
cū deo ⁊ multū placet deo ſicut multū
placet pꝛīcipi qn̄ populꝰ concordat cuӡ
eo in aliqua bona ordinatiōe ⁊ gratis
acceptať a populo. De hoc auctoritaſ:
eccl'i. 30. Miſerere aīe tue placēs deo
⁊ cōtine: cōgrega cor tuū ī ſanctitate
eius. Nō miſere aīe tue nō dicit ꝺ cor
pore. qꝛ ſi domicella filia regis eēt extra
palaciuӡ p̄ris inter feras nuda ⁊ indi
gens magna miſicordia eēt illi ſubueī
re. Ita aīa nr̄a filia ē regis yh̄u xp̄i in
qua nih facit pater carnalis. Eſt nobi
lis ⁊ pulcra in tm̄. ꝙ ſi poſſetis eaӡ vi
dere ⁊c̄. ⁊ eſt extra palatiū paradiſi in
loco iumētoꝝ. Ideo dicit miſere aīe
tue. ſ. eleuando ī altū ut dicit dd. Ad
te dn̄e leuaui aīaӡ meā. ſ. placens deo
per bonā intentionē celeſtialē ⁊ ꝯtine
.i. ſimul tene cor tuuӡ ne diſpergať in
negotiis mūdanis. ⁊c̄. Si vero ſit iam
diſperſuӡ in mūdanis dicit congrega
cor tuū ī ſanctitate ut ſi vis orare vel
dare elemoſinā. ⁊ huiuſmōi. Intentio
ſit celeſtis. ⁊c̄. Dicať quō. b. nicho. mi
rabiliter hūit iſtam virtutē. qꝛ in om
nibus opibus ſuis hūit intentionē ad
dn̄ӡ non ad mūdū nec ad vanā gl'iaӡ. ⁊
hoc iā in pꝛīcipio ſue vite fuit ei oñſuӡ
Dicať de nobilitate ꝑentū in genere ⁊
moribꝰ ⁊ quō. b. nicho. ī die natiuita
tis dnī obſtetrix voluit eū lauare ſtatiӡ
vidit eū erectū in pelui: que admiranſ
vocauit p̄rem ⁊c̄. ī quo iam oñdebatur
intentio recta quā hītur9 erat erexit
ſe ac ſi iam hr̄et vſuӡ rōnis ⁊ regratia
reť deo. qꝛ fecit eū creaturā rōnalem
ad ymaginē ſuā ⁊c̄. Et qꝛ non fuit ſuf
focatus ī vtero mr̄is. Moral'r. habe
mꝰ hic exemplū dirigēdi ī omnibꝰ intē
tionē ad dn̄m. Vbi gr̄a. quādo vis dare
el'yaӡ ordina ad dn̄ӡ intentionē dicēdo
ītra te. vt vos faciatis dn̄e el'yaӡ mihi
quādo veniā ad portā paradiſi. Item
quādo oras ⁊ laudas dn̄m. qꝛ ſolum il
lud officiū erit in celū. ideo iſto mō or
dinādo intentionem omnia mala pena
lia eēnt meritoria. vt labor ruſticoruӡ
malū pene eſt. ſӡ ēt meritoriū ex bona
intentione ⁊ celeſti. Sicut. n. illi qui
ſuant penitentiā ꝯfeſſoꝝ merenť. ita
de pn̄ia data a deo cōfeſſore qꝛ ī ſudo
re vultꝰ tui veſceris pane tuo. gen̄. 3.
Itē ꝺ malis fortuitis per patiāӡ ut iob
meritoria eſſent. Diligentibꝰ deum om
nia coopanť ī bonū. ad ro. 8. Glo. etiā
mala. ſ. penalia. Que ſurſuӡ ſunt q̄rite
ad colo. 3. qꝛ terrēa tranſitoria ſūt ⁊c̄.

Dico ſecūdo qn̄ ī hoc mūdo hō affligit
corpꝰ ieiunādo vel al'r ex peccatis que
homo fecit ⁊ ut ꝑſeruet a fiendis ī fu
turꝝ illud multū placet deo. rō. Si. n.
rex ī ſuo regno hr̄et aliqꝺ caſtrum re
belle ⁊ inobediēs. ⁊ aliquis miles eēt
ita valens ꝙ vi armorū ſubiceret ipm
regno ad ipſius obedientiaӡ ⁊ volunta
tem. multū hoc placeret regi. Ita in ꝓ
poſito Caſtrū inobediēs ⁊ rebelle regi
xp̄o. eſt corpus noſtrū ſemꝑ faciens ⁊
inclinās ad oppoſitū. Deꝰ. n. pꝛecipit
humilitatē. ⁊ corpꝰ inclinat ad ſuper
biā. pompā. ⁊ vanitatē. deus pꝛecipit
miſericordiā ⁊ liberalitatem ⁊ corpus
inclīat ad furta rapinas ⁊ vſuras ⁊c̄.
Deus pꝛecipit caſtitatem. ⁊ corpus in
clinat ad luxuriam. ⁊ corruptionem.
Deus pꝛecipit caritatem. ⁊ corpus in
clinat ad inuidiam. iram. malignita
tem. deus pꝛecipit abſtinentiā. corpus
inclinat ad gulam. ⁊ ad voracitatem.
frangendo ieiunia. deꝰ pꝛecipit pacem
corpus inclinat ad iniuriam et vindic
tam. Deus pꝛecipit diligentiam corpꝰ
iclinat ad negligētiā. Caſtꝝ ē rebelle.

ſdeo apl' s dicit ad ro.7. Infelix ego hō
mīus me liberabit de corpoꝛe moꝛtis
hui⁹. Iō multū placet deo qñ aliquis
ſubicit deo caſtrū corpoꝛis ut obediat.
⁊ ēt hoc fit per penitētiā ⁊ afflictionē:
qꝛ ſicut domaṫ equus indomit⁹ amo
uēdo annonā. ſic ⁊ caro. Dicūt ignorā
tes. qđ bonū hꝫ deus de meo ieiunio
vel vigilia. ⁊ ſic de alijs. deus nullum
bonū habet de hoc ſʒ honoꝛē. Ut rex
honoꝛaṫ. qñ ſuū vexillū ⁊ bāderia eſt
pulcra. Iō eſt hic honoꝛ deo ⁊ nobis
vtilitas: qꝛ ex hoc euadim⁹ penas īfer
nales ⁊ purgatoꝛij. Iō apl'us ad ro. 12.
Obſecro vos frēs ꝑ miſericoꝛdiaꝫ dei
ut exhibeatis corpoꝛa veſtra hoſtiam
ſanctā. deo placentē. Dicaṫ quō. b. N.
habuit iſtā virtutē in tm̄ ꝙ ſil'e nō legi
tur đ alio ſancto: qꝛ adhuc puer lactēſ
iaꝫ bis ī ebdomada ieiunabat: qꝛ feria
4. in qua chꝛiſt⁹ fuit vendit⁹ ⁊. 6. ī qua
fuit paſſus. ſemel hoꝛa nona ſuggebat
vbera Alia praticha. qm̄ mater ſua no
bilis ⁊ pulcra corpoꝛe. ſʒ nobilioꝛ ⁊ pul
crioꝛ in aīa. ipſamet voluit lactare fi
lium ut virgo chꝛiſtū: qꝛ ſicut deus oꝛ
dinauit ut venter matris ſit camera
pꝛolis. ita oꝛdinauit pect⁹ ⁊ vbera ut
eēnt celariū ei⁹. Nō. n. dedit vt oñdaṫ
miluis ⁊c̄. Dicaṫ quō feria. 4. ⁊. 6. ma
ter volebat ſibi dare lac ⁊ puer nole
bat apire os. ⁊ iteꝝ inuitabat eū. ⁊ no
lebat. Mater aūt timebat ꝙ maxille
nō adeſiſſent mutuo. ſʒ in hoꝛa nona
apiebat os ⁊ ſuggebat vbera. Sʒ quis
docuit ieiunare ī illis dieb⁹ ⁊ comedeṝ
hoꝛa nona? Dico ꝙ ſpūs. s. q hītabat ī
eo. Sʒ quare magis comedim⁹ ī hoꝛa
nona ꝗ̄ in alijs hoꝛis? quia tali hoꝛa
chꝛiſtus exuit doloꝛes paſſionis per
moꝛtē ⁊ tali hoꝛa cū chꝛiſto hō dꝫ exiṝ
doloꝛes famis. Ideo. b. Nicho. ſpū ſan
cto edoctus ita faciebat. Iō de eo can
tat eccl'ia. Beat⁹ Ni. adhuc puerulus
multo ieiunio macerabat corpus cog
ta qñ fuit magn⁹: qualē pnīaꝫ fecit? qꝛ
ſi iam puer ⁊c̄. Ideo dicit thema. In
diebus ſuis placuit đo Moꝛalit̄. Quid
dicent ī iudicio illi qui nō ſolū bis ī eb
domada nō ieiunant Imo nec vigilias
nec q̄tuoꝛ tēpoꝛa. nec q̄dragesimaꝫ cū
tñ ſint foꝛtes ⁊ corpulēti. ⁊ decipiūt cō
feſſoꝛē. d. homīes ꝙ indigent foꝛtitudi
ne ad laboꝛādū uel in armis ⁊c̄. debꝫ
dicere bon⁹ ꝯfeſſoꝛ. caueatis a luxuria
que auffert foꝛtitudinē ⁊ nō ieiunium
qđ dat vitā longioꝛē. pꝛo aīa nolunt ie
iunare armigeri. ſed obſeruādo inimi
cos in nemoꝛib⁹ ieiunāt diabolo. Iteꝫ
ꝓ deo nō poꝛtarēt ciliciū. ſed ꝓ diabolo
loꝛicā Idē mulierib⁹ iam nō inueniūṫ
pnīe nec ieiuniū. qꝛ nō poſſeꝫ domiṝ.
ſed ut curenṫ de febꝛe ieiunāt ſeruādo
dietam medici. ſʒ ut curenṫ de luxuria
q̄ eſt febꝛis aīe nih facerēt. Idē de cili
cio: qꝛ ſum delicata qualē excuſationē
dabitis deo in iudicio qñ dabit illā pe
nitētiā terribilē damnatis luc. 13. Di
co vobꝭ ꝙ niſi penitētiaꝫ egeritis omneſ
ſimul peribitis ⁊c̄.

Dico. 3. ⁊c̄. que ī duobus cōſiſtit. ſicut
n. eē homis cōſiſtit ī duob⁹. ſ. in corpo
re ⁊ in aīa: qꝛ caro ſine aīa nō eſt ho
mo. ita deuotio cōſiſtit ī amoꝛe ⁊ ardo
re ſpirit⁹. ut lete fiant. que ſūt oꝛatōes
venire ad eccl'iā ⁊ huiuſmōi. ſed aliqđ
requiriṫ ut. ſ. fiat cū reuerētia corpoꝛa
li. ſ. cū genu flexo vl' geſtu corpoꝛis hu
mili. ſi alter deficiat ū eſt deuotio. De
iſtis auctoꝛitaſ đđ. coꝛ meū. Ecce deuo
cio ⁊ ardoꝛ ſpirit⁹ ⁊ caro mea. Ecce ge
ſtus corpoꝛis exultauerūt in dñꝫ viuū
Iſta. n. eſt deuotio que placet deo. ſi
cut cuilꝫ dño cui placet ſeruitium letū
⁊ reuerētiale ſeruoꝛū. patri filioꝝ. viro
vxoꝛis. magiſtro diſcipuloꝛum. Ita eti
am placet deo. qñ cum leticia ⁊ cuꝫ re
uerentia feruimus ſibi. auctoꝛitas. ad
hebꝛ. 12. Per gratiā ſeruiamus placen

tes deo cum metu ꝛ cum reuerentia
Dicat qualiter .b. N. habuit iſtá virtu
té. ꝛ qualiter. Quádo habuit diſcretó
nem ordinauit ſuá vitam ꝛ deuotioné.
ſurgés qualꝫ nocte í media nocte. dicé
do matutinas vt clerici. ꝛ poſt orabat
cum lacrimis pmiſſo ſigno crucis ꝛ in
aurora ibat audire miſſá ꝛ cum ſilen
tio audiebat. confitebat̃. cóicabat qua
libꝫ dñica. Ecce deuotio. Et quádo alij
filij nobiliũ ꝛ diuitũ ſocij ſui ibát ad va
nitates. ipe ibi ad eccleſiam. Jó eccl'ia
dicit ó eo Eccl'ie ſancte frequẽtans li
mia. ſacra pectori condebat mádata.
ergo in diebus ſuis. ꝛc. Moraliter iſtá
deuotioné habuit. b. N. pricipal'r a do
tanq̃ a cauſa agéte. ſed inſtrumétal'r
a parentibus. qui cũ magna cura ꝛ di
ligentia nutriebát eũ ne iuraret. ne di
ceret mendaciũ. ne faceret furta. ne ꝯ
tenderet cũ aliquo. Magna culpa é pa
rétũ malicia filioꝝ. ſicut tortuoſitas
arborũ in viridario é culpa hortulani.
ita in viridario chriſti. ſ. eccl'ia chriſti
hortolái eſtis vos ó matrimonio. ideo
quádo filij ſunt parui nutriédi ſunt vt
ſciant ſe ſignare. orare anteq̃ mater
det panẽ dicendo. ſcias fili mi q́ eſt
quedam regina. ꝛc. ſil'r i ſero ꝛ incuti
endo timoré de dyabol' qui vadunt de
nocte ꝛc. Jta nutriunt̃ pueri. ſꝫ modo
oſtendũt ei viá inferni Jdé de puellis
Jó dicit ſcriptura. eccl'i. 16. Ne iocun
deris de filijs impijs. i. indeuotis ſi mᷓ
tiplicent̃. nec oblecteris ſuper ipſos ſi
nó eſt timor dei í illis. O miſeri gentes
qui de vſuris furtis. ꝛ rapinis congre
gant pro filijs impijs ꝛc.

¶ Dico quarto. ꝛc. quádo homo é ita mi
ſericors q́ libenter cóicat alijs bona ſi
bi a deo cõmiſſa. multum placet deo
talis ratio. Nam ſi aliquis veſtrum ha
bet multos filios. ille qui magis ſibi
aſſimulatur ſibi placebit plus ꝛ diliget
eum. eccl'i. 13. Omne animal diligit ſi
bi ſimile. Modo videamus que ſũt cõ
ditões patris noſtri dó. qui cognoſce
bat. cum dicit nobis. Miſericors ꝛ mi
ſerator domin⁹ patiés ꝛ multũ miſeri
cors. Per iſtam virtuté ergo poſſum⁹
ei aſſimulari. Jdeo dicit. luc. 6. Eſtote
miſericordes ſicut pater veſter miſeri
cors é. ꝛ poſſim⁹ ſibi placer̃. auctoritas
pŏ. 21. Facere miſericordiá ꝛ iudiciuꝫ
magis placet domĩo q̃ victime. Nota
facere miſericordiá. miſicordia fit cuꝫ
homo ſubuenit pauperib⁹ de el'ys de
bono iuſto. Judiciũ fit quádo vſur̃. fur
ta. rapine reſtituunt̃. tunc fit iudiciũ
vel iuſtitia: qꝛ de illis non debet fieri
el'ya ſed reſtitutio. Aliqui faciũt miſe
ricordiá ſed nó cum iudicio ꝛ iuſtitia
vt diuites vſurarij quádo dant el'yas
conſtruũt capellas. hoſpitalia. miſeri
cordiá faciũt. ſed ſine iuſtitia: qꝛ debe
rent reſtituere: qꝛ ſic facit duo mala
Primũ recipet̃ per vſuras vl' furta ſeu
rapinas. Secundum dando: quia facit
ſe ípotẽté ad reſtituẽdũ ill' qb⁹ tenet̃
Nó q́ iuſticia ꝛ iudiciũ magis placent
do q̃ victie. hoc dr̃ ꝯ illos ꝯfeſſores q
neſciũt dar̃ aliá pñiaꝫ niſi ó miſſis. me
li⁹ eẽt q́ reſtituẽt ei cui⁹ ſũt: qꝛ mel⁹ é
iudiciũ q̃ victie. Jtẽ qñ audiũt aliquos
vl' aliquas q cognouerũt ꝯſanguineos
mariti vl' vxoris q debét ſepãri: qꝛ nec
pp̃a fõte poſſꝫ diſpẽſar̃. dicũt faciatis di
cẽ tot miſſas. vt veniát ad man⁹ ſuas.
Aliq̃ peccá. ſũt q̃ regrũt miſſas vt pro
hõicidijs. alia q̃ regrũt aliá pñiá Jó di
xit chriſt⁹ Mat. 9. Eũtes diſcite qd eſt
miaꝫ volo ꝛ ñ ſacrificiũ. Dicat̃ quõ. b.
N. fuit miſicõs. Remáſit. n. hẽs diuitia
rũ pentũ ſuoꝝ. cogitate quõ loqbat̃ ſibi
ó vxor̃ ſꝫ ipe pl⁹ volés do ſuire orabat
dñꝫ vt ſibi oñdẽt modũ quõ poſſꝫ diſtri
buẽ hẽditaté ad dĩ honoré ꝛ ſaluatõeꝫ
aĩe ſue ſiñ vana gl'ia. Dicat̃ quo i illa
ciuitate erat vn⁹ miles ſꝫ ex váitatib⁹
effectus fuerat paup i tm̃ q́ ñ poterat

maritare tres filias q̄s hēbat magnaſ nec ſibi nec eis poterat puidere. Dixit pr̄ filiabus. hēatis filie lucrū ſi potestis habere. Rn̄derūt filie bene placet nobis filando. Nō. dixit pater: q2 illud modicū lucrū eſſet. ſ3 q2 vos estis pulcre ⁊ quelibet tenet camerā ſuam qn̄ milites ⁊ ſcutiferi inuitabunt vos faciatiſ bene ſoluē ⁊c. cogitate q2 flendo iſta dicebat. filie vero que erāt bōe ⁊ honeſte d. flentes. O pr̄ eſt iſtud bonū conſiliū patris? ⁊ noluerūt cōſentire: q2 i his que ſunt cōtra deū filij non debēt obedire parentibus ſed deo. qn̄ vero iſta fuerunt dicta. b. N. dixit. O dn̄e mō poſſum diſtribuere hr̄ditate3 meā ad vr̄i beneplacitu3. Dicatur qūo emit vnū pomū ⁊ poſuit pecūie q̄titatem forte. cccc. florenorum ⁊ proiecit i camerā militis. qd̄ miles iuenit i craſtinu3 ⁊ de illo maritauit primogenitam. Et idē de ſo ⁊ maritauit ſa3. tertiū pomū multiplicauit vt inde poſſet maritare tertiā. ⁊ ipe viuēt. ⁊ pr̄ obſeruās ſecutus eſt eū. Et. b. N. fecit militē iurare ne i vita ſua reuelaret hoc. Ecce q̄ta miſericordia. Si ergo aliqs ex miſicordia placet deo. quid dicem9 de. b. N. qui i dieb9 ſuis pla. deo? Moraliter hētis hic exemplū exercitandi vos i operibus miſicordie: q2 oīa bōa mūdi aur. ⁊ argentū. ⁊ alia p igne3 cōflagrationis exurentur in breui. ſolu3 remanebit miſericordia facta: q2 illō qd̄ dabitis hic inuenietis in celo. ideo iuxta ꝯſiliū apl'i. d. ad hebre. vltio. Caritas fr̄nitatis maneat i vobis. ⁊c.

Dico. 5. ⁊c. qn̄ homo pro nulla re nec diuitiarū. nec honorū. officioru3 dignitatis vel ſanctitatis iflat ad ſuperbiā ymo ſemp h3 cor hūile cogitās. Quid ſum ego niſi vas putridum corrūpens grās a deo datas: q2 ſi ali9 hēret taleſ grās talis plura bōa faceret q̄ ego. tal is multū placet deo ſicut cuſt3 volenti quieſcere placet ſibi camera que ſit quieta nō ventoſa vel fumoſa. In camera i qua deus vult qeſcere ē ꝯſcīa cuiuſl3. iō placet ſibi q̄ nō ſit ventoſa vel fumoſa p ſuperbiā. vel pompam. Auctas. Judith. 9. Neq3 ſr̄bi placuert tibi ab initio ſ3 humiliū ⁊ manſuetor ſemp tibi placuit deprecatio. Dicatur qūo. b. N. ſemp fuit humilis ymo q̄to plus augumētabaſ i fama ⁊ ſanctitate tāto plus erat hūilior. Poſt q̄. n. fecit illā miſericordiā de pomis aureis gentes q̄ ſciebāt paupertatē militis q̄rētes. vn̄ habuerūt ⁊c. fama diuulgabaſ. ⁊c. iō. b. N. vt vitaret vanā gloriam receſſit ⁊ iuit ad ciuitatē mirre ⁊ ꝯduxit vnā domūculā ⁊ viuebat ibi in pn̄ia humiliter ſurgens qual3 nocte ad matutinas. ⁊ ibat ad domiciliū ⁊ ibi ſecrete in aliqua capella deuote dicebat officiū ſuū. Sed deus exaltat humiles. Dicaſ de morte archiepī illius ciuitatis ⁊ de cōgregatiōe canonicor ⁊ epor pro electōe ⁊ de reuelatione facta vni ſancto epō q̄ ille q tali hora matutinarū intraret per tale3 portā vocatus Ni. eēt eps. Nō. q̄ violēter accepit epatum ⁊ q̄ hūiliter ſe hūit i eo. Juxta illud eccl'i. 3. q̄to maior es humilia te i oīb9. iō deus exaltauit illū i miraculis magnis cum adhuc viuēt vt p3 ō pegris trib9 iterfcīſ a carnifice. Itē ō tritico tpe fāis. itē ō captis ⁊c. ad libitū. vt i legēda iuēies Moral'r ergo hūliem9 nos iuxta illō pr̄ie petri. 5. Oēs iuicē hūilitatē iſinuate q2 de9 ſupbis reſiſtit. hūilib9 āt dat grām

Dico. 6. ⁊c. ꝯtiuaſ bonā vitā ō bono i meli9. Nō o3 augumtaſ opa pn̄alia l' orōes: q2 forte n̄ poſſ3 hō adiplē. ſ3 augumentādo ardorē ⁊ deuotiōem ſpūs ⁊ hoc multū placet deo. rō iter al' bonas ꝯditōes amico neccias ē firmitaſ

al' ſi ſit variabilis nõ placet Enoch i terpretatus dedicatus placuit deo. ⁊ trãſlatus ẽ in paradiſum. Dicat quo modo. b. N. pſeuerauit in bona vita ⁊ placuit in tm̃ ꝙ in fine i die obitus re ceptis ſacramẽtis eccl'ie tradidit aĩaꝫ in manibus angelorꝫ ſibi a deo miſſorꝫ ⁊ tranſlat⁹ ẽ in paradiſum cãtus ange lorꝫ fuerũt auditi dicat de oleo qđ ema nat de eius tumba Moral'r continuare debem⁹ in bona vita ⁊ in bonis operib⁹ vſqꝫ ad mortẽ que ẽ porta paradiſi io. Mat. 24. q pſeuerauit vſqꝫ i finẽ hic ſaluus erit. Amen.

¶ In feſto ſanctificatõis beate Marie.

Nondũ erant abiſſi ⁊ ego iaꝫ ꝯcepta erã. ꝓv. 8. ⁊ in ep'la hodierne ſolẽnitatis ⁊ feſtũ hodiernũ eſt de conceptõne beate v̄ginis marie. Ita erit ⁊ ſermo noſter Materia ẽ ſatis ſpeculatiua. ſꝫ vt virgo nobis impetret gr̃am pſente mus ſibi ſalutationeꝫ angelicã Vbuꝫ ꝓpoſitum in pſona virgĩs nundũ erãt abiſſi ⁊c. Pro h⁹ v̄bi declaratõe ⁊ mãe ĩtroductione ſciendũ eſt ꝙ tota latitu do ſiue vniuerſitas creaturarũ dicit abiſſus ſm ethymologiã ab a ꝙ ẽ ſine ⁊ biſſus pfunditas ĩmenſurabilis ſi cut ſi homo reſpiceret pfundiſſimum puteũ illa profunditas dicitur abiſſus Ita pfunditas que eſt a celo empireo vſqꝫ ad terrã dicitur abiſſus. qꝛ ĩmen ſurabilis eſt. et iſta rõne vniuerſitas creaturarũ abiſſus eſt ſiue dicit abiſ ſus. Et concor. auctoritas geñ. p. In principio creauit deus celũ ⁊ terram terra aũt erat ĩaĩs ⁊ uacua ⁊ tenebre erant ſuper faciẽ abiſſi. Oẽs doc. ſan cti cõcorditer dicũt ꝙ celũ ſumit ibi pro celo empireo terra aũt pro uniuer ſitate creaturarũ corporaliũ. Si ergo uolum⁹ eꝙparare oẽs creaturas corpo rales ad celi altitudinẽ dicunt ⁊ pñt dici abiſſi ⁊ i iſto ſẽſu loqt thẽa i pſõa v̄gis di. Nũdũ erãt abiſſi. ſ. nec celuꝫ nec terra. nec angeli. nec aliqua crea tura ego iam concepta eram. ⁊ iſte eſt intellect⁹ thematis queꝫ volo mõ pra ticbare. Sed per queſtionẽ volo intra re materiã. quõ virgo erat concepta ⁊ vbi ſi nũdum erant pater nec mater ⁊ declaratio huius concluſionis erit proſequutio ſermõis. pro cuius decla ratione eſt ſcieñ ꝙ inuenio. 5. concep tiones virginis Marie mr̃is nr̃e ſcilꝫ

¶ Pria ẽ conceptio diuinal'.

¶ Secũda eſt cõceptio angelicalis

¶ Tertia ẽ conceptio hũal'.

¶ Quarta eſt cõceptio ſcriptural'.

¶ Quita eſt cõceptio maternal'.

Ecce h. 5. mirabiles cõceptiões v̄. Ma rie. Et lꝫ de q̄lꝫ poſſet intel'i thema ali q̄uo tamẽ ꝓprie loquitur õ pria con ceptione. di. nundum erant abiſſi ⁊c. Dico prio ꝙ pria conceptio fuit diuina lis iſta fundatur ſub ratõe ⁊ auctorita te vt meli⁹ intelligatur. ratiõe. Sic ꝓ poſitũ cordis dicitur cõceptio. Quã do. n. aliqua pſõa proponit i corde ſuo mẽte ſiue voluntate facere aliqđ illud firmũ propoſitũ dicitur cõceptio ⁊ iaꝫ vulgariter dicitur de aliquo facto fien do notabili ita cõcepi facere in mente mea Vbi gr̃a qñ hõ cognoſcit peccata q̄ fec malã vitã quã tenuit ⁊ periculũ dãnatõis qđ ĩmiet. ⁊ ꝓponit emẽdare vitã ſuã. ⁊ vult cõteri ⁊ ꝯfiteri de pec catis ⁊ facere penitẽtiã. illud ꝓpoſitũ dicit cõceptio ⁊ iã dr̃ cõiter. Ego iã cõ cepi mutare uitã meã. auctoritas yſa. 26. A facie tua dñe cõcepim⁹ ⁊ q̄ſi ptu riuim⁹ ſpꝫ ſalutis ⁊c. Nõ a facie tua. facies dei ẽ pdicatio euãgelica que gra uidat hoĩes ul' aĩas rõ: qꝛ ſic i facie co gnoſcit ita i pdicatõe uos q neſcitis ſcri pturas cognoſcitis deũ. Iõ dic ſcriptu ra. Faciẽ tuã. i. pdicationẽ dr̃e regrã Ibi. n. grauidãt aĩe. qꝛ mlt'i ueniunt

ad p̄dicationē magni peccatores ſup
bi. pompoſi. ⁊ in p̄dicatiōe attente au
dita proponūt humiliter uiuere de ce
tero. tal' ē pregnās. Jdez de auaritia.
luxuria ⁊c̄. Nō parturire ē habere do
lores ptus anteꝙ̄ opus exequutōi mā
det. qꝛ exequutio boni ꝓpoſiti part⁹
eſt. Multi. n. concipiūt in facie dn̄i. ſ. i
p̄dicatione ſed i partu ibi ē dolor. ut i
uſurario. qn̄ ꝓponit ſatiſfacere. ſed in
ptu. ſ. qn̄ uult ſatiſfacere ibi eſt dolor.
Jdē de illo qui ꝓponit remittere īiuri
aſ. pꝫ ergo ex iſta auctoritate ꝙ firmū
ꝓpoſitum dr̄ cōceptio. Ad propoſituꝫ
dicō ꝙ deus anteꝙ̄ aliquid crearet in
ſua voluntate firma ⁊ icōmutabili ꝓ
poſuit creare unā puellā uirgineꝫ ſan
ctiſſimā que eſſet mater filij ſui ⁊ ſpō
ſa ſpūſſancti regina celi ⁊ porta para
diſi. Auc̄t. Dn̄s poſſedit me i initō uia
rū ſuarū anteꝙ̄ quidꝙ̄ faceret a prin
cipio: ab eterno ordinata ſuꝫ ⁊ ex anti
quis. ꝓ̄v. 8. Nō. dn̄s poſſedit me. ſ. in
uoluntate ſua īmutabili ī initio uiaꝝ
ſuarū. i. creaturaruꝫ ⁊ ex antiquis. ſu
ple rōnibus. Nō. x. rōnes antiquas q̄
re deus ꝓpoſuit ipſam creare. Prima
eſt ſciebat. n. deus eternal'r ꝙ quedā
mulier erat futura. ſ. eua. que eēt ini
tiū ⁊ cā omnis mali qꝛ ipſa prīo pecca
uit. A mr̄e initiū factuꝫ eſt peccati ⁊
per illaꝫ oēs morimur. eccleſiaſtici. 25
Ex iſta rōne ꝓpoſuit deus creare vnā
mulierē. ſ. uirginē mariā que eſſet cā
totius boni ⁊ initiū. licet de⁹ ſine mr̄e
potuiſſet redimere. ⁊ ſaluar̄ hominē.
Scd̄a rō qꝛ ſciebat ꝙ mulier que eſſꝫ
cā totius mali ỽgo exiſtens peccaret
ideo ordinauit aliā uirginem. ut poſſꝫ
carnem aſſumere. Tertia rō eſt. quia
mr̄ cā mali fuit deſponſata a deo deus
fuit ſacerdos qui eos deſponſauit. di.
creſcite. ⁊ multiplicamini. Jō ỏ mr̄e
ỽgīe uoluit naſci ⁊ deſpōſata. Quar
ta ratio eſt qꝛ mulier que eſſet cauſa
mali eſſet per angelū malum uiſitata
. ſ. per luciferū ⁊ ſerpentē ideo ꝓpoſu
it ꝙ mulier que eſſet cā boni per ange
lum bonū eſſet ſalutata. Quinta quia
pria eſſet temptata ⁊ decepta. cur p̄ce
pit uobis deus ⁊c̄. propoſuit deus ꝙ ſa
ñ eēt tēptata. ſed īformata qn̄ dixit an
gelus ſpiritus ſanctus ſupueniet i te
⁊c̄. Sexta. qꝛ pria eſſet inclinata ad ꝯ
ſentiendum diabolo ideo uoluit ꝙ ſa
eſſet inclinata ad conſentiendū ange
lo ⁊c̄. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi. ⁊c̄.
Septīa qꝛ pria fuit ſatiata fructu. qꝛ
comedit ⁊ i utero miſit iō uoluit ut ỽ
go conciperet fructum ⁊c̄. de quo ſibi
dicit̄ benedictus fructus uentris tui.
Octaua qꝛ per euā fruct⁹ uenit ad ho
minē ⁊ fuit cibus mortis ⁊ per ỽgineꝫ
fructus uenit ad nos qui erit cā uite.
Nona qꝛ per primā tota natura huma
na in miſerijs ⁊ doloribus debet ꝓſter
ni ⁊ per mariā uirginem repari. Deci
ma ſciebat deus ꝙ per primā porta pa
radiſi eſſet clauſa ſed per mariā uirgi
neꝫ patefacta ⁊ dilatata eſſet ⁊ apta.
Jdeo eccleſia Paradiſi porta per euaꝫ
cūctis clauſa ē ⁊ per ma. uir. iterum
patefacta ē. Ecce qr̄ dicit. dn̄s poſſedit
me ⁊c̄. fiat ergo cōcluſio. Si ergo fir
mū ꝓpoſitū. ⁊ uolūtas deliberata ad
aliquid fiendum dicit̄ conceptio ⁊ de⁹
ab eterno ⁊ impermutabilit̄ propoſuit
facere iſtam glorioſam uirginem. Ec
ce quar̄ dicit thema. Nundum erant
abiſſi. ⁊ ego iam concepta eram. ſ. in
mente diuina ⁊c̄.

Q Dico ſo ⁊c̄. Jſta non fuit ante' mundi
creationem ſed fuit in principio crea
tōis mūdi. Dicunt theologi. ꝙ quādo
deus creauit celum empireuꝫ ubi mo
do ſunt anime beate. ſimul creauit in
eo nouem ordines angelorū. Primus
ordo inferius eſt angelorum. ſecūdus
archāgelorū. terti⁹ pncipatuū. quart⁹

potestatū. quītꝰ virtutū. ſextꝰ dñatio
nū. ſeptimꝰ. tronoꝝ. octauꝰ cherubio
rū. nonꝰ ſeraphioꝝ Et ſi dicat̃ quō ſcit̃
⁊ quis deſcēdit dicat. quō chriſtꝰ ⁊. b.
paulꝰ qui hoc reuelauit dionisio ſuo di
ſcipulo qui ō hoc fecit unū librū uoca
tum de celeſti Jerarchia. qui lꝫ tunc
eſſent angeli tñ nundū beati Et dicit
gregoriꝰ. ꝙ melior creatura ⁊ in digni
tate altior quam deus creauit tūc erat
lucifer de ſupremo ordīe. ſ. ſeraphino
rū qui reſpiciens. uidit oēs creaturas
ſub ſe. ⁊ ſolū dñꝫ ſupra ſe. uoluit ſe deo
parificare ⁊ illud peccatū māifeſtauit
omnibus angelis. d. quid uobis uide
tur: ⁊ multi ut fui adulatores uolētes
dño cōplacere. cōſenſerūt ut falſi cōſi
liarij ſibi dicendo. certe bonū eſſꝫ ꝙ
hēretis illū honorē cōformitatē ⁊ pari
ficationē. boni aūt angeli. ut raphael
gabriel. ⁊ michael non conſenſerunt
Jmo contradixerūt. uidens deus ꝙ in
ſua domo mouebat̃ talis diſſenſio. di
xit. Nō hītabit ī medio domꝰ mee qui
fac̃ ſuperbiā. ⁊c. Cogitate hic ꝗtū pec
catū eſt ſuperbia ꝙ de angelis ſanctis
fecit demones damnatos de hītatori
bus celi hītatores inferni. Si illi ex
ſuperbia ſunt expulſi de celo quō cum
ſuperbia poterimꝰ nos intrare celum:
Si ſciretis quō eſt graue peccatū tene
retis cōſiliū tobie. d. thobie. 4. Super
biā nūꝗ̄ ī tuo ſenſu aut tuo v̄bo dñari
ꝑmittas. in ipſa eni initiū ſumpſit oīs
ꝑditio. Mō conſiderate rationabiliter
qualē piā compaſſionē debuerūt habe
re oēs ſancti angeli. Nō dico ꝙ habue
rūt dolorē ſicut hēretis uos. ſi iſta ciui
tas depopularet̃ qui remanerent. dice
rent. Oyme ⁊c. ita cogitate de angelis
quādo in quolꝫ ordine uiderūt tot cate
dras uacuas. poteſtis cogitare ꝙ ſu
plicabant dño. d. dñe Jſta ciuitas no
ſtra ſic remanebit depopulata ⁊ tunc
deus reuelauit ſcis angelis ꝙ coꝝ ordi
nes repararent̃. nō de angelis. ſed de
hominibꝰ penitentibꝰ ⁊ obedientibus
⁊ credētibus. archangeli de ꝑſonis de
uotis ſpiritualibꝰ. principatus de per
ſonis miſericordioſis. potātes de perſo
nis patientibꝰ. uirtutes de perſonis pa
cificis. dñationes de bonis ꝑ̄ſidentibꝰ
Troni de ꝑſonis pauptatem ap̃licam
ſeruantibꝰ. cherubī. de ꝑſonis ſapienti
bus diuinā ſcientiā. Seraphī de per
ſonis que ſunt in ſūma caritate. dicēs
omnibꝰ ꝙ ipſe crearet. ⁊ formaret unā
uirginem. cuius fructu tota ciuitas po
pulo replebit̃. cogitate quō ſcti ange
li conceperūt illam uirginē ī mentibꝰ
ſuis. per quā ordo eorū repararet̃. Jn
ceperūt tripudiare ⁊ facere magnū fe
ſtum. Et fuit magna qō quam deus fe
cit Job. 28. Jnterrogabo te. Reſpōde
mihi. Ubi eras cū me laudarēt. ſimul
aſtra matutina ubi eras quādo pone
bam fundamēta terre ⁊ cū iubilarent
omnes filij dei Nota fundamēta terre
ſ. uiuentiū. ſunt reuelatio nes diuine.
ſtelle matutine ſunt angeli ut exponit
glo. gregorii. Jubilꝰ ut dicit bernardꝰ
eſt leticia cordis tam magna que non
poteſt abſcondi Ecce quō uirgo maria
fuit concepta in mentibus angelorū
Jdeo dicit ipſa eccli. 24. Ego ex ore
altiſſimi prodij quādo eam reuelauit
ſanctis angelis primogenitā ante om
nem creaturam nō in tempore ſed in
ſanctitate ⁊ dignitate ego feci in cel̃.
ut oriretur lumē. ſ. diuīe reuelatōis in
deficiens de iſta dicit. Nundum erāt
abiſſi. ſ. creaturarū inferiorum diſtin
ctiones. ⁊ ego iam cōcepta eram. ſ. in
mentibus angelorum.

Dico tertio ꝙ fuit ꝯceptō hūanat̃. Jſta
fuit pꝰ creationē ade ⁊ eue ⁊ poſt eorū
peccata qui uidentes. ⁊ conſideran
tes eorum condemnationem. ⁊ totius
generis hūani ꝑditionē. cogitate ꝗtus

erat coꝝ doloꝛ ⁊ triſticia. ac ſi in eo de
fectu ⁊ culpa oēs perſone huiꝰ ciuita
tis ⁊ magne ⁊ parue deberēt iugulari
⁊ ego cum eis q̄ta eſſet mea triſticia.
Qn̄ ergo adā cogitabat quot mala ꝗ̄t
infirmitates quot doloꝛes ī coꝛpoꝛibꝰ
⁊ quot cōdēnatōes aīarū ſequerēt̄ ex
eius culpa qꝛ al̄. nihil hoꝛū fuiſſet. ne
qꝫ mirū ſi triſtabat̄ ⁊ lamentabatur.
H̄ innuit ſcriptura ſecrete cū dicit gen̄.
3. vocauit adā nomē vxoꝛis ſue euā
eo ꝙ mater eſſet cūctoꝝ uiuentiū. An
teq̄ꝫ peccaret vocauerat eā uirago ſed
poſtq̄ꝫ peccauit vocauit eā euā. i. ve. ⁊
calamitas. Jō dicit v̄ſus. Oēs dicunt
e vel a quot quot naſcūtur ab eua. i.
ve ꝓpter miſeriā ⁊ doloꝛē in quem in
trāt. Dū aūt adam ⁊ eua eſſent in illa
triſticia deus reuelauit eis ꝙ ab eis ꝓ
cederet vna virgo ſanctiſſima que af
ferret maius bonū q̄ꝫ ipſi perdidiſſent
qꝛ eua abſtulit nobis paradiſum terre
ſtrē. v̄go maria attulit nobis paradi
ſum celeſtē. Jlla attulit nobis moꝛtē
coꝛpoꝛis v̄go maria donauit nobis vi
tam aīe. Jlla fecit ꝑdere deuotōnē iſta
fecit īuēīre dei fruitōnem. eua clauſit
ianuā paradiſi quā v̄go aperuit. Cogi
tate adā ⁊ euā quō conceperūt v̄ginem
mariam ipſam deſiderādo. Qō deus ſi
bi reuelauerit expreſſe dicūt doc. ſan
cti. ſed adhuc auctoꝛitas. deus male
dicens dyabolo dixit gen̄. 3. Jnimicici
as ponā īter te ⁊ mulierē. ⁊ ſemen tuū
⁊ ſemen illius. ipſa cōteret caput tuū.
caput diaboli erat dn̄atio tirānica hu
iuſmōdi quā ſibi uſurpauerat quā ſibi
abſtulit v̄. ma. per filium ſuū benedic
tū. De hoc dixit deus ad ſerpentē eter
nus ad veterem. Jnimicicias ponam.
⁊c̄. Si querat̄ quenā mr̄ opata ē hu
iuſmodi victoꝛiā ꝓfecto nō reperiet̄ ī
tota linea humani generis donec per
ueniat̄ ad mariā que nimirū illud an
tiqui ſerpentis caput venenatū virtu
tis pede ꝯtriuit. De iſta ꝯceptione dı̄c̄
ſcriptura ī ꝑſōa v̄gis. eccl̄iaſtici 24.
Ego in altiſſimis hītaui ⁊ tronꝰ meꝰ
in colūna nubis. alti fuert̄ adā. ⁊ eua
qꝛ caput fuerūt humane generationis
altioꝛes q̄tum ad locū paradiſi terre
ſtris. altiſſimi q̄tū ad iuſticiā oꝛigina
lem ⁊ ſanctitatē qbꝰ v̄go ma. fuit co
lūna nubis ardoꝛē doloꝛis coꝝ refrige
rando. De iſta conceptōe dicit thema
Nundū erāt abiſſi. ſ. moꝛtis ⁊ dānatio
nis: qꝛ adhuc nullus fuerat moꝛtuus
⁊ ego iā concepta erā. ſ. in mēte huma
na ⁊c̄.

Quarta cōceptio uirginis ē ſcriptura
lis. Sācta. n. ſcriptura marie veteris
teſtamenti tota ē grauida cōtinens in
ſe celeſtia miſteria. ut mr̄ continet ī
vtero filiū ſic ſecretū miſteriū dici po
teſt cōceptꝰ. Beda dicit de ſacra ſcrip
tura. Sāctā venerādā qꝫ pn̄tis feſtiui
tatis memoꝛiā paucis quidem verbis
euāgeliſta cōpꝛehendit ſed nō pauca
celeſtis miſterij virtute grauidā re. in
quit cū ergo virgo ma. in oībus libꝛis
ſacre ſcripture ⁊ ī oībus canticis imo
in ſingulis v̄ſibus directe ſit miſtice
cōtenta patet eius cōceptio ſcriptura
lis. declaret̄. legitur in hyſtoꝛia moyſi
Exo. 3. ꝙ dū paſceret oues in mōte ſy
nay vidit rubū ardere. ⁊c̄. Jſta ſcrip
tura grauida ē de v̄gine Maria. mōs
ſynay altus vita eſt virginis Marie.
Rubus incōbuſtus ē ꝑſona virginis.
Jgnis nō comburens. nec rubum nec
floꝛes nec folia ē filius dei incarnatus
ſine coꝛꝛuptione ⁊ ſic poſſet declarari
conceptio in multis alijs hiſtoꝛijs ſed
ſufficit mō. De iſta conceptione. dicit
Uirgo maria eccl̄i. 24. Ego qī terebī
tus. ſ. arboꝛe extēdi ramos meos ⁊ ra
mi mei honoris ⁊ gr̄e. V̄go māa cō
cepta ī ſcriptura ſacra extendit ramos
. ſ. libꝛos. ramunculi ſunt capitula. ra
mi mei dicit ipſa honoꝛis ⁊ gr̄e apō gē

tes q̃2 fuit prophetizata q̃2 magnus ho
noꝛ ē. In honoꝛe ȝ Johānis baptiſte dr̃
ꝙ fuit ꝓphetizat⁹. Malachie. ȝ. Ecce
ego mitto angelū meū ⁊c̃. qualr̃ honoꝛ
et grã eſt virgĩ que ĩ oĩbus libꝛis et ca
pitulis figurat̃: id̃ dicit. Nunduȝ erāt
abiſſi. ſ. doctrĩaꝝ euāgelicaꝝ noui teſta
mẽti. Et ego iam concepta eram. ſ. in
ſcriptura veteris teſtamenti.

Quīta ꝯceptō ē maternal̃ qñ. b. Anna
ĩ. vtero ſuo ſancto ipaȝ concepit et de
iſta fit hodie ſolēnitas de nullo ſancto
fit feſtū conceptionis niſi chꝛiſti et vir
ginis. De virgine autē fit triplici rōne
Pꝛima quia fuit digne impetrata. Se
cunda quia fuit alte ſanctificata. Ter
tia quia fuit firmiter conſeruata. De
pꝛima dicatur quō Joachĩ et anna ſci
et iuſti. 20. annis fuerunt ſine ꝓle. ſȝ
ōronib⁹ vigilijs. et elemoſinis. impe
trarunt iſtā bñdictā filiā ꝯ curſuȝ na
ture: q̃2 d̃ matre ſterili. Nō ē ergo ut d̃
hoc fiat feſtū. Cognouit elchana annā
vxoꝛē ſuā et ꝯcepit anna et pepit. i. R̃.
i. elchana. i. poſſeſſio dei ſignificat Joa
chĩ qui fuit poſſeſſus a deo. Secunda
rō q̃2 fuit ſcĩficata alte. huius ſunt. 6.
gradus ſcĩficationis. ȝ. ante natiuitatē
et tres poſt natiuitatē. Pꝛim⁹ grad⁹ ſci
ficationis poſt natitatē et ĩfirmioꝛ ē ꝓ
ꝯtritionē finaleȝ. Qñ. n. aliquis toto tē
poꝛe vite ſue vixit ĩ peccatis. ſȝ aliquo
tiēs in puncto moꝛtis de⁹ dat ſibi ꝯtri
tionē. et ſic aĩa ſcĩficat̃. Iſto modo fuit
ſcĩficatus latro et aliqui q̃ moꝛtui fue
runt pꝛo fide. De iſto gradu auctoꝛitas
Jere. 12. Congrega eos quaſi gregē ad
victimā et ſanctifica eos in die occiſio
nis Secund⁹ gradus ē illoꝝ qui d̃ bōa
hoꝛa ꝯuertunt̃ ad dñȝ. dimittunt peccata
ꝯterunt̃. ꝯfitent̃. ſuſtinēt penitentiā. Iſte
ē melioꝛ. q̃2 deſerunt mūdū. et peccata
āte q̃ peccā deſerant eos. et ſcĩficāt̃ Iſto
modo fuit ſcĩficat⁹ paul⁹. maria mag
da. Ad ro. 6. Liberati a peccato. ſuiſtis au

teȝ facti deo hētis fructū veſtꝝ in ſcĩfi
catōe. Terti⁹ gradus ē ĩ baptiſmo. vbi
ſcĩficatur non ſoluȝ puer. ſȝ etiā infide
les adulti qñ non ficte accedunt. Pec
catoꝛes aliqñ fuiſtis ſed abluti eſtis ſed
ſanctificati eſtis in noĩe yhu dñi nr̃i.
pꝛio coꝛ. 6. Quart⁹ ē in vtero mr̃is. vt
Jeremias ante q̃ exires de vulua ſan
ctificaui te. Scĩficatus fuit in vtero
quia dicit ante q̃ exires de vtero. ⁊c̃.
Quint⁹ gradus ē maioꝛ ⁊ nō legit̃ ni
ſi de. b. Jo. baptiſta. q̃ per. ȝ. menſes
añ eius natiuitatē fuit ſcĩficat⁹. Spiri
tu. ſ. replebitur adhuc ĩ vtero matris
ſue. luc. i. Dic̃ criſoſtom⁹. ꝙ ĩ ſalutatio
ne virginis et heliſabet qñ exultauit
Jo. in vtero tunc fuit ſanctificatus.
Sext⁹ gradus ⁊ ſuper oēs alios ē ſcĩfi
catio b̃. Ma. q̃2 nō qñ debuit naſci nec
ĩ vltimo die nec ebdomada vel menſe
ſȝ in eodē menſe ĩ eadē ebdomada ĩ eo
dem die ⁊ hoꝛa formato coꝛpoꝛe ⁊ aĩa
creata q̃2 tūc fuit rationalis ⁊ capax ſā
ctificatōis fuit ſanctificata Auctōitas
ps. Fluīs impet⁹ letificat ciuitatē dei.
ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſim⁹
Nō. fluīs ipet⁹ ſcĩficatio virginis Ma.
quia ſanctificatio alioꝝ ſanctoꝛuȝ non
dicitur fluui⁹ ſȝ vna gutta grẽ. hiero
nimus ceteris per partes dat̃ gratia
Marie aūt totā ſe infudit gratie pleni
tudo. Impet⁹. ſ. ſcĩficationis quia ea
dem hoꝛa. nō expectauit diē. ebdoma
dā. Letificat ciuitatē dei. ſ. ſanctos an
gelos. Ratio. q̃2 ſi gaudiū ē angelis ſu
per vno peccatoꝛe penitentiā agente. ñ
mirū ſi fecerunt feſtū de illa que nūq̃
peccauit nec coꝛde nec oꝛe. multominꝰ
opere. Scĩficauit tabernaculū ſuuȝ al
tiſſim⁹. ſ. virginē Ma. que fuit taber
naculū dei. Legitur exodi vltimo ꝙ
moyſes ex pꝛecepto dei fecit tabernacu
lum. Quādo. n. coꝛpus filij dei organi
zatum ⁊ lineatū ⁊ anima cōiuncta per
creationem coꝛpoꝛi tūc altiſſim⁹ ſancti
ficauit tabernaculū ſuum. Sciendū ꝙ

quando conſtructa eſt eccleſia intrat
ep̄us ad conſecrañ. Ita ꝺ̄ virgi. Ma.
poſtꝙ̄ corp⁹ fuit organizatū ⁊ anima
infuſa venit ep̄s.ſ.ſpiritusſan. qui eā
ſctificauit. Auc̄. Poſtꝙ̄ cūcta operta
ſunt operuit nubes tabernaculum. ⁊
impleuit illō gloria dñi. Exo. vlt. Ter
tia ratio q2 fuit firmiter conſeruata.
Iohānes ⁊ Iere. fuerūt ſanctificati ſ3
non ita fortiter vt excuſarentur a
uenialibus. ſ3 virgo ma. fuit ita firme
ſanctificata ꝙ nec ore nec corde pecca
uit aliquo mō. Ideo dauid dicit. De⁹
in medio eius nō commouebiť. Moue
ri ⁊ cadere differunt. cadit homo ⁊ ꝓ
ſterniť per mortale: ⁊ cōmouetur per
veniale Mō nūꝙ̄ fuit ſanctus qui nō
cecidert per mortale. vel fuerit mot⁹
per veniale niſi virgo ma. De xp̄o nō
eſt dubiū Iō dicit. De⁹ ī medio eius ñ
cōmouebitur. nō ſolū nō proſtrabiť.
Ideo bernard⁹. Ego puto ꝙ ⁊ copioſi
or ſanctificatōis bñdictio ꝙ̄ ī alijs ſan
ctis in vtero ſanctificatis in eā deſcē
derit que non ſolum ipſius ortū ſancti
ficaret. ſ3 etiā vitā ei⁹ ab omni pecca
to deinceps immunē ꝯſeruaret. quod
alteri nēini natis quidē mulierū cre
ditur eſſe donatū. dignū eſt ꝙ de eius
conceptiōe maternali. Dicit v̄o in the
mate Nūdu3 erant abiſſi. ſ. euāgelicaꝝ
predicationū ⁊ apoſtolorū. Et eccleſie
determinationū. ⁊ ego iam concepta
eram ⁊c̄.

In feſto ſancte Lucie virg. ⁊ mar.

PRopoſui pro luce habere illā3.
habeť v̄bū iſtud orig. in libro
ſapiētie. 7. Sicut tota ſolēnitas
eſt. b. lucie. Ita ⁊ ſmo nr̄ ⁊c̄. Pro de
claratione hui⁹ verbi ſm ſenſum quē
volo pertractare ex introductōe ma
terie inuenio ꝙ deus talem hic regulā
ſeruat in ſua ꝓuidentia ꝙ cuilibet ſan
cte perſone iuxta proprietates ⁊ uirtu
tes quas habitura eſt ordinat ei nom̄
imponi. Ratio eſt q2 tot ſunt uirtutes
in vita vnius ſancti ꝙ homo non poſ
ſet recordari Ideo ꝓ nr̄a recordatiōe
vult ut in nomine ſumarie cōtineāť.
Videť. n. de⁹ tenere modū iſtorū ma
giſtrorū facientiū librorť. q2 in vno ver
bo deſignatur tota mā̄ libri hoc patet
primo i phīa ī libro q̄ tractat ꝺ̄ cōditiōi
bus de potentijs ⁊ ꝺ̄ ꝓprietatibus aīe
qui diciť de aīa. Itē in libro de celo ⁊
mūdo. hoc idē p3 in theo^a in qua ē qui
dam liber qui tractat de creatione ⁊
generatiōe hoīum ⁊ rerū ⁊ diciť gene
ſis. Itē exodus. i. itinerariū q2 loqť de
via filiorū yſrael ī exitu de egipto Itē
leuiticus grece. i. offertoriū latine q2
loquiť ꝺ̄ ſacrificijs ꝓ victoīa. P3 ergo
ꝙ qui facit librū in titulo cōprehēdit
totā mā̄3 libri Ita eni facit chriſt⁹ Vi
ta. n. hoīs eſt veluti quida3 liber. hñs
plures ſexternos ⁊ tot quot hēt homo
ānos. tot capl'a quot mēſes uel ſeptia
nas. carte ſunt dies ⁊ noctes. carta al
ba ē dieſ ⁊ nigra nox. In qua carta na
tus es alba vel nigra incipit liber vi
te tue De iſto libro vite humane dicit
de⁹ pater filio Sume tibi librū grādē
⁊ ſcribe ī eo ſtilo hominis. yſa. 8. Vita
hominis ē maior liber ꝙ̄ biblia vel de
cretu3. Quot menſes quot ebdomade
quot dies quot hore. ſcribitur. n. ſtilo
i. libero arbitrio hoīs. Cū ergo aliqua
ꝑſona d3 tenere ſanctā vitā ⁊ virtuo
ſam: in baptiſmo deus diſponit ⁊ ordi
nat per reuelationē vel aliter ꝙ nomi
netur noīe ſumario eius vitam cōtinē
te Auctoritaſ. Sterilis es ⁊ abſq3 libe
ris ſ3 concipies ⁊ paries filiū. ipſe inci
piet liberare yſrael. Judicū 13. ⁊ ſequi
tur Peperit ⁊ vocauit nomen eius ſan
ſon. i. robuſtus. In eius noīe tota ei⁹
fortitudo innuiť Et de Joſue dicitur
eccli. 46. Fuit magnus ſm nomen ſu
um Itē in nouo teſtō. De precone ſuo
dicit ꝓnuncians Luc. i. Elyſabet vxor
tua pariet tibi filiū ⁊ vocabis nomen
ei⁹ Johānē. Erit. n. magn⁹ corā dño.

Per oppoſitū qn̄ aliqs hʒ nomē ſignificans bonū interꝑtatiue ⁊ vita ē mala. mltū diſplicʒ deo. Auctoꝛitas apoc. 3. Scio opa tua. ſuple mala. qꝛ nomen hēs ꝙ viuas ⁊ moꝛtuus es. Dicit glo. ꝙ vocabatur melitus .i. dulcis ⁊ ipſe erat amar⁹ per malā vitā iō Johes reprehēdebat eū. Pʒ ergo regula dīne ꝓuidētie. Cū ergo. b. lucia ī tota vita ſua habuērit ꝓprietates virtutes ⁊ cōditiones lucis congrue vocata fuit luc a q̄ dicit̄ a luce. Quatuoꝛ mōis noīa denominant̄ ad ſignificādū Per ꝓpriam ſignificatōeʒ vt hoc nomē paulus. pacē. Uel ꝑ deriuationeʒ vt lucia a luce vl̄ ꝑ ethimologiā lucia quaſi lucuia vel per interꝑtationem vt lucia qi lucis via Jō de. b. lucia qꝛ habuit lucis ꝓprietates. Dic̄ thema ⁊ loqtur xp̄s. ꝓpoſui pꝛo luce hr̄e illam. ac̄ſi R̄ndēt qōi querenti qr̄ fuit hoc noīe vocata R̄ndit ꝓpoſui ꝓ luce hr̄e illā. Nō quatuoꝛ ꝯditiōes lucis quas hūit b. lu. ſ.

Pulchritudinem ſine defoꝛmitate.

Amplitudinem ſine tenacitate.

Rectitudinem ſine obliquitate.

Longitudinem ſine retardıtate.

Dico. i. ⁊c̄. hoc pʒ ī radio ſolis q n̄ ſoꝛdidatur nec inquinatur licet tangat multa īmūda ⁊ cōrupta ymo purificat deſicando ⁊c̄. Jſtam cōditionem lucis hūit b. lucia qꝛ nūq̄ꝫ ſoꝛdidata fuit per aliq̄ꝫ īmundiciā nec tēpoꝛalē nec ſpiritualē lʒ ſtaret iter multas pſōas īmundas ⁊ infideles. Jmo purificauit eos: Dicatur cū eſſet pulchra ī coꝛpoꝛ ſed pulchrioꝛ aīa ⁊ ēt eēt deſpōſata: qꝛ antiquitus ſiml̄ ſtabāt virgınes ⁊ deſpōſate. n̄ tm̄ mō. marie iter nos Nā ſunt multe que grauide veniūt ad miſſam Tūc tēpoꝛis mater ſua infirmabat̄ de īmunda infirmitate. ſ. flux⁹ ſanguinis quā paſſa ē per. i2. annos ⁊ qn̄ uidit ꝙ medicinis nāllb⁹ nō potuit curari. Cogitate ꝙ uoluit recurrer̄ ad dīnos ⁊ ꝯnratōes. ſʒ. b. lucia eā retraxit. d. ſibi yſtoꝛiā de muliere eandē infirmitateʒ hn̄te que ad tactū fimbrie xp̄i fuit curata. ut pʒ Mat. 9. Jnducens eā ut ad xp̄m recurreret. Et mater r̄ndit. Et ubi ē iā mō xp̄us filia Jā ē ī celo qūoꝰ ⁊c̄. Cui lucia Mater faciam⁹ qō ī nob eſt ⁊ xp̄us faciet qō ī ſe eſt. Uadamus ad eccleſiā ⁊ tangatis fimbriā ſui altaris. Et iuerūt ad eccl̄iaʒ ſancte agate ī qua. b. lucia oꝛabat ⁊ rapta vidit celos aptos ⁊ beatos āgelos ⁊. b. agatā gēmis oꝛnatā ſibi dicentē. Soroꝛ mea lucia virgo deo deuota qd a me petis qō ipſa potēis pſtar̄ ꝯtinuo matri tueꝰ nā fides tua mr̄i ſubuēit tue. Ecce ſanata eſt. Ecce lucia ut lux nō ſuſtinēs maculas infidelitatis eundo ad diuiſoꝛ recurrere ad diuinos ꝓ c̄uis neceſſitate vel cā macula turpiſſima eſt anime Ne declinetis ad magos neqʒ ab ariolis aliquid ſciſcitemini ut polluamini per eos Leui. i9. Jtē non habuit maculā carnalitatis. Naʒ curata mr̄e humiliter petijt ab ea vt de cetero nō noīaret ſibi ſpōſuʒ. narrās mr̄i reuelationē quā viderat. ⁊ qūo aga. ꝑꝑ virginitatē tm̄ placuit deo R̄ndit mater ꝙ mr̄imoniū bonū ē ⁊ a deo īſtitutū ī paradiſo terreſtri. ⁊ xp̄s ꝑmū miraculū fecit ī nuptijs. iō filia dimittatis ꝓpoſitū: qꝛ foꝛte tēptatio ē R̄ndit lu. Mat̄. mr̄imōiū bonū ē. ſʒ melioꝛ virginitas. iō dimittēdo bonū ꝓ meliōi bonū ē. virgo ma. ⁊ yh̄s ſemꝑ fuerūt virgīes. Et mat̄. O filia vultis mihi auferre gaudiū qō ſpo ō nuptijſ vr̄iſ. ⁊c̄. R̄nd t. b. lu. Mat̄ gaudiū nuptiarꝫ mltotiēs ꝯ̄uertit̄ ī luctū ⁊ qi ſemꝑ. iō ⁊c̄. Et fec̄ aliā rōnē mat̄ vt. ſ. hr̄et filiū hr̄dē ō oīb⁹ bōis reditib⁹ R̄ndit. b. lu. Mr̄ hr̄e filium īcertū ē: qꝛ multi ſt̄ ī mr̄imōio q n̄ hn̄t filios. ſʒ hoc ē certū: qꝛ in fine mr̄imōij mlr ꝑdit meliorē theſaurꝫ quē habeat. ſ. virginitatē Ecce qūo fuit pura a macula carnalitatis. qꝛ n̄ ꝑdidit virginitatē: qꝛ lʒ mr̄imōiū fiat ſine peccō

tñ in eo perdif uirginitas .iõ possum⁹ dicẽ õ ea.illõ ſapiẽtie . 7 Nihil ignatũ ĩillã icurrit.candor ẽ enĩ lucis eterne 7 ſpeculũ ſine macula.Et ẽ hic qõ .cũ b.lucia eẽt deſponſata.7c.An . liceat dimittere ſponſuʒ.vel ecõuerſo.Rñdo Tres ſũt gradus ĩ.matrimõio.Prim⁹ ẽ incantatio,.ſecũdus deſpõſatio.Ter tius.matrimonij ꝯſumatio.lʒ alia ſint ṽba iuris:q2 ſecundũ ius Incantam̃ ta dicũtur ſponſalia a ſpondeo ſpõdes i.promitto.Secũdus gradus ẽ qñ per verba de pñti ſponſanf ĩ facie eccľie . vel alibi.Iſtud licʒ apud nos appellef ſponſare.tamẽ apud deũ eſt ver matri moniũ.Terti⁹gradus ẽ copula carnal' Mõ videam⁹ ſi eſt licitũ dimittere ſpõ ſum vel ecõuerſo.7 vr ꝙ ſic:quia. b. lucia ipm dimiſit. Dico ꝙ de pmo gra du nõ debent retrocedere.Nã ille qui retrocedit peccat mortal'r. 7 eſt piur⁹ ſed dimiſſus põt contrahere . Dico de ſecũdo gradu ꝙ non poſſunt diuidi ali quo mõ:q2 iam eſt ṽum matrimoniuʒ niſi per ingreſſuʒ religionis ſi nõ hũe runt copulã carnalẽ. 7 tunc facta pro feſſiõe alter poterit cõtrahere.O quot ſunt in mũdo qui ſecrete ꝯhunt matri moniũ.poſt cõtrahunt cũ alijs. Ideo puelle 7 mulieres caueãt a clãdeſtinis ſʒ dicant.ſi vultis me ĩ vxorẽ.loquamĩ cuʒ parentib⁹ meis patre 7 matre.7c. õ hoc mrĩmõio auctõitas.pñe ad cor . .7.hijs q ĩ matrimõio iuncti ſũt preci pio.nõ ego ſʒ deus . vxorẽ a viro non diſcedere.7 vir vxorẽ nõ dimittat.De tertio gradu dico ꝙ nõ poſſunt ſepara ri niſi per mortẽ .lʒ de licentia prelati poſſint ſeparari.7 religionẽ intrare.ſʒ aliter ĩ ſeculo remanentes nõ poſſunt cõtrahere.Iam enĩ non ſunt duo.ſed vna caro.Mat.16.Quos ergo deus ꝯ iunxit homo non ſeparet.B.aũt lucia erat ĩ pmo gradu 7 poterat ſeparari a ſponſo ꝓpter impedimentũ qõ dicif diſpar cultus:q2 eius ſponſus erat infi delis.

Dico ſecũdo.7c.ꝙ in inſtãti illuminat mũduʒ 7 dat lumẽ ſine ſui diminutiõe ut patet de candela accẽſa. Iſtã condi ctionẽ habuit.b.lucia per opera miſi cordie 7 pietatis.dando elemoſinas . Ad pratichã. Poſtq̃.n.obtinuit a mr̃e ꝙ nõ ſibi noiaret ſpõſuʒ.alia die,humi liter petijt a mr̃e dicens. Illud qõ mi hi datura eras eunti ad hoieʒ morta lem 7 ad cõruptionẽ.da mihi eunti ad dñʒ yhm chriſtũ ĩtegritatis mee cuſto dẽ.Et mater .Filia.chriſt⁹ nõ indiget de aliquo:q2 dñi eſt terra 7 plenitudo ei⁹ 7c.Lucia.Nõ ĩdiget aliquo ĩ ſua p ſõa ſʒ ĩ mẽbris.ſ.paupib⁹.d.illõ Ma.25 Qõ vni ex mĩnis meis feciſtis mihi fe ciſtis.Et mr̃.Lege pri⁹oculos meos 7 poſtea facias õ oĩbus facultatib⁹qcq̃d vis.Dicaf qũo antiquit⁹ erat cõſuetu do ꝙ heres priogenit⁹ claudebat ocu los ex ſingl'ari officio.Auctoritas geñ. 46.de priogẽito iacob q fuit rubẽ.Sʒ ex delicto perdidit priogeniturã. 7 da ta fuit Ioſeph.Dixit de⁹iacob.Ioſeph quoqʒ imponet man⁹ ſuas ſup oculos tuos in ſignum quod eſſet hr̃s Item ad tobiã.thob.14.Reuerſus eſt ad ſo ceros ſuos ĩuenitqʒ eos incolumes in ſenectute bona 7 ipẽ curã eoꝝ geſſit 7 clauſit oculos eoꝝ 7 omnẽ hereditatẽ dom⁹ raguel ipſe percepit.Ex iſta con ſuetudie dic̃ mater.Lege priuʒ oculoſ meos 7c.q̃ſi dicat.vulgare ꝓuerbiũ ẽ Nõ dʒ qs ſpoliari dõec vadat dormire. Reſpõdit.b.lucia.Nõ eſt magnũ dare deo qõ pferri ñ põt.viuẽs ergo da chri ſto qõ poſſides:q2 ibi ẽ meritũ.Obten ta aũt licentia a mr̃e.incepit diſtribue re 7 vendere iocalia 7 dare ĩ elemoſi nas.7c Dũ.n.iocalia vẽderẽf .ſpõſ⁹co gnouit.7 vẽit ad nutricẽ 7 dixit ſibi qr̃ illa vendebanf.Nutrix ãt chriſtiana 7 deuota reſpõdit ſapiẽter.d.ꝙ vna ma gna poſſo.7 baronia vendebaf.7 ipa ĩtelligebat õ gl'ia celeſti quã ſpõſa ſua

volebat emē vt ſibi ⁊ omnib⁹ bñ eēt.
Ipſe aūt vt carnał nō ītellexit de glīa
ſꝫ de baronia aliqua: ⁊ iuuit eā ad vē
dendū vt tm̄ bonū fieret ⁊c̄. Dicat̄ quō
ſponſus ſe reputauit deriſuꝫ qn̄ ītelle
xit. Ecce quō habuit ſecūdā lucis pro
prietatē dans ⁊ diſtribuēs ⁊c̄. Recte
tenuit ꝯſiliū euāgelice ꝑfectiōis. Mat.
19. Si vis ꝑfect⁹ eē vade ⁊ vende oīa
q̄ hēs ⁊ da paupibus ⁊ ſeq̄re me. Mo
rałr vos nō tenemī ex neceſſitate qc
qd hētis dare nec dimittē. Dimittere
n. diuitias eſt ē in triplici gradu. Prio
totaliter relīquēdo. Secūdo mīſicordi
ter diſtribuēdo. Tertio liberaliter re
ſtituēdo. Prim⁹ gradus cōpetit religio
ſis q ex voto ſe obligarūt ad ꝯſ. lia euā
gelica ſuanda nihil hr̄e ut ꝓpriū. Bñ
dict⁹ ē ille q pōt dicē cū petro. Mat. 19
Ecce nos relīqm⁹ oīa. Nō oīa: q2 lg totū
dīc nihil exlcudit. Oīa. ſ. diuitias. ho
nōes. dignitateſ. familiaritates. oīa hī
ta ⁊ hñda. Exēplū ad ſm gradū diſtri
buēdo. hoc ꝯuenit oīb⁹ max̄ clericis.
Nō ē neceſſariū eis dittē beñficia niſi
ſymōiace ſint hīta ⁊ redit⁹. ſꝫ nō d̄bēt
ꝯgregarī: q2 q hꝫ fontē ī domo. ñ dꝫ fa
cē ciſternā. Ber. Quicqd elīce d̄ facłta
tib⁹ eccłie tibi retīueris ꝑter ſimplicē
victū ⁊ veſtitū furtū facis. ſacrilegiuꝫ
cōittiſ. Exēplū ad t̄tiū gradū. Couēit v
ſurariis. raptorib⁹. latronib⁹. ⁊ oīb⁹ q
ſciūt ſe hr̄e aliqd d̄ malo. iuſte tenent
r̄ſtituē ılła qb⁹ r̄ceperūt ſi ē certū. De
incertis aūt ſm ꝯſiliū bōi ꝯfeſſoris re
ſtituē vſuras. furta ſecreta. rapinas ſ
uitorib⁹. ſolidatā. elemoſinas mortuis
iux̄ eorum volūtates. Ad. 20. 13. Red
dite ergo oīb⁹ debita nemī qcq̄ꝫ debea
tis.

Dico tertio ⁊c̄. Nā recte mittit ⁊ diri
git radios ſuos. vt pꝫ ī radijs ſolarib⁹
⁊ cādele. Iſtā ꝓprietatē hūit. b. lucia q̄
ī oīb⁹ ſuis opib⁹ hūit ītentiōnē rectaꝫ.
nec amore odio. fauore. nec tīore. ał'n
duiauit. Ad paticbā. quō poſtq̄ꝫ oīa di
ſtribuit. ꝯduxit q̄dā domūculā. viuēs
ꝓprijs māib⁹. Uēit ſponſ⁹ ad nutricē
di. vbi erat illa magna barōia ł poſſo
⁊c̄. Et illa declāuit ſibi totū. Ille aūtē
vidēs ſe ꝯfuſū ⁊ deluſū: accuſauit eā.
īponēs ſibi titulū xpianitatis ⁊ ꝯ legē
auguſtoꝝ viuentē. Paſcaſi⁹ aūt ꝑfect⁹
vocauit eā querēs ab ea vbi eēt patri
moniū. q̄ rñdit ſe ꝯſtituiſſe ī loco tuto.
Et iudex. Tu patrimoniū tuū cum cor
ruptōib⁹ expēdiſti Que rñdit. Cōrupto
res cōporis nec aīe nunq̄ꝫ cognoui. Et
paſcaſi⁹. Sacrifica dijs. vł. ⁊c̄. Rñdit
b. lu. Ego p. 15. ānos nō ceſſaui ſacrifi
care deo qcqd hēo. mō q2 nīh ſupē. me
īpaꝫ offero. faciat d̄ hoſtia ſua qcqd vo
luerit. Et iudex. Iſta v̄ba potes dicer̄
xpiano. nihi aūt q p̄cipuꝫ d̄creta cu
ſtodio fruſtra iſta ꝓſeq̄ris. Et lu. Tu
p̄cipuꝫ leges attēdis. ego dei leges at
tēdo. Tu illos times. ego deuꝫ tīeo Tu
ilł placē deſideras. ego deo. Et iudex
Ceſſabūt v̄ba cuꝫ ꝑuētuꝫ fuēit ad v̄ba.
Et lu. chriſti ancila ſuꝫ q dixit. Spirit⁹
. s. loq̄r ī vobis ⁊ iō nō ceſſabūt. Et iu
dex. In te ergo ē ſpiritusſanct⁹: Rñdit
⁊ noluit dicē ꝙ ſic vitādo manē glīaꝫ.
ſꝫ dixit. Apłs dicit. i. ad cor. 3. ⁊. 6. ꝙ
caſte viuentes tēpluꝫ ſunt dei ⁊ ſpirit⁹
ſanct⁹ hītat ī eis. Et iudex. Ego te du
ci faciā ad lupanar. vt a te recedat ſpi
rit⁹. ſ. Rñdit. Si me inuitā violari fe
ceris caſtitas mihi duplicabit̄ ad coro
nā. Nō eīꝫ coīnquat̄ corp⁹ niſi d̄ ꝯſenſu
mentis. Dicat̄ hiſtoria quō nō potuit
moueri. Nō ꝙ v̄ginib⁹ dat̄ vna corona
virginitatis. qn̄ cuſtodiūt virginitatē
nō ſoluꝫ ī corpore nō faciendo actū. ſꝫ
ī mēbris oīb⁹. in ore nō loquēdo d̄ illa
mā ⁊c̄. ī oculis. aurib⁹. māib⁹ ⁊c̄. Sꝫ ſi
ipſis fiat violētia ipſis nō ꝯſentientib⁹
dat̄ alia corona. Iō dixit. Caſtitas mi
hi duplicabit̄ ad coronā. Ecce quō ha
buit rectitudinē ītentiōis ſine obliqta
te. yſa. 40. ⁊ luc. 3. Rectas facite ſemi
tas ei⁹. ⁊c̄. Morałr ꝯ meretrices que

ſunt ī hoſpitijs. Nā.20.i. Digni ſūt mō
te nō ſolū q faciūt ea ſ; etiā q conſenti
unt facientib⁹. glo. auguſtin⁹ Cōſenti
re uident̄ q debēt ⁊ poſſunt corrigere
⁊ nō faciūt ⁊c̄.

¶ Dico quarto q: lux ſubito emittit radi
os ṽ.g. De ſole qui qn̄ orit̄. in inſtanti
mittit radios ad occidentē. Idē; de ce
co illuminato. Iſtā ꝯditionē ſiue ꝓprie
tatem hūit. b. lu. q: ī inſtanti ꝑ marti
riū aīa ſua intrauit in celū empireum.
Ala praticha. Dicat̄ qūo fecit ꝑconiza
tionē vt q̄cūq; vellet peccare cū tali
do:cella u ēir; ad lupanar ⁊c̄. O quot
milui uenerūt ad carnes. ⁊ cū uellēt
eā ducere ad lupanar nō potuerūt ea;
mouere ⁊c̄. Dicat̄ de oleo feruenti ſu
per eam ⁊c̄. Ecce qūo habuit cōdictio
nes ſiue ꝓprietates lucis. Ita etiā eſt
lucis effect⁹ in ill' q hn̄t ad eā deuotio
nem illuminādo mentē. oculos aīe ⁊
corporis. ⁊ calefaciendo uoluntatē in
deuotionē uel dilectionē erga xp̄; ⁊c̄.

¶ In feſto ſancti thome apl'i.

Thomas unus ex duodecim q di
cit̄ didim⁹ Jo. 20. ⁊ recitatu; ī
euāgelio hodierno Sic̄ tota ſo
lēnitas hodierna ē. b. thome apl'i ita
⁊ ſmo. S; ſalutet̄ pri⁹. ṽ. ma. ⁊c̄. Uer
bū thematis ē rn̄ſioꝗōnis. quā poſſent
facer̄ ignorātes dicēdo. ſ. Qd̄ feſtū eſt
hodie? Et iſte ſanct⁹ qual'r uocatur? Et
qual' dignitatis fuit? Rn̄dit thēa. Un⁹
ex. 12. ⁊c̄. ⁊ eſt qī deſcriptio ꝯtinens no
men ⁊ cōditiones ſancti tho. Queſiui
amore ueſtri uirtutes h⁹ apl'i tā ī hyſto
ria euāgelij. q̄ ī legēda ſcōrū ⁊ inueni
ī eo. 6. magnas uirtutes. Tres colligū
tur ex textu euāgelij Johānis. Alie ue
ro. 3. de eius legēda que ſubtiliter ⁊ ī
gēioſe poſſunt noīari ī themate iuxta
ſingulas virtutes ſingula uerba ⁊c̄.

¶ Pria ē alta caritas Ibi thomas.
Secūda ē ṽa hūilitas Ibi vnus.
Tertia ē clara fidelitas Ibi ex duodeci
4ᵃ eſt caſtimōia groſa Ibi qui
5ᵃ ē miſericordia copioſa Ibi dicitur.
6ᵃ ē patiā uirtuoſa Ibi didim⁹.

¶ Dico ergo prio ⁊c̄. alta caritas que eſt
amor ⁊ deuotio erga dn̄m ſup oīa de q̄
dicā vobis. 12. grad⁹ ⁊ uidebitis ī quo
gradu caritatis fuit. b. tho. Prim⁹ gra
dus ē qn̄ h; tantā caritatē ad dn̄m ꝙ
totū ītellectū dat deo ad cogitandū ⁊
cōtemplandū. Jā ſcitis qūo res ualde
dilecta ē ſepe cogitata ut p; de filio ⁊c̄.
Secūd⁹ grad⁹ altior ē. qn̄ nō ſolum ī
tellectus ſ; ēt uolūtas deſiderat hono
re; dei ⁊ eē cū eo. q: res amata ē mul
tum deſiderata ⁊ ē altior grad⁹. q̄ pri
mus. Terti⁹ gradus ē qn̄ homo recor
dat̄ de bn̄ficijs creatiōis. redemptiōis
iuſtificationis. ⁊c̄. Uolunt eni ſuſpendi
ne aliquis ſibi obediēs ⁊c̄. Quart⁹ gra
d⁹ eſt ī ore. nō loquēdo vanitates. nec
mendacia. ſ; loqui de deo orando non
iurando. legēdo vl' ꝑdicādo: q: libēter
hō de re valde dilecta loqtur. Quītuſ ī
oculis ad plorandū ex xp̄i paſſione. ⁊
peccatoꝝ ꝯmiſſione. ⁊ proximi cōpaſſiōe
Sextus ī aurib⁹ audiēdo miſſas cū de
uotiōe: q: libenter audit hō noua ꝺ re
dilecta. Septim⁹ ī māib⁹ ex elemoſina
rū largitione amor̄ ſui. Octau⁹ ī tibijs
⁊ pedib⁹ peregrinādo amor̄ ſui. Non⁹
ī toto corpor̄. ī ieiunijs. vigilijs cilitio
diſciplinis. cauēdo a delitijs luxurie.
Decim⁹ dat̄ diuitias ⁊ bōa tp̄alia amo
re ſui ⁊ viuer̄ ī pauptate apl'ica Unde
cim⁹ renūciare oīb⁹ dignitatib⁹ h⁹ mū
di amore ſui. Duodecim⁹ ⁊ ſup oēs qn̄
amore ſui hō dat vitā corporalē. qn̄ hō
ē ita philocapt⁹ de deo. ꝙ amore ſui ſu
ſtinet mortē ante q̄ aliqd faceret ꝯ eū.
Si eni hoīes mūdani ꝓ vna mulier̄ va
na ſuſtinēt ⁊c̄. q̄to magis ⁊c̄. ⁊ iſte eſt
maior ⁊ altior grad⁹ caritatis Jo. 15.
Maiorē caritate; nemo hēt ut aīa; ſuā
ponat ꝓ amicis ſuis. Null⁹ ē ita bon⁹
amic⁹ ſicut xp̄s Iſta dicit̄ alta caritas
In iſto gradu fuit. b. tho. Diceret aliqs
etiā ⁊ alij apl'i. Dico ꝙ nō ita excellēter
ī cāu ꝙ dicā vob. Legit̄ Jo. 8. ꝙ cum
xp̄s ꝑdicaſſet iudeis de ſua eternitate

⁊ diuinitate voluerũt eũ lapidarꝫ tãq̃
blaſfemũ: ſꝫ q̃a nũdum venerat hora
ſue paſſionis nec tali morte erat mori
turus. Dicit Jo. ꝙ abſcondit ſe. et exi
uit de tẽplo. i. fecit ſe inuiſibilẽ ⁊ iuit
ad aliã ꝓuinciã. ſ. galilee. Sꝫ cum tp̃s
paſſiõis appropinquaſſet. dixit apl'is il
lud. io. xi. Eamꝰ iterũ ĩ iudeã. Cogitate
qñ apl'i q̃ erãt timidi audierũt ⁊c̃. dixe
runt xp̃o. Rabi nunc querebãt te lapi
dare iudei ⁊ iterũ vadis illuc: Tomas
ãt ſup alios dixit. Eamꝰ ⁊ nos. Et mo
riamur cũ illo. q. d. Nũquid poſſumus
glorioſius mori: Jn iſto caſu oẽs apl'i
timuerũt p̃ter tho. Ecce q̃ũo erat ĩ al
tiori gradu caritatis. Jſte gradus cari
tatis oñdit ĩ hoc q̃ð dicit Tho. ꝙ he
brayce ĩterpretat abiſſꝰ. que ẽ profun
ditas obſcura ⁊ ĩmenſurabil' ⁊ fuit in
eo cõpleta ꝓphia dauid. d. Abiſſꝰ abi.
ĩuocat di. eamus ⁊ nos ⁊c̃. Mors. n.
abiſſus erat añ xp̃i paſſionẽ: q2 ꝑ eam
oẽs deſcẽdebant ĩ abiſſum ĩferni. ĩ vo
ce catharactaꝝ. No. catharactaꝝ ꝓm
ꝓpriam ſignificationẽ dicũtur operatio
nes aq̃ꝝ ĩ fluuio egipti. ⁊ qñ aqua exi
bat faciebat magnũ ſonũ. ⁊ iſte ſonus
dicebatur catharacta. trãſumptiue ãt
nubes dicũtur catharacte: geñ. 7. Ca
tharacte celi apte ſunt. ⁊ fcã ẽ pluuia
ſuper terrã. Figuratiue aũt apl'i dicun
tur catharacte ex abũdãtia aquaꝝ. ſ.
doctrinaꝝ euãgelicaꝝ cũ magnis vo
cibus predicãdo: quas doctrĩas deus
miſit ĩ h̃ mũdo ſterili ꝑ apl'os ad fruc
tificañ. Uox ãt catharactaꝝ. i. apl'orũ
fuit tremuloſa: qñ dixerũt xp̃o. Rabi
nunc iudei ⁊c̃. Sed abiſſus. i. thomas
abi. in. ſ. mõtẽ ĩuocat. ĩ voce. i. ſup vo
cẽ catharactaꝝ. i. apl'oꝝ. d. Eamus ⁊
nos ⁊c̃. Moral'r hic m̃lti ſunt ſimiles
apl'is ⁊ nõ. b. tho. q2 multi ſunt qui ñ
audent ire cũ xp̃o per bonã vitã. q̃ ti
mẽt lapidari cũ apoſtolis. Lapides du
ri ſunt verba deriſoria. Et truffe que
fiunt a mal' ad ĩfernũ eũtibꝰ cũ iudeis
Multi religioſi ſunt ⁊ clerici qui ñ au
dent ſequi xp̃ꝫ. ne dicatur eis ipocrita
⁊c̃. Sed ſicut tho. nõ timeamus dicen
do eamꝰ ⁊ nos. ſ. ꝑ bonã vitã ⁊ pñiã ⁊
moriamur cũ ipſo. Uultis cognoſcere
debilitatẽ illoꝝ q̃ iſto timorꝫ nõ ſequũt
xp̃m: Dicatꝫ ſĩilitudo de puero ꝑuulo q̃
mittitꝫ alicubi a m̃re. q̃ videns catulũ
latrantẽ in via ñ audet trãſire cũ tamẽ
non poſſet ſibi nocere. Multi ſunt ho
die in iſta ſtultitia: q2 pr̃ nr̃ yh̃s xp̃s ⁊
mater nr̃a eccleſia ſancta mittit nos
vt portemꝰ onꝰ bone vite uſq3 ad por
tam paradiſi que ẽ mors. ⁊ multi ñ au
dent trãſire ꝑ viã ex latratu caniculo
rũ. i. malarũ ꝑſonaꝝ tiore De q̃bꝰ dic̃
dauid Sagitte ꝑuulorũ fa. ſunt p. eoꝝ
⁊c̃. Nota de ſagittis ⁊ baliſtis pueroꝝ
Sagitte ſunt q̃ palee. q̃ nõ ĩterficiunt
muſcã. tales ſunt lingue obloquentiũ
ĩnfirmate. i. deliberate ꝯ eos. ſ. bonos
Jõ trãſiert ſolũ ꝙ intẽtio ſit bõa ⁊ di
cerꝫ cũ apl'o ad phi. i. Magnificabitꝫ xp̃ſ
ĩ corporꝫ meo ſiue ꝑ vitã ſiue ꝑ mortẽ.
mihi ãt viuẽ xp̃s ẽ ⁊ mori lucꝝ ⁊c̃.

Dico vo ⁊c̃. Xa hũilitas. Dicãꝰ ỹa hũi
litas vñ ꝓcedit: Sciẽdũ ẽ ꝙ ſic ſupbia
vẽit ĩ cõde cogitãdo excellẽtias ꝓprias
ita hũilitas vẽit ĩ cõde cogitãdo ꝓpos
d̃fectꝰ ⁊c̃. v. g. Qñ hõ cogitat ſuũ genꝰ
nobile ⁊ magnũ ⁊c̃. hõ l' cor mouetꝫ ad
ſupbiã. ſꝫ ſi cogitꝫ d̃fectꝰ dicẽdo. miſer
ego ſũ g̃noſꝰ ſꝫ corpꝰ. ſꝫ ſꝫ aĩaꝫ ſũ ĩfir
mꝰ ex peccĩs. Jdẽ d̃ pulchritudĩe cõpo
ris d̃ q̃ m̃lti hñt ſupbiã: ſꝫ cogita q̃ũo
aĩa ẽ turpiſ ⁊ maculãta Jdẽ dicẽ ꝙ hõ
hẽt magnas diuitias. reditꝰ. poſſoneſ
⁊c̃. Sꝫ cogita q̃ũo ĩ aĩa es paup ſiñ me
ritis. ⁊ q̃ũo nudꝰ appebis corã dõ ĩ mõ
te ⁊ ſic hũiliatꝫ hõ. Jdẽ q̃ ſupbit d̃ ſcia.
Sꝫ cogita. d. O miſ deꝰ d̃dit mihi ma
gnã ſciẽtiã ⁊ ñ hẽo bonã ſꝫ malã ꝯſciãꝫ
⁊ hũiliaberis cogitãdo defectꝰ tuos. ſi
cut pauo qñ reſpicit caudã pulchraꝫ ⁊
plumas ſupbit. ſꝫ qñ r̃ſpicit pedes tur
pes ⁊ podagroſos hũiliatꝫ ⁊ depõit cau
dã. Jta d̃ ill' q̃ hñt ſupbiã r̃ſpiciẽdo plu
umas d̃itatis ⁊c̃. ſꝫ qñ r̃ſpiciũt ad pedeſ

.ſ.peccata vilitates ꝛ defectus hũiliã
tur. Jõ R.diffiniens hũilitatẽ per cã;
dicit. hũilitas ẽ viliſſima ꝓprij defect⁹
cognitio. Qui ergo vult hũiliari.ſepe
cogitet ꝓprios ꝺfect⁹. Jſtã ꝓprietatẽ
hũit.b.tho.ſuper oẽs apl'os i caſu quẽ
vobis dicã. Dñſ yhs xps i nocte paſſio
nis facta cena r̃cipiẽs ꝯgeriũ ab apl'iſ
ꝯſolabaꝛ eos. Jnter alia dñs dixit illõ
Johis.14. Quo ego vado ſcitis ꝛ.viã;
ſcitis. Apl'i aũt tacebãt qı̃ gaudẽtes:
qꝛ xps cõmendabat eos ꝺ ſcia ꝛ tamẽ
neſciebãt quo xps ibat: qꝛ verecunda
banꝛ petere quo xps ibat.ne vider̃eꝛ
ignari. Sꝫ.b.tho.cognoſcẽs ꝛ cõfitẽs
defectũ ſuũ. ꝓ ſe ꝛ ꝓ alijs.dixit. Dñe
neſcim⁹ quo vadis. Et quõ poſſum⁹ viã
ſcire: Eſt hic qõ. Xps dicebat quo ego
vado ſcitis ꝛc. Et.b.tho.dic̃ Dñe neſ
cim⁹ q̃ uadis. vr̃ ꝙ alt̃ ipſoꝝ dicat f'lm
Rndeo. Termin⁹ ad quẽ xps ibat erat
ſua doloꝛoſa paſſio. ſꝫ illõ lu.24. Nõne
hec opõtuit xp̃ꝫ pati.ꝛ ita itꝛar̃ i gl'iã;
ſuã: Xps ꝺo mltotiẽs p̃dicauerat ꝺ ſua
paſſiõe ꝛ reſurrectiõe.iõ apl'i ſciebant
viã ꝛ terminũ.ꝛ ꝺ h dicebat xps. Quo
ego vado ſcitis ꝛ viã ſcitis ꝛc. Sꝫ apl'i
neſciebãt ꝙ xps iret ad illũ terminu;
nec p illã viã ſic̃ ꝺ.g. Si ego hẽrez ire
ad talẽ locũ ꝛ dicẽꝫ vobis.q̃ ego vado
ſcitis ꝛc. Sic ꝺ apl'is. Neſciebãt viã:
qꝛ neſciebãt ꝙ p viã paſſiõis iret xps
ad gl'iã; r̃ſurrectiõis.iõ dicit. Et quõ
poſſum⁹ nos viam ſcir̃. Ecce magna
hũilitas.b.tho. Jõ dicit vn⁹ ſingl'r in
ter alios apl'os ad cognoſcẽdũ ꝓpriũ
ꝺfectũ. Et vr̃ i eo ꝯpletã fuiſſe ꝓphiaꝫ
illã. Eccl'es.4. Un⁹ ẽ ꝛ ſcḋm ñ hꝫ. nõ fi
liũ.ñ fr̃ez.ꝛ taṁ laboꝛare non ceſſat.
Unus eſt.ſ.tho.apl'us.ſingl'aris.ſ.in
coll'io apl'orũ.ꝛ ſcḋm ñ hẽt q cognoſcẽt
ꝺfectũ. Nõ filiũ.ñ fr̃ez; Fili⁹ ẽ Jo.euã.
de quo xps dixit ꝺgĩni. Mlier. Ecce fi
li⁹tu⁹. Fr̃ petr⁹. qꝛ ſicut fr̃ fr̃i cõmit
tit domũ.ita xps petro cõmiſit eccl'iã.
Nec alij apl'i cognouerũt defcũ ſuuꝫ

vt.b.tho. Et iõ dicit. Et taṁ laboꝛare
ñ ceſſat ſuple ſcire ꝺitatem.d. Dñe ne
ſcim⁹ quo vadiſ. Moral'r iſtruimur hic
exẽ.b.tho. Ne verecũdeãr ꝯfitẽi nr̃aꝫ
ignorãtiã ꝛ petere dubia ab illis q ſci
unt: qꝛ iſta ſupbia q̃ ẽ i mũdo.ſ.vere
cũdia de dubijs certificari ne hõ repu
teꝛ ignar⁹.mlta mala facit.ꝺ.g. Mlti
neſciũt ſe ſignar̃.ꝛ verecũdanꝛ peter̃
Jdeꝫ de pr̃ noſter. Aue ma.ꝛ credo i
deũ Jtẽ Quot clerici q errãt i formis
ſacramẽtoꝝ. O miſeri. Et q̃ dãnatio ẽ
iſta: Et ex verecũdia ñ audẽt peter̃ ꝛc.
Jtẽ quot nõtꝛij ignorãtes.q recipiũt ꝯ
ctus ꝛ neſciũt ordinar̃ clauſulas. Et
nihil valebit iſtrumẽtũ vl' teſtioniũ. Et
iõ ſequũꝛ qõnes ꝛ diuiſiões. Jtẽ quot
male ſnie. quot ſ'le aduocationes ex
ignorãtia danꝛ ꝛ nolũt peter̃ ab anti
qs iuriſtis. Jtẽ quot moꝛtes ſequũꝛ ex
ipitia medicoꝝ ꝛ nolũt peter̃ Jtẽ quot
erroꝛes p̃dicanꝛ a religioſis vel cleri
cis ex ignoꝛãtia ꝛ nolũt petẽ.ymo ve
recũdanꝛ p̃dicar̃ ſmones alter⁹ſꝫ va
dũt ad ꝯcordãtias. Jtẽ quot ieiũia frã
gunꝛ ꝛ feſta: qꝛ ñ fuerũt i miſſa i dñi
ca. Jõ dicit ſcrip' talib⁹ Jſa.5. Ue qui
ſapiẽtes eſtis i oculis vr̃is ſꝫ ñ dei nec
ẽtiũ.ꝛ corã voб metipis prudẽtes Jõ
deponaꝛ tal' uerecũdia dãnata.tenẽ
tes ꝯſiliũ moyſi. Dicentis deutero.32.
Jnterroga pr̃eꝫ tuũ ꝛ dicet tibi.maio
res tuos ꝛ ãnũciabũt ꝛc.

¶ Dico tertio ꝛc. Clara fidelitas. Fideli
tas.n.ñ ẽ obſcura qñ in corde credit
qõ dic̃ ore. Sicut dauid dic̃ Credidi.ſ.
corde pp qõ locut⁹ ſum. Jõ apl's.2. ad
cor.4. hñtes.ſ.i corde fidei ſpm̃ credi
m⁹ pp qõ ꝛ loqmur. Jſtã hũit.b.tho.
ſup oẽs alios apl'os i iſto caſu. Poſtq̃
.n.xps a mõtuis ſurrexit appuit apl'iſ
ſꝫ ñ erat tho.ibi. Apl'i ãt gauiſi ſunt ui
ſo dño. hũerũt.n.fidẽ reſurrectiõis i
corde.ſꝫ nõ legiꝛ aliqd eis dixiſſe ore.
Apl'i ãt dixerũt tho.quõ viderũt dñꝫ.
q dixit eis qõ ẽ ſcriptũ. Jo.20. Niſi vi

dero i máib⁹ ei⁹ fix. clauoꝝ ⁊ mittã di gi. me. i lo. clauoꝝ n̄ credã. Deide poſt dies. 8. iteꝝ appuit eis yeſ⁹. ⁊ b. Tho. erat cũ eis. qb⁹ ſalutatis. dixit b. Tho. Infer digitũ tuũ ⁊c. Qui credidit i cõ de ⁊ loquut⁹ ẽ ore clamãdo. d. Dñs me us ⁊ de⁹ me⁹. Dic aug⁹. ⁊ grego. ꝙ xp̄s uoluit ut palpãdo pbaret. vt ſequẽtes cõfirmaret. Nõ legit̄ ꝙ aliqs aploꝝ ita clar̄ ↄfiteret̄ fidẽ diuitatis xp̄i dicẽdo De⁹ me⁹. ⁊ hũanitatis di. Dñs me⁹. Jõ dicit̄ Ex duodeci Rõ ẽ xp̄s. n. volẽs oñ der̄ claritatẽ fidei aploꝝ dixit illõ io. ii. Nõne. 12. ſunt hore diei. Dies clara ẽ xp̄s. duodeci hor̄ clar̄ h⁹ diei ſũt apl'i iter quos ẽ. b. tho. Jn h̄ q̄ ore cõfeſſ⁹ ẽ fidẽ ⁊ fuit clarior. h̄ pꝫ p lucã. 6. ca. q cõputãdo apl'os dixit. Simõ petr⁹ ⁊ andreas fr̄ ei⁹. Jacob⁹ ⁊ iohãnes. phili p⁹ ⁊ bartholome⁹ ⁊ thomas. Jn. 6. lo co põit thomã Mat. 10. ponit̄ alio mõ. Modo claꝝ ẽ ꝙ qñ dies hꝫ. 12. horas. hora. 6ª. diei ẽ clarior. ſic claritas fidi b. tho. Et vr̄ ꝙ hoc vellet dicẽ xp̄s qñ dixit. Si qs ãbulat i die n̄ offendit. q̄ lucẽ h⁹ mũdi videt. ⁊ õ vno. ſ. thoma. Moral'r hic i h̄ mũdo oꝫ hr̄e clarã fide litatẽ i corde credẽdo. ⁊ i ore loquẽdo ⁊ fidẽ ↄfitẽdo. dicẽdo credo i deũ mãe ⁊ ſero cũ ꝓteſtatiõe ſicũ miles faciẽs re gi homagiũ. tal' virtute fidei ad bonũ finẽ venit. Auctoritas pauli ad. ro. 10. Corde credit̄ ad iuſticiã. ore ãt ↄfeſſio fit ad ſalutem. Dic de legenda ſiue de hiſtoria. ⁊c.

¶ Dico quarto Caſtimo⁹ gratioſa. Fuit .n. caſtiſſim⁹ i tm̄ ꝙ loquẽdo v̄bis ipri mebat volũtatẽ caſtitatis i cordib⁹ au ditoꝝ: q̄ v̄ba r̄cipiũt ſaporẽ a pferẽte. Si pferẽs ſit ſupb⁹ v̄ba r̄cipiũt ſaporẽ ſupbie. ſi hũil' hũilitatis ⁊c. ⁊ ſic õ aliiſ Dicat̄ quõ p⁹ pẽtecoſteꝫ apl'i diuiſerũt ſibi mũdũ ad p̄dicãdũ. Dicat̄ hiſtoria quõ. b. tho. iuit ad indiã. ⁊ dũ iret fuit i quadã ciuitate. ⁊ audiuit p̄conẽ dicẽ tẽ ꝙ oẽs q cẽnt i ciuitate eſſẽt i ↄuiuio õ nuptiis filie regis. ⁊ ſic erat male in dut⁹. Cogitate ꝙ fuit õ vltimis. Jã ſci tis ꝙ i nuptiis diſſolutiões ml'te ⁊ ex ceſſ⁹ fiũt. Qõ vid̄s. b. tho. p q̄dã fene ſtrã reſpiciẽs celũ ↄtẽplabat̄ ſiue ↄtẽ plãdo flebat Uidẽs aũt un⁹ q fuiebat õ aqua. pcuſſit eũ alapa di. Jſte ꝑditor cõfundit regẽ. Oẽs letant̄ et gaudẽt ⁊ iſe plõat Subito. b. tho. ut tãgit aug. hũit reuelationeꝫ de punitiõe pcutien tis. Ad queꝫ dixit beat⁹ tho. nõ tm̄ deſi derãdo uindictã. ſꝫ ut diuĩa uirt⁹ mani feſtaret̄ corã oib⁹. Ante ꝙ̃ ſurgam⁹. man⁹ tua p os canis portabit̄ hic. Et ita fc̄m fuit. Ex iſto miraclo rex uoluit ut bñdiceret ſponſaꝫ ⁊ ſponſũ q adhuc erãt uirgiẽs. ⁊ bñdixit eis. d. Dñe yhu chriſte. amator caſtitatis ⁊ puritatis. da bñdictionẽ tuã ſup iſtos ⁊c. Subito n. corda eoꝝ fuerũt ita alterata in tm̄ ꝙ fecerũt uotũ uirginitatis. Ecce uir tus ſue caſtimonie qd fecit. Et baptiza uit eos. ⁊ fuerũt ſancti. ⁊ multi ex eis ibi ↄuerſi. Ecce caſtimonia gratioſa õ ipſo trãſiens ad alios. Jõ dicit̄ Qui. q n. ſcribit̄. 3. litteris. ita caſtitas ↄſuat̄ cũ trib⁹. ſ. i cõde n̄ deſiderãdo illõ op⁹ ⁊c. nec ore loquẽdo. nec corpor̄ faciẽdo De iſto q. auctõitas pv̄. 22. Qui diligit cõdis mũdiciã pp gr̄aꝫ labioꝝ habebit amicũ regeꝫ. Moral'r audiſtis quõ illi ſpõſi uirgines uenerũt ad mr̄imoniuꝫ Uideatiſ mõ quõ uẽiũt. Et niſi pquiſie rint oĩa lupanaria ⁊c. Dauid Corrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſt. n̄ ẽ q fa. bo. n̄ ẽ v. ad unũ. ſuple de adultis. Do micelle credo ꝙ ueniũt uirgines. uti nã n̄ mẽtiant̄. Jõ pdũt gr̄aꝫ dei i mr̄i moniis. Jõ xp̄s luc. 12. Sint lumbi ur̄i p̄cincti ⁊ lu. a. ſ. bõa opa in manibus ueſtris ⁊c.

¶ Dico quinto miſicordia copioſa opere ⁊ v̄bo p̄dicãdo ut facerẽt elemoſinas: q̄ tales nũq̄ ſũt egẽtes. Dicat̄ quõ qñ fuit i idia rex uolebat fabricare pala tiũ ⁊c. Tũc tho. hũit occaſionẽ ⁊ dixit

regi ꝙ ipſe erat magiſter ⁊c̃.d. ꝙ ipſe
facẽt fundamẽta q̃ ñ poſſent dirui nec
parietes. ⁊ ꝙ palatiũ eẽt inexpugnabi
le. Et nõ mentiebaẗ. q̃ꝛ loq̃baẗ ſpũali
ter. Fundamẽta ſunt articuli fidei. i.
coꝛ. 3. Fundamentum aliud nemo po
teſt ponẽ pꝛeter id qđ poſitu; ẽ. Parie
tes ſunt v̾tutes. feneſtre ſunt ꝯtempla
tiões. tectu; eſt caritas. Rex aũt erat
totꝰ carnaẗ ⁊ nõ intelligebat: Et quia
erat receſſurꝰ a regno tradidit magnaſ
pecunias. b. tho. ⁊ dedit vnu; ſcutife
rũ ut cuſtodiret pecunias ⁊c̃. Tho.
aũt infꝛa ſe dixit. o; pꝛio me coũerteꝛ
iſtu;. ⁊ ita fecit. Deinde obtenta litte
ra a rege ꝙ ĩ toto regno ⁊ ciuitate fiẽt
id qđ tho. dicẽt. Tũc. b. tho. cepit p̃dica
re xp̃m ⁊ edificaꝛ eccl̾ias ď illis pecu
nijs ĩ tm̃ ꝙ acq̃ſiuit xp̃o magnã multi
tudinẽ gentiũ. Cũ ãt rex rediret obuiã
tibꝰ ſuis ď regno q̃ſiuit. ⁊c̃. ď palatõ ⁊c̃.
Rñderũt. De quo palatõ? Nihil eſt ⁊c̃.
Rex v̾o reputauit ſe deceptum. iõ cepit
⁊ ĩcarcerauit. b. tho. Dicaẗ de r̾ſuſcita
tiõe fr̾is regis. Ecce de ſua mi̾ĩcoꝛdia
copioſa. Jõ diciẗ. Diciẗ. i. fãoſe noĩaẗ.
q̃ꝛ p̾ſone mi̾ĩcoꝛdes famoſe noĩantur.
Auctoꝛitas. Dixit xp̃s de Magda. que
fuit mi̾ĩcoꝛs Mat. 26. Jn toto mũdo
diceẗ. i. noĩabiẗ ꝙ hoc fecit ĩ memoꝛiã
eius. Moꝛal̾r credo ꝙ nullus v̾r̃m eſt
qui ĩ celo nõ vellet palatiũ ⁊ nullꝰ cu
rat edificare. ſ; edificatis. hic palatia
domos. cameras que deſtrueẽẗ ĩ bꝛeui
Edificate ĩ celo vnã cela;. Fundaẗ. n.
elẽoſinis. ſi magnas el̾ias facitis ma
gnas domos edificabitis. ſin aũt rẽit
tet vos ad hoſpitale miſoꝝ ad ĩfernu;
Jõ auiſetis vos vt habeatis domũ vbi
ſemp̱ habetis ſtare. Dicũt viatoꝛes ꝙ
vna mala nox leuiter trãſit ſ; ſp̱ ſtare
⁊c̃. Jõ apl̾s. 2. cõ. 5. Scimꝰ ꝙ ſi t̾reſtriſ
domꝰ nr̃a huiꝰ hĩtatõis diſſoluaẗ. edifi
cationẽ ex deo hẽmꝰ domũ nõ manufa
ctã. ſ; eternã ĩ cel̾.

¶ Dico ſexto ⁊c̃. Patiẽtia v̾tuoſa. qñ hõ
p̱ xp̃o ẽ paratꝰ nõ ſolũ ſuſtinẽ patienẗ
iniurias v̾bo vl̾ ẽt op̱ibꝰ. ſ; ẽt moꝛi pꝛo
xp̃o. Jdeo chꝛiſtꝰ luc. 21. Jn patientia
v̾r̃a poſſidebitis aĩas v̾r̃as. Dicaẗ eius
martiriũ qđ fuit ĩ vltĩa ĩdioꝝ vbi ado
rabãt ſolẽ tãq̃ deũ: q̃ꝛ nõ videbãt pul
crioꝛẽ creaturã. B. aũt tho. ĩcepit p̃di
care ꝯ iſtũ erroꝛẽ De hoc vide ĩ ſmõe
ſynõis ⁊ iuđ. Dicaẗ q̃uo diſcalciatꝰ vo
lebãt ꝙ iret ſup̱ flãmas ⁊ lãĩnas ferre
as ignitas. ⁊ ſignãs ſe ſigno ✠ fõs eru
pit ⁊ flãmas extixit. Scđo fuit poſitꝰ ĩ
furno ferreo ignito ĩ quo ſtetit p̱ diem
oꝛãdo ac ſi eẽt ĩ p̃to. hic dixit q̱dã mer
chatoꝛ. Deꝰ ſuꝰ p̃ſeruat eũ. ſ; faciamꝰ
ꝙ faciat aliq̃d ꝯ deum ſeu dñ; ſuũ ⁊ di
mittet eũ. Tũc adduxerũt eũ ad tẽplũ
ſolis ut adoꝛaret vi. Tũc nõ fuiſſet pec
catu; ſi vi adoraſſet: q̃ꝛ peccatu; iõ dr̃
peccatũ q̃ꝛ voluntarium. ⁊ dixit. Ego
adoꝛo ñ ſolẽ. ſ; deũ. nõ creaturã. ſ; cre
atoꝛẽ Et p̃cepit demõi ut egredereẗ ď
illo ydolo ⁊ ꝯminueret. ⁊ ita factũ eſt.
Qđ videntes põtifices tẽpli ⁊ ſacerdo
tes: cũ lãceis ĩterfecerũt eũ ⁊c̃. Jõ dr̃
didimꝰ. i. dubiꝰ vel geminꝰ. i. duplex.
Angeli aũt ſunt ſimpliceſ. nos ãt ſumꝰ
gemĩ: q̃ꝛ hẽmꝰ ſpiritu; ut angeli ⁊ car
nẽ vt aĩalia. Spũs quidẽ pꝛomptꝰ eſt.
ſ. ad patiendũ. Cãro ãt ĩfirma. Ul̾ dubi
us: q̃ꝛ caro dubitat moꝛi Moꝛal̾r. Si
tm̃ ꝯſtitit p̱adiſus apl̾is amicis dei. q̱d
faciemꝰ nos? Quo pꝛetio emenius? Si
mꝰ penitentes. ut ad ſuã p̱ueñiamus ſo
cietatem. Amen.

In die natiuitatis domini.

NAtꝰ eſt vobis hodie ſaluatoꝛ.
Luc. 2. Sermo nr̃ erit ď natiuita
te dñi nr̃i ieſu chꝛiſti. S; ut coꝛ
dibꝰ v̾r̃is deꝰ det aliqualẽ dulcedine;
ſpiritualẽ huiꝰ ſolẽnitatis. Pꝛĩo ſalute
mꝰ v̾ginẽ mr̃e; Natus eſt vobis ⁊c̃. A
pꝛĩcipio mũdi vſq; ad natiuitatẽ filij ďi
nũq̃ fuerunt poꝛtata tã bõa noua. nec
auditi tã boni rumoꝛes ⁊ vtiles huma
no generi ſicut notat thema p̱poſitũ.
q̃ noua poꝛtauit ãgelꝰ ⁊ nunciauit hoĩ

bus.d.Nat⁹ eſt. v . ſuple hoib⁹ q era
tis pditi .ad īfernū ſentētiati.ꝛ dānati
hodie ſaluatō.ſ.q liberabit ꝛ ſaluabit
vos. Ecce bōa noua de xpi nati. Inue
nio ī libris doc.in ſacra ſcriptura . de
dño nro ihu chriſto tres natiuitates. P⁹
eſt na.eternal' ī ſua dītate.2ª eſt natiui
tas ſpiritual' in baſcitate.3ª eſt na.ma
ternalis ī nra humanitate . Et de iſta
3ª.loqr thēa.ō q̄ ſingularit facim⁹ ho
die feſtū. His trib⁹ natiuitatib⁹ diſpēſa
tu; eſt in iure.extra de cele . miſ.cōſu
luiſti.c.3.De cōſe.di.i.Nocte ſcā.ꝙ q
lz ſacerdos poteſt celebrare.3.miſſas.
Et pria miſſa repreſentat primā natiui
tatē q̄ dr in nocte q2 eſt nobis ignota
Ideo dicit Introit⁹. Dñs dixit ad me
fi.me⁹ es tu.ego ho.ge.te. Secūda miſ
ſa q̄ dicit in aurora repreſentat ſecun
da; na.ſ.ſpiritualē. Jō dicit introitus:
Lux fulgebit ſup nos.i.lumē gratie q̄
hab;illuminare noſtras mētes p gra
tiā. Ideo dicit ꝓpha yſa.61. Spirit⁹ do
mini ſup me .ꝛ i epl'a ad titum.3. Per
lauacrū regenerationis ꝛ renouationis
ſpiritus ſancti quē effudit ī nos abun
dē Tertia miſſa repreſentat.3.na. Ideo
dicit Introit⁹. Puer natus ē nobis .ꝛ
filius dat⁹ eſt nobis . Et hoc idem ha
betur in ꝓphia.epl'a.ꝛ euangelio. Et
vbum c.f.eſt ꝛ hita.in nobis. Pria er
go natiuitas ē eternalis ī ſua deitate:
q2 eternaliter ante q̄ȝ de⁹ crearet celū
ꝛ terrā. Angelos. Stellas. Planetas.
Solē.ꝛ lunā.iam de⁹ pater genuerat
filium ī deitate ſua.ſ.in diſtictiōe per
ſonali ꝛ vnitate eſſentiali: q2 alius eſt
pater generās.ꝛ ali⁹ eſt filius genera
tus.teſtāte fiō catholica ī ſimbolo Ata
naſij d. Alia ē.n.pſona pris: alia filij .
Sed nō eſt alius ī vnitate eſſentiali:
q2 patris ꝛ filij vna ē diuinitas.e.g.co .
ma. In nobis aūt nō eſt ſic: q2 ſicut pr
generās eſt alius ī diſtinctiōe pſonali
a filio: ita etiā eſt aliuſ ab eo ī diſtictōe
eſſentiali: q2 alia eſt pris eſſentia.alia

filij Rō.q2 qū pr genēat filiū ex ſe pſ
nalit ꝛ eſſentialr.eſſentia pris māet ī
ipſo filio reſtricta: q2 finita ē . S; ī dō
pre nō eſt ita: q2 lz de⁹ pr generet filiū
aliū a ſe ī pſona: nō tn̄ generat aliu; a
ſe ī eſſentia: q2 nō pōt ipſu; generar ex
eſſentiā ſuā q̄ īfinita eſt ꝛ vbiq;. Et de
iſta generatiōe ei⁹ dicit ꝓpha.yſa.53.
Generationē ei⁹ qs enārabit: q.d.nul
lus ſufficit. De iſta eterna generatiōe.
chriſtus dr fili⁹ dei oīpotentis.cui dic
de⁹ pr illud ps.2. Fili⁹ me⁹ es tu.e.h.
g te. Nō hodie.i.ī eternitate ī q̄ nō eſt
nec pteritū nec futur.ſ; ſolū pñs. non
dicā temp⁹.ſ; eternitas. Ideo dicit ho
die. hāc deitatem Arriani ipugnāt ſu
is erroib⁹.d.pre; ꝛ filiū nō vnu; deū
ſ; pl'es deos cē. Cū tn̄ auctoritate ſcrip
ture cogant vnū deu; ꝯfiteri pre;.ꝛ.f.
ꝛ.ſ. ſ.ſm b.tho.i.ꝯ gen. S; hec genēa
tō adhuc obſcura eſt.iō cātat pria miſ
ſa q̄ deſignat iſtā primā natiuitatē ī dē
ſis tenebris. Scda na.eſt ſpūalis ī ba
ſcitate. Unde eſt ſciendū ꝙ qū ꝯuerti
tur de mala vita ad bonā.de vitijs ad
vtutes ꝛ ꝓpōit emendare vita; ſua; ꝛ
facē penitentiā.tūc ꝯcipit chriſtū ī vte
ro ꝯſcie ſue. Et qū ꝯceptu; illu; mittit
ad effectu; viuendo ſācte ī quol; ſtatu
quem elegerit.tunc parit chriſtu;.ꝛ di
citur mr . Mat.12. Qui fecerit vo.p.
mei q in celis eſt: ille me⁹ fr ꝛ ſoror ꝛ
mr eſt. Nō q fecēit nō qui cōcepit vo .
pris mei ꝛc̄. Nā ſunt aliq qui faciunt
ſepe bonum propoſitum ſed nunq̄ȝ pari
unt per effectum. Dic de quol; ſtatu: ꝛ
hoc propter dolorem partus. v.g.de
vſurario quādo proponit reſtituere .
iam cōcepit xpm. ſed ī partu.ſ. quādo
vult reſtituere ibi eſt dolor ꝛ multi di
mittūt. Ide; ō illo q ꝓpoſuit remitter
iniurias. De talib⁹ dicit ſcriptura.yſa.
37. Uenerunt filij uſq; ad partu;.ꝛ vir⁹
nō eſt pariendi . Nō filij nō dicit filie.
ad inuendu; ꝙ nō loqr de pturitione
carnali ſed ſpirituali: Et uirtus non

ē pariendi.i.bonū ꝓpoſitū adīplendi.
Sed quādo peccator exeqˀ ī ope qḋ ꝑ
ponit in corde.tūc parit chriſtū ⁊ dici
tur mr̄ chriſti ſpiritualˀ ꝑ verā ſcītatē
Uirgo.n.Maria.dr̄ mr̄ chriſti ꝑ hūa
nitatē.Et hoc ē illud nouū qḋ vaticia
uit Jere.d.Femina circūdabit virū.
femina.n.circundat virū quādo aīa
deuota cōcipit ⁊ parit chriſtū per bo
nā operationē.Tertia nati.ē materna
lis in noſtra hūanitate.Et de iſta faci
mus hodie feſtū ⁊ ſollennitatē.Et iſta
na.fuit antigtus multipliciter cōmen
data .Unde nō declarationē huiꝰ bn̄
dicte natiuitatis in.5.cōcluſionibus.
Prīo ꝙ fuit antigtus per ſcōs pr̄es
ardēter deſiderata
Secūdo ꝑ iudos crudeliter diſpreſiata
Tertio ꝑ deū pr̄em potēter celebrata
Quārto ꝑ beatā vgine; hūilr̄ occultata
Quito ꝑ ſcōs āgelos patēter publicata
Et qui vellet curioſe pdicare.oēs iſte
5.concluſiones tāguntur in themate ī
quo ſunt.5.conditiones. Pria pars tā
gitur in pria dictione.Secūda in ſecū
da.⁊c̄. Dico primo ꝙ iſta natiuitas fu
it antiquitus per ſanctos patres ar.d.
Et vt melius ītelligatis iſtā partem.
audite parabolā.Noueritis ꝙ fuit que
dam magna ⁊ nobilis ciuitas que fuit
ab inimicis crudeliter obſeſſa.impu
gnantes eā omni genere armorū.in tā
tum ꝙ iam eis deficiebāt cibaria: ī tan
tum obſidio durauit nec inimici vole
bant ipſos recipere ad vitam: īmo ſi
alij exibant ad eos.ſtatim occidebant
eos.Sciens autem rex ⁊ dominus ci
uitatis hoc qḋ fiebat.miſit nuntios ⁊
litteras ciuitati eis intimando ꝙ ipſe
veniret ad eos perſonaliter ⁊ libera
ret eos cum eſſet multum potens.De
quo ciues fuerūt multum gauiſi ⁊ ad
uentum eius ardenter cottidie expec
tabant. Recte ita fuit de mundo iſto.
Ciuitas iſta nobilis ⁊ magna fuit natu
ra humana.Or quis poſſet narrare
quot habitatores ⁊ ciues fuerunt in
ea ab adam vſq; ad natiuitatem chri
ſti.Cum ſecundū doc.tranſierīt vltra
5000.āni.Que fuit obſeſſa cottidie a
crudelibꝰ inimicis.ſ.īfinitis demōibꝰ
impugnantibus eā ſagittis temptatio
num.⁊ armis tribulationum.in tātu;
ꝙ iam deficiebant ei eſce ſeu victua
lia.De quibus dicit chriſtus Mat.4.
Non in ſo.pa.vi.homo.ſed in o.ver.
qḋ pro.de ore dei.Licet.n.haberet do
ctrinam moſaycam.tamen non dabat
vitam eternam.ſed ſolum temporalia
bona.nec habebat potum.ſ.celeſtium
promiſſionum que refrigerāt animas.
Et quando aliquis exibat de ciuitate
ſ.per mortem.ſtatim ſine miſericordia
capiebatur.⁊ in carcerē inferni carce
rabatur.Deus autem rex ⁊ dominus
huius ciuitatis volens conſolari ciues
ſecrete miſit eis nuntios.ſ.ſanctos pa
triarchas ⁊ prophetas cū litteris.Pri
ma littera moyſi Gen.49. Non aufere
tur ſceptr̄ de Juda.⁊c̄.Jtē yſa.53. At
tendite ad me popule meus.⁊ tribus
mea me audite:quia lex a me exiet.⁊
iudicium meum in lucem populorū re
quieſcet.prope eſt iuſtus meus.Egreſ
ſus eſt ſaluator meus nuntiādo eis ꝙ
ipſe perſonaliter veniret ad liberādu;
eos.De quo multum gauiſi ciues ⁊ ha
bitatores ciuitatis.mittebāt ſibi ſup
plicationes.ſ.deuotas oratiōes ut ve
niret ⁊ liberaret ciuitatem. Primo
moyſes dicit deo pr̄i.Exo.4. Obſecro
domine mitte quem miſſurus es.ſ.
prout promiſiſti Secūdo dauid ex par
te totius ciuitatis dic̄ filio ps̄.79.Exci
ta dn̄e po.t.⁊.u.vt.ſ.f.nos. Salomō
dicit ſpu.ſ. Sapi.9.Mitte illa; de celˀ
ſāctis tuis ⁊ a ſede maieſtatis tue.Nō
mitte illam.ſ.perſonam xp̄i in carne
humana que mititur a ſpū.ſ.q̄tu; ad
humanitatē.Jtē dicit yſa.64.Utina;
dirūperes celos ⁊ deſcendēs.Rex aūt
auditis tot ſupplicationibus miſit ſe-

crete vnū nunciū ciuitati qui diceret
ex parte ſua. Abac. ſecūdo. Apparebit
in finē ꝛ non mentietur ſi. m. f. ex. eū
quia ve. ve. ꝛ non tardabit Ecce q̄uo
ardenter deſiderabatur. Et ſm Ambꝛ
dicebant. Quando veniet? qn̄ naſcet̄?
quando apparebit? putaſne videbo? pu
taſne durabo? putaſ me videbit illa na
tiuitas? O ſi oculi mei viderent ꝑ quē
oculi cordis reuelabuntur. O ſi oculi
mei uidebunt quē credo in ſcripturis
dei Et q̄to magis appropinquabat tā-
to magis deſiderabat̄. Via veniendi
īcepit ī die ſue conceptionis: iō feruē
tiſſiue deſiderabat̄ a virgine maria ꝛ
ſancto Joſeph q̄ cottidie computabāt
dies cupientes videre ingreſſus ſui di
em in hūc mundū. Uirgo autē ipſum
portauit. 9. menſibus ꝛ. 6. diebus qui
ſt̄ 276. dies Jdeo in pſona xp̄i dic̄ ſcrip
tura ſancta. Sapi. 7. Sum quidē ꝛ ego
mortalis homo ſimilis hoībus ꝛ ī vē
tre matris figurat᷒. ſ. figura hominis
ſumpſi carnē decem menſiū tempore.
Propter hoc virgo ma. ꝛ Joſeph ſcien
tes ſuum appropinquare aduentuꝫ pa
rabant ſe deuote ad ip̄m recipienduꝫ.
Uirgo ma. parabat linteamina. panni
culoſ. faſcias ꝛc̄. ſicut faciūt mulieres
quando ſunt iuxta partū. Joſeph autē
emerat vnum bonum vitulum. ut fa-
ceret illa die natiuitatis magnū feſtū
Sed interim dicit Lucas ſecūdo cap̄.
Qđ exiit edictū a ceſare auguſto. Nō
magnam triſticiaꝫ Joſeph qn̄ audiuit
edictum imperatoris preconizatū ꝙ
ſub pena mortis ſinguli ꝓfiterentur ī
ci. ſuam. i. ſue natiuitatis. Joſeph aūt
qui erat de ciuitate bethleē de genere
dauid īcepit flere di. O miſer ſi vado
in bethleem nō uidebo iſtam benedic
tam natiuitatem a ſanctis patrib᷒ tm̄
deſideratam. Si nō uadam ero inobedi
ens ꝛ occidar ꝛ ſic etiam non uidebo
iſtam nati. Et ſic triſtis vēit ad domū
Uirgo autem ma. conſolabatur eum.

Et ſic debet facere bona vxor. Dice-
bat autem. O pater qđ habetis? Nō
quando deberetiſ gaudere quia ſal. in
breui debet naſci Tūc Joſeph narra
uit virgini edictum imperatoris. Et
cauſam ſue triſticie. Ad quem virgo.
Non curetis pater nec ploretis pro-
pter hoc: quia ego pro conſolatiōe ve
ſtra veniam vobiſcuꝫ que ſuꝫ etiaꝫ de
genere dauid. Joſeph aūt ex vna p̄te
gaudebat ꝙ v̄. vellet ire. ꝛ ex alia p̄te
dubitabat qđ ſi vidiſſent gētes ꝙ du
ceret ſecum mulierem grauidā ptui ꝓ
pinquā. Jtem ꝙ ſi pareret in via. Ad
quē v̄. Pater nō curetis de locutione
gentiuꝫ ex quo voluntas eſt bona. vo
luntas dei eſt ꝙ vadamus in bethleē
quia ſal. debet naſci ibi ſm ꝓphiam
Michee. 5. Et tu bethleē effrata puul᷒
es īmilibus iuda. Ex te mihi egredie
tur qui ſit dn̄ator in iſrl̄. ꝛ egreſſus
eius ab initio a diebus eternitatis.
Dicit Orige. ꝙ v̄. ma. melius ſciebat
bibliam q̄ꝫ prophe. Et parauerunt ſe
Joſeph. ꝛ ma. v̄. ꝛ receſſerunt de na
zareth. v̄gine equitando ſuper aſinuꝫ
ꝛ ioſeph ducebat ſecum vitulum quē
emerat. ꝛ cū vna corda trahebat aſi
num ꝛ cū alia vitulum. Ecce regina
paradiſi q̄uo aſſociatur. Tunc com
pleta ē prophia Agey. 2. Adhuc vnū
modicum eſt. ꝛ ego cōmouebo celum
ꝛ terram ꝛ mare ꝛ aridam: ꝛ mouebo
omnes gentes ꝛ veniet deſideratus
cunctis gentibus. Nota quia dicit
vnū modicū qꝛ modicū tp̄s tranſiuit a
prophia Agey. vſqꝫ ad chriſtum. mo
uebo celum. ſ. empireū. Dicit. s. Tho.
in prima parte. q. 109. per totā q̄ōneꝫ
qđ quando aliquis angelus habet ali
quam reuelationem a deo ſtatim ille
reuelat alijs angelis. ita ꝙ ibi nihil te
net ſecretum. Jdeo quando in conſi
ſtorio ſancte trinitatis Archangelus
Gabriel habuit reuelationem de īcar
natione filij dei. de qua ipſe erat nun

ci⁹. ſtati ipſe eã reuelauit oĩbus aliis. Et ſic celũ fuit motũ ad gaudiũ ⁊ leticiam pꝑ eoꝝ ruine reparationẽ. Itẽ ego mouebo terrã Terra ỽginea dr̃ ỽ. maq̃ debebat ꝓducere fructũ vite: que mota ẽ in angeli ſalutatione: qñ cogitabat q̃lis eſſet iſta ſalutatio. Et fuit turbata ĩ ſermõe ei⁹. luc. i. Itẽ mouebo mare ⁊ aridã ⁊ oẽs gẽtes: qñ ex edicto impatoris. ꝑ mare. ⁊ ꝑ terrã ꝓficiſcebanť ſinguli ĩ ciuitatẽ ſuã: ⁊ ibi profitebanť. Et tũc venit deſiderat⁹ cunctis gẽtibus. Et ſic pꝫ pria concluſio:

Q 2ª ↄcluſio ẽ ꝙ hec glorioſa na. fuit ꝑ iudeos crudeliter deſpecta. Dicit hiſtoria. ꝙ qñ Joſeph cũ virgĩe fuerũt ĩ ciuitatẽ bethleẽ non ĩuenerũt hoſpitiuꝫ nec aliquã domũ nec hoſpitale. nec aliquos ꝗ ipſos voluerũt recipere. Et ad hoc aſſignãť. 3. ratiões. Pria eſt quia fuerũt de vltimis ad veniendũ: qꝛ habuerũt ire ſpatioſe ꝑ viã. cũ eſſet ỽgo grauida ⁊ aſinus eſſet piger. ⁊ Joſeph ſenex ducẽdo vitulũ. Secũda qꝛ lꝫ illa ciuitas bethleẽ eſſet pua. tamen habũdabat multũ in mřtis mulierib⁹ ⁊ nobilib⁹ ⁊ ciuib⁹ ꝗ erant de genere dõ ꝗ erat nat⁹ ĩ illa ciuitate: ꝗ miſerãt nũtios ꝓ hoſpitijs hñdis Tẽtia rõ ſumiť a natura hoſpitalioꝝ ꝗ qñ videbãt Joſeph pauperẽ cũ ỽgine grauida: cogitabãt ꝙ occuparẽt vnã domũ. Et ꝙ modicũ lucrarenť cũ eis. Ideo ad praticã veniam⁹ ⁊ poteritis cogitare qũo fuit qñ Joſeph cũ ỽ. ſr̃ aſino eqtante intrauit portã ciuitatis. Cogitate ꝙ ſtatim diuertit ad primũ hoſpitiũ ne hẽrẽt diſcurrere ꝑ totam citatem querẽs ſi ibi poſſet hoſpitari. Cui dixerũt. Et quot homines equoꝝ eſtis? Et quando viderũt ꝙ erat cũ vna muliere grauida: ⁊ boue. ⁊ aſino. cogitãtes ꝙ modicũ haberẽt: dixerunt tranſeatis vltra: quia hic nõ eſt loc⁹ pro vobis. Qui iuerunt ad aliud hoſpitiũ. Cui dixerũt. Nõ totũ erat plenũ. Cogitate hic triſtitiã Joſeph ⁊ verecõdiã ỽ. ma. ire ſic oſtiatiꝫ. Sed virgo patiẽter ſuſtinebat. ⁊ cõſolabať Joſeph. Deĩde vẽit ad aliud hoſpitiũ. Cui dixerũt ꝙ erat totũ paratũ ꝓ tali dño ⁊ ꝓ tali milite vẽturis. Uidens Joſeph ꝙ ꝓ pecunijs nõ inueniret hoſpitiũ: cepit q̃rere ut amore dei ĩ aliquo loco illa mulier grauida ⁊ ꝓpiqua ꝑtui reciperet. nec ĩuenit ĩ tota ciuitate. Jmo dicebant. O male vetule bene videť ꝙ eſtis zelotipp⁹ de vxore vr̃a. Et q̃re poſuiſtis eã in viã? Et pauper homo flebat. Ad quem virgo. Pať habeam⁹ patiẽtiã: ⁊ ꝑquiramus aliqđ hoſpitale ⁊c̃. Rñdit hoſpitalã: Uos ſani eſtis: ⁊ iſte loc⁹ eſt pro ĩfirmis: ideo queratis alibi: qꝛ hic recipi nõ valetis. Cũ eſſet hora iã tarda nec inuenirent aliqđ receptaculũ: dicebat Joſeph flẽdo. O dñe hec ſunt peccã. Et ỽgo cõſolabať eum. Cũqꝫ circuiſſent totã ciuitatẽ ⁊ nõ inueniſſent aliquã domũ ad hoſpitiũ: viderunt vnã porticũ ĩ via publica. in quo erat p̃ſepe. ĩ quo forenſes quãdoqꝫ ponebant aĩalia ſua. ⁊ diuertebant illuc ꝓpter pluuiã. Dixit ỽgo. Bonũ eſt ꝙ eamus illuc ad manẽduꝫ: quia non eſt honeſtũ ire ꝑ villam tali hora. Et Joſeph. O miſer ego. Et nunqđ poterim⁹ ĩuenire vnam domuꝫ? Et ỽgo. Pater Tot⁹ mũdus ẽ dom⁹ dei: ideo ſtem⁹ hic. Tunc Joſeph depoſuit virginem de aſina. Cogitate cum q̃ta reuerentia. Et intrauerunt porticum. Et ait Joſeph ỽgini. O benedicta. hic pariatis. ⁊ non ĩ aliqua domo? Et ỽgo Jmo ſtabimus in domo: qꝛ totus mundus eſt dom⁹ dei. Deinde ioſeph tetendit vnã flaſiatã ſiue ſclauinã quam ꝑo ſuerant ſup aſinũ. ne uiderenť a tranſeuntibus. Ecce q̃ pulcra cortina regine celi. Et iuit emere vnũ faſſum palearũ. ⁊ carbones ꝓpter frigus: Et de illis paleis fecit paruũ lectũ regine paradiſi. d. O domine quid dicetis mibi

ꝙ in tali lecto collocauerim matrē ue
ſtrā. Et in illo modo ſteterūt adminus
iʒ. diebus: qꝛ dicit glo. Mat. 2. Qd̄ re
ges orīētis inuenerūt chriſtū cum ma
tre in illa porticu. Ecce palatiū regine
celi. Patet ergo qūo ſecūda na. fuit a
iudeis crudeliter deſpecta. hec reuela
uit deus Jere. ꝓphe: q flendo in perſo
na iudeorū dic. t. 14. Tibi peccauimꝰ ex
pectatio iſrael. Saluator noſter ī tem
pore tribulatōis. Quare q̄ſi colonus
futurus es in terra. Et. q. viator decli
nans ad manendū. Quare futurꝰ es
velut vir vagus ⁊ fortis q non pōt ſal
uare. Pz. 2. cōcluſio Moraliter quilʒ
vr̄m dicit in corde ſuo. O ſi ego fuiſſeʒ
ibi tunc. ⁊ cognouiſſem matrē dei. ego
recepiſſem eā in domum meā. Utinaʒ
vos non ſitis ī illa crudelitate cum iu
deis. Et nūquid hodie vidiſtis virginē
grauidā cū ioſeph in iſta vila: Uirgo
grauida dicit̄ hoſtia cōſecrata. quam
ducit ioſeph. i. ſacerdoſ. Quis vr̄m ſu
ſcepit eam. deuote cōicando? Credo
ꝙ nullꝰ. Certe de bono ꝯſilio debuera
tis ſibi parare domū conſciētie ꝑ peni
tentiā. cōtritionē. cōfeſſionē ſatiſfactio
neʒ ⁊c̄. Sed multi excuſant ſe ut iudei
d. ꝙ habēt recipere dn̄ʒ porcū. dominā
galinam ⁊c̄. ſed nolūt recipere dominū
ih̄m chriſtum ⁊ dominā hoſtiā. De ta
libus dr̄ ioh. i. in ꝓpria ve. ⁊. ſ. e. nō re
ceperunt. Iteʒ de illis q nolunt recipe
re in ſua domo pauperes. afflictos. pe
regrinos. ⁊c̄: De quibꝰ dicit chriſtus
Mat. 25. Amen dico vobis. q̄diu feci
ſtis vni de his fratribꝰ meis minimis
mihi feciſtis. hoc eſt bonum ſiue ma
lum.

Q 3ª ꝯcluſio eſt ꝙ iſta benedicta na. fuit
per deum patrē potēter celebrata. Exi
ſtente v̊gine in illa porticu. in illo loco
ita delicato ⁊ bene adornato ut dixi.
Circa mediaʒ noctem venit hora par
tus. quem ſenſit beata v̊. non ſicut ce
tere mulieres ſentiunt: quia habēt do
lores. anguſtias. miſerias. ⁊ triſtitias
magnas ī corpore. ⁊ earum facies mor
tificantur. Et fuit maledictio data mu
lieri propter peccatū. cui dictum fuit a
domino. Gen. 3. Multiplicabo erūnas
tuas ⁊ conceptus tuos. In dolore pa
ries filios ⁊c̄. Sed v̊. ma. habuit alia
ſigna. ſ. illuminationes: ſingulares cō
ſolationes. dulcedines cordis. ⁊ delec
tationes maximas magis q̄ ante: ⁊ fa
cies eius reſplendebat ſicut ſol Qd̄ vi
dens ioſeph benedictus. dixit. Bene
dicta quid eſt hoc? Et illa. Pater mo
do venit hora partus mei. Tunc io
ſeph ſurrexit ut iret ad vocandum ob
ſtetrices. ſed v̊. ꝓhibuit. d. Pr̄ ſicut in
conceptione nulla ꝑſona opata ē: ita ēt
nec ī nati. Cogitate qūo dixit. Benedi
cta vos eſtis īexꝑta ī huiuſmodi ⁊ ego
ēt. Et v̊. Non curetis pr̄. qꝛ deꝰ pr̄ om
nibꝰ ꝓuidebit. Ideo liber d̄ īfantia ſal.
q ponit ꝙ ibi fuerūt mulieres obſtetrī
ces ē reprobatꝰ. ex d̄creto pape Gelaſii
Unde Iero. Nulla ibi obſtetrix. nulla
muliercularꝫ ſedulitas īterceſſit. ſʒ ſu
bito ſicut radiꝰ ſolaris trāſit ꝑ feneſtrā
vitreā ſine fractione. Sic chriſtꝰ ſol iu
ſtitie trāſijt ꝑ portā vteri v̊ginalis ſine
aliqua corruptione. tāq̄ ſponſꝰ ꝓce. de
t. ſuo. Unde cātat ecc̄lia. Sicut ſidus
radiū ꝓfert. v̊go filiū pari forma neqʒ
ſydꝰ radio: neqʒ mr̄ filio fit corrupta.
Quē v̊. recepit manibꝰ ꝓprijs. ⁊ gēibꝰ
flexis. cū maxīa deuotiōne ⁊ reuerētia
adorauit ipʒ dicēdo. O dn̄e bn̄ veneri
tis vos de celo ad terrā ꝓ ſalute hoīuʒ
O dn̄e deſideratꝰ a ſcīs pr̄iarchis ⁊ ꝓ
phetis: adoro vos: qꝛ eſtis creator me
us ꝑ diuītatē ⁊ filiꝰ meꝰ per humanita
tē. ⁊ oſculabat̄ eū tāq̄ deū ī pedes eiꝰ.
mō os tāq̄ filiū. mō eiꝰ manꝰ tāq̄ crea
torē oīum rerꝫ dicēdo. O dn̄e tātā gra
tiā mihi feciſtis. Unde Ambr. O bea
ta ma. qs nobis poſſet arcana tui pec
toris referare. cum hic adores natū tuū
ut deum. Illic oſculareris ut filium?

Joſeph autem flēs pre gaudio dicebat
O benedicta permittatis me adorare
filium dei tam deſideratum a ſanctis
patribus ⁊ nobis. ⁊ adorabat euȝ di.
O domīe tantam gratiā feciſtis mihi?
Quot reges ⁊ ꝓphete voluerūt vos vi
dere ⁊ non viderūt. Et mihi peccatori
feciſtis tātam grāȝ ut vos videā. Tūc
īfans ꝓꝑ frigꝰ cepit fler̄. Et ioſeph acce
pit pānieulos ⁊ cito calefecit. Et v. pā
nis euȝ īuoluit ⁊ faſſiauit. Deinde Jo
ſeph voluit vocare mulierē aliquā que
lactaret eū. Sȝ v. ꝓhibuit. Cui ioſeph
Quid facietis bn̄dicta. qꝛ non habetis
lac? Dicūt. n. medici ꝙ ab eadē radice
ꝓcedūt lac ⁊ proles. vgo q̄ non hȝ vir
non hȝ lac. Cui v. Deus pr̄ prouidebit
Et flexis genibꝰ orabat deū. d. Deus
pr̄ vos ⁊ ego hēmꝰ vnum filiū cōem:
ideo vos q ꝓuidetis oībus creaturis:
ꝓuideatis ēt ſibi de lacte. Subito vbe
ra v. fuerūt plena lacte d̄ celo ſibi miſ
ſo. Jdeo cātat eccl̄ia Neſciēs vgo vir:
peperit ſine dolore ſalua. ſeculoꝝ. i. re.
an. ſola v. la. vbere de ce. pleno. Et ſic
pȝ tertia ꝯcluſio.

QCōcluſio ē ꝙ fuit ꝑ glorioſā v. ⁊c. humi
liter abſcōdita. Dic yſtoriā ꝙ ſtatiȝ qn̄
chriſtꝰ fuit natꝰ corpus eiꝰ reſplenduit
ut ſol qn̄ orit̄. Et nox facta eſt ut meri
dies. ita clarauit. Jdeo dic̄ Ambr. ꝙ apō
antiquos iſta dies natiuitatis chriſti
appellabat̄ nouꝰ. Et nō ſolū apō chri
ſtianos. ſȝ ēt apud iudeos ⁊ gētiles. Et
hoc ꝓꝑ duo. Pˀo qꝛ ut ipſe Ambr. ait
Sicut qn̄ chriſtus mortuꝰ ē ſol ꝑdidit
lumē ſuū ita qn̄ natus eſt accreuit ſibi
lumē ſuū. Secūdo qꝛ tēpeſtiuꝰ ſolito il
luxit ⁊ ortꝰ ē. v. gratia. Si āte na. chri
ſti oriebat̄ hora. 14. Jn die na. chriſti
ortꝰ eſt hora. 10. vl̄ forte citiꝰ. Jdeo di
xit Ambr. ꝙ nox ī qua chriſtꝰ natꝰ eſt
nō eſt dicēda nox: qꝛ nihil obſcuritatiſ
habuit. Cogitate quō multi q non dor
miebāt admirātes de tāta claritate vo
luerūt q̄rere vnde ꝓcedebat. Et v. ſē
tiens tumultū poſuit filiū ſuū in preſe
pio. Judei aūt venerūt ⁊ viderunt vn
de lumē ꝓcedebat. Dixerūt aliq. Pro
ph̄ia dicit. ꝙ qn̄ meſſias naſcet̄. nox
ſicut dies illuīabr̄. Si eſſet forte iſte.
Alij dixerūt taceatis. nō dicatis talia
Si herodes ſciret īterficeret vos. Jta
ꝙ tiōr̄ herodis n̄ fuerūt auſi recipe re
gē meſſiā. De iſto lumine dicit ꝓpha.
yſa. 9. Populꝰ q habitabat in tenebris
vi. lu. ma. hitantibꝰ ī regi. vm. mortis
.i. in peccato īgratitudis lux orta ē eis
Multiplicaſti gētē. ſ. ad videndū lumē:
ſȝ nō magnificaſti leticiā: qꝛ ſibi nihil
miſerūt ī tanta pauꝑtate. nec camiſiā
nec faſſiā: nec materaciū. nec aliquid
huiuſmōi. De quo lumīe loqtur clariꝰ
cū ſubdit̄. Paruulꝰ natꝰ eſt nobis ⁊ fi
liꝰ datꝰ eſt nobis: nō pr̄: nō. ſ. ſ. Modo
eſt hic vna q̄ſtio. Quare v. ma. reclia
uit filiū ī preſepio ītra beſtias. Qō ſi
bos cornibꝰ vl̄ aſinꝰ dētibus eū vulne
raſſēt. Beatꝰ lucas vult excuſare v.
d. Et reclinauit eū in preſepio. qꝛ non
erat ei locꝰ ī diuerſorio. i. ī illa pōticu.
Sȝ adhuc. b. luce poſſȝ reſponderi. Et
nunqd vgo q̄ ſine dolore ⁊ miſeria eū
peꝑit poterat eū tenere ī brachijs vel
ī gremio. q̄re ergo poſuit eū īter illas
beſtias? Triplex ē rō. Pˀa ut adiplere
tur v͛itas ſcripturaꝝ. Jā fuerat ꝓphatū
ꝙ īter aīalia d̄bebat poni ⁊ ab eis ſup
pliciter adorari. Cogitate q̄le gaudiuȝ
habuit v. qn̄ vidit filiuȝ ſuū adorari a
boue ⁊ aſino. Et q̄lē triſticiā qn̄ vidit
a iudeis chriſtū refutāri. Et fuit ipleta
ꝓh̄ia. yſa. i. di. Audite celi ⁊ auribꝰ ꝑ
cipe terra qm̄ dn̄s locutus eſt. Filios
enutriui ⁊ exaltaui. ipi aūt ſpreuerūt
me. Cognouit bos poſſeſſorē ſuū. ⁊ aſi
nꝰ p̄ſepe dn̄i ſui. iſrael aūt me non co
gnouit. ⁊ populꝰ meꝰ me nō ītellexit. 2ª
ratio ut ſubueniret corꝑali neceſſitati
Jam videtis quō regnat frigꝰ. Cogita
te ſi v. hēbat frigus. qꝛ nō legitur ꝙ

portaret pelles nec vestes fodratas de armelinis. nec hēbat pelliceū: nec cul citras ut posset ī eis reclinare filiū suū q magnu; frig⁹ patiebaē: hō recliauit eu; in pſepio. ut anelitu bouis ꝛ asi. ca lefieret. hoc fuit reuelatū abac. pphe. 3. c. Dn̄e audiui auditū tuū ꝛ timui do mie op⁹ tuū exāmaui. In medio duoꝝ aīalium cognosceris ſm translatione; 7. iterptū. 3ª. rō fuit ut nos istruerēt ī bō tate morali. Bos prio est aīal ñ portās onus. s; trahit plaustrū. ꝛ h; duo cor nua. significat dn̄os tēporales ꝛ prela tos ecclesiasticos. q nō portāt on⁹ ut pp̄ls: s; trahūt plaustrū. i. subditos su os ad paradisu; ꝑcedentes oēs eos ꝑ bonu; exemplu; sicut bos ꝑcedit char ru;. hn̄t etiā duo cōnua. i. duas iuris dictiones qb⁹ puniunt trāsgressores ut corrigant. Prelati eccl̄iastici hn̄t cor nu. cū quo feriūt spūal'r. s. excōicatō nes. Et dn̄i temporales hn̄t aliō cornu quo feriūt corporal'r. Asin⁹ qui portat on⁹ sigificat uassallos. ꝛ sbditos. ꝛ po pulares. Et. v̄. posuit fi. ī medio. ondēs ꝙ oēs bene pn̄t saluari. s. dn̄i. ꝛ plati ſ uando iustitiā: nec odio nec amor: nec tiore nec cupiditate faciāt ꝯ iustitia;. Uassalli ſō seruādo fidelitate;. obia; ꝛ reuerentiā dn̄is. Secūdo bos est aīal mundū qō antiqtus offerebaē deo ī sa crificiū. ideo sigificat sacerdotes q offe rūt sacrificiū corporis christi deo. Asi nus inmund⁹ significat laycos. v̄go po suit filiū in medio. Innuēs ꝙ omnes pn̄t saluari. Tertio bos q nō pōtat on⁹ significat dites. q manibus suis nō la borāt. Asin⁹ q portat on⁹ significat la borātes. v̄go posuit fi. ī medio. Innuēs ꝙ omnes possunt saluari. Quarto bos q h; duo cornua significat ꝑsonas de uotas ꝛ sāctas. Cornua duo significāt credeutiā ad fidem ꝛ promptā obiam ad mādata. Cū istis duobus defendūt se ab inimico ꝛ feriunt ipsu;. v̄go po suit filium in medio. ad innuendu; ꝙ si boni ꝛ deuoti sunt perseuerātes ꝛ peccatores q significanē per asinu; pi grum possunt saluari si sūt penitētes Quito bos q rumiat ꝛ diuidit vngulā significat magistros doctores q rumi nāt studendo: ꝛ diuidunt vngulā: quia habēt scientiā v trius q; testamēti. Asi nus rudis q nō diuidit vngulā. signifi cat ignorātes. Uirgo posuit filium in medio. Innuens ꝙ oēs pn̄t saluari. Et v̄ificaē illō ōō. d. ps. 35. hoies ꝛ iumēta sal. d. quemad. m. misericordiā tuā de⁹. Nō hoies tā potentes ꝙ sapientes: ta; dn̄os ꝙ subditos: ta; diuites ꝙ paupe res. Et iumenta. s. peccatores rudes ꝛ ignorantes saluabis domie. P; quar ta cōclusio.

Q[u]arta ꝯclusio ē ꝙ fuit ꝑ sāctos angelos pu blicata. quādo dixerūt pastorib⁹ v̄bu; ꝓpositum. Nat⁹ est u. h. s. Modū nar rat. b. lucas. s. ꝙ pastores erāt ī regiōe eaō. s. bethleē. vigilātes ꝛ custodiētes uigilias noctis sr̄ gregē suū. Et ecce an gel⁹ dn̄i stetit iuxta illos: ꝛ timuerūt ti more magno. Et dixit āgelus illis Noli te timere. Ecce euāgelizo vobis gaudi um ma. qꝛ natus est v. ho. sal. mundi. q est christus dn̄s in ci. ōō. s. bethlee; ꝛ hoc vobis signu;. Inuenietis infātē pānis inuolutū. ꝛ positum ī pſepio. Et subito facta est cum angelo multitudo celestis militie laudantiū ꝛ dicentium Glōia ī ex. ō. ꝛ ī ter. p. ho. bo. vo. Luc. 2. De⁹. n. pr̄ misit angelos de celo vbi fiebat magnū festum ꝛ solennitas ut etiā fieret ī terris. hoc reuelatū est pa storib⁹. Pastoribus vigilantibus. et forte sonātibus cōcorditer suas cara melas. Nō imperatori octauiano. non scribis: non sacerdotib⁹: nō regib⁹ nec prophetis: sed simplicib⁹ ꝛ pauperibus pastoribus. Sed q̄re dicit Ber. ꝙ isti pastores hēbant. 5. cōditiones. que si omnes iueniantur ī aliquib⁹ personis deus frequenter reuelat eis sua secre ta ꝛ post dat suā gloriā. Prima cōdic

tio ꝙ erãt vigiles. In quo oſtenditur ꝙ paſtores tã ſeculares ꝗ̃ clerici debẽt vigilare ſuper gregẽ ſibi cõmiſſum ne a lupis peccatoꝝ maxie publicoꝝ devorent: qꝛ ex peccatis ſecretis nõ punit̃ civitas uł cõitas. talibꝰ revelat deꝰ ſua ſecreta. Secũdo ſonabãt ↄcorditer ſuas cãmelas. In quo oſtẽdit̃ ꝙ perſonis devotis ꝛ pacificis ſonãtibus per orationes ꝛ ſupplicatões deus revelat ſua ſecreta. Tertio qꝛ erãt in deſerto ĩ auſteritate pñte vbi male cõedebãt: bibebant: ꝛ dormiebãt. In quo oñditur ꝙ pſonis que uiuũt ĩ auſteritate penitentie deꝰ revelat ſua ſecreta. Quarto qꝛ erãt homines paupes ad denotãdũ ꝙ deus revelat ſua ſecreta pauperibꝰ ſpiritu nõ diuitibꝰ. qbus dicit Luc. 6. Ve vobis diuites q hẽtis cõſolationez in hoc mũdo: qꝛ delicata eſt diuina cõſolatio: ꝛ nõ datur aliena. ſ. cõſolatio mũdi. Quinto quia erant ſimplices: neſciebãt aliquem decipere: ſed fideliter officium ſuũ peragebãt. In quo oñditur ꝙ pſonis ſimplicibꝰ. puris. ꝛ fidelibus. ꝛ ſine malit a deꝰ revelat ſua ſecreta Aucto. Mat. ii. Cõfiteor tibi dñe pr̃ celi ꝛ terre. qꝛ abſcondiſti hec. ſ. ſecreta a ſapientibꝰ ꝛ prudentibꝰ. ſ. mũdi. ꝛ revelaſti ea puulis. ſ. puris ſine malitia: ꝛ ſimplicibꝰ. Poſtꝗ̃ ut dictuz eſt ille angelꝰ nuntiauit iſta paſtoribꝰ multi alij angeli cupientes qꝛ v̾buz. e. factũ eſt deſcenderũt de celo ꝛ venerũt ad videnduz xp̃m. Et adorato xp̃o venerũt ad illuz angeluz loquentẽ paſtoribus Et p̄ gaudio inceperũt cantare. d. Glřia ĩ ex. deo ꝛc̃. Luc. 2. Et poſtꝗ̃ ãgeli receſſerũt. paſtores iuerũt ĩ ciuitatẽ ꝛ inuenerũt ĩfantẽ pãnis ĩuolutũ. ꝛ poſitũ in pſepio. Et cognouerunt de v̾bo qđ dictum erat illis ð puero hoc. ſ. qđ dicit thema Natus eſt v. h. ſal. qui eſt chriſtus dñs. q eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De ſancto Stephano ꝓthomartire.

Diſputantes cum ſtephano non poterant reſiſtere ſpiritui ꝛ ſapientie q loquebat̃. act. 6. Inter omnes alias promiſſiones magnas ꝛ mirabiles quas xp̃s fecit aplĩs ꝛ diſcipulis ſingulariter fuit illa ð q̃ Luc. 21. Ego dabo vobis os ꝛ ſapientiã cui nõ poterunt reſiſtere oẽs aduerſarij veſtri Nõ ego dabo vobis os. i. eloquentiam ad loquenđ predicanđ. ꝛ diſputandũ ꝛ dabo vobis ſapientiã per ĩfuſionẽ. Ratio huiꝰ ꝓmiſſionis fuit. quia volebat eos mittere per mundũ ad predicanđ. Jđ fuit neceſſaria iſta promiſſio maxie ſi vultis cogitare defectꝰ aploꝝ chriſti ꝛ diſcipuloꝝ. qꝛ erant rudes piſcatores ꝛ ſine eloquẽtia Jãqꝫ ſcitis per mal parlare homo perdit ius ſuuz. Deficiebãt n. ĩ ſcia intellectuali: quia nũꝗ̃ ſtuduerãt logicã. phiam. theologiã ꝛc̃. ꝛ habebãt diſputare ẽt contra principalia phie cuz magnis phis. Ecce rõ q̃re eis promiſit dñs. Ego dabo vobis os. i. eloquentiã in ore corã regibus ꝛ pricipibus ꝛ phis. ne veſtris artibus ꝛ rationibus poſſint reſiſtere. ꝛ ſapientiã ꝛ intellectum vt poſſitis vos regere ꝛ arguñta ſophiſtica phoꝝ ĩtelligere. Iſta ꝓmiſſio ĩ omnibus aplĩs ꝛ diſcipulis fuit completa ſꝫ ſingulariter oñdit thã fuiſſe ↄpletã in beato ſtephão cuꝫ dicit Diſputantes cũ ſtephão ꝛc̃. Pꝫ thẽa. Scđꝫ v̾ba thẽatis Notam ĩ beato Steſano duo ſingularia Primo ꝛc̃.

¶ Primo ex pãte iudeoꝝ bataglia multũ rigoroſa. ibi diſputantes cũ ſtephano. Scđo ex pte xp̃i victõia marauegloſa ibi ꝛ nõ poterant reſiſtere ſapientie ꝛ ſpiritui qui loquebatur ꝛc̃.

¶ Dico pmõ ꝙ ſm verba thematis oñditur in beato ſte. ꝛc̃. de fide chatolica de mã tam alta ꝛ ſubtili ꝛ tot arguentes ↄ̃ vnum rñdentẽ ſicut preliũ eſſet rigoroſum. ꝛ periculoſuꝫ alicui militi plures ↄ̃ cum preliantes diuerſis generibus armoꝝ loricati rigoroſius ꝛ

periculoſius preliū ē. ꝛ vnus ſolus cū
tot argumētis .rōnibus. deductiōi
bus. ꝛ perſuaſionib⁹ . q̄ ſunt lancee ꝛ
gladij ꝛc̄. Ita fuit de bello. b. ſte. quia
ipſe ſolus īuenit ſe ī campo ꝛ cōtra eū
venerūt magiſtri ꝛ rabini de quiq; ſi
nagogis ſiue ſtudijs generalib⁹ diſpu
tātes ꝯ eū di. illō act. 6. Surrexerūt au
tem cōtra eum quidā de ſinagoga que
appellabat̄ libertinoꝝ ꝛ eorū qui erāt
a cilitia ꝛ aſia diſputātes cum Ste. Si
nagoga aūt nihil aliud ē q̄ꝫ congregatō
doctoꝝ rabinoꝝ ꝛc̄. Qō eſt hic. Certuꝫ
ē ꝙ tunc tēporis qn̄ iſte ſinagoge inſur
rexerunt cōtra. b. ſte. ꝙ apl'i xp̄i erant
in yr'l'm. Qr̄ ergo inſurrexerūt contra
ſte. ꝛ nō cōtra petrum ſiue al um. ſ. ia
cobum: ꝛc̄. Rn̄deo. Poteſtis cogitare
ꝙ aliqd gratie ſingularis ꝛ virtutis
erat in beati ſte. predicatione i conuer
tendo gentes pluſq̄ꝫ in alijs. hoc dicit
tex. Stephanus plen⁹ gratia ꝛ for. fa.
ſi. ꝛ p. multa i populo. Nota plen⁹ gra
tia. ſ. illa de qua dō p̄s. 44. Diffuſa eſt
gratia in la. t. p. b. te deus in eternuꝫ
Secundo erat plenus fortitudīe. Legi
tur act. 6. ꝛ. 7. ꝙ ī primitiua eccl'ia mł
ti homines. ꝛ mulieres conuertebant̄
ꝛ volebant ſtare in ſocietate apl'oꝝ in
tantū ꝙ inter mulieres erat diſſenſus
ꝓpter qō apl'i poſuerunt eis in rectorē
vnum hominē ſanctū. caſtum ꝛ forteꝫ
Iſte fuit. b. ſte. Ita fuit fortis. ꝙ nulla
occaſione peccauit ꝛ rexit eas laudabi
liter. Ecce fortitudo qr vnus hō ſatis
faceret ꝙ gubernaret vxorē ꝛ filias. ꝛ
b. ſte. regebat tot. De quo regimine
apl'i excuſabant ſe rōne predicationis.
Et cuꝫ toto hoc. b. Ste. nō dimittebat
predicationē. Itē faciebat prodigia. i.
procul a digito que nullo poſſe creatu
re poſſunt fieri. vt ſuſcitare mortuos.
illumiare cecos. ꝛ ſic de alijs que per
naturā non poſſunt fieri. Itē faciebat
ſigna. Signa ſunt illa que poſſunt fie
ri per naturā. ſed nō illo modo v̄. g. de
febre curatur homo nāliter ſꝫ non ſu
bito. Ideo multi de populo cōuertebā
tur. ꝓpter qō quinq; ſinagoge iudeorū
ſurrexerūt ꝯtra. b. Ste. Ecce bataglia
rigoroſa. qr diſputantes cū ſtefano ꝛc̄.

Dico ſecūdo ꝛc̄. ꝙ in verbis thematis
nōui in. b. Ste. ex parte yh̄u xp̄i victo
ria marauegliosa ubi dicitur. Nō pote
rant reſiſtere ſapientie ꝛ ſpiritui qui lo
quebat̄. Ita erat armatus. b. Ste. ꝙ
ſagite argumentoꝝ nec gladij rōnum.
nec baliſte perſuaſionū. nec lancee de
ductionū potuerūt eum vulnerare. v̄.
g. Surrexit cōtra euꝫ ſinagoga liberti
norꝫ. p̄io cōtra. b. ſtephanū. predicā
tem de mā aduentus xp̄i dicit ꝙ iam
meſſyas in lege promiſſus venerat d.
ꝙ cecus erat qui hoc nō videbat cla
re. maxime cū patriarcha iacob d̄ hoc
dediſſet ſigna di. gen. 49. Nō auferet̄
ſceptrū de iuda nec dux d̄ femore eius
donec veniat qui mittendus eſt ꝛ ipſe
erit expectatio gentium. Modo dice-
bat ipſe Iam videtis ꝙ ſceptrum per-
ditum eſt. quia herodes alienigena re
gnat Ideo non oꝫ meſſyam expectare
licet mł'ti deceptores veniāt poſt eum
dicēdo ſe meſſyam. Itē de ebdomadi-
bus annorū 70. danielis. 7. que ſunt.
cccc. xc. anni ꝛ iam ſunt completi. Cō
tra hoc ſinagoga libertinorum volēs
confundere. b. Stepha. coram tota
multitudīe ſurrexit. d. Et nunquid di
cit yſa. xi. Egredietur virga de radice
ieſſe: ꝛc̄. Non ne iſta debebat eſſe ma
ter meſſye: R. b. Ste. imo. ꝛ flos de ra
dice eius aſcendet. ſ. meſſyas filius ei⁹
imo. Et nunqd ꝓonit ibi ſigna de aduē
tu meſſye. d. habitabit lupus cum he-
do. Et pardus cum edo accubabit. vi
tulus ꝛ leo ꝛ ouis ſimul morabun-
tur. et puer paruulus minabit eos.
Cum ergo iſta ſigna non ſint com-
pleta: quia lupus non habitat

cū agno imo deuorat. nec pardus cuȝ
edo. ergo Stefane reuoca qđ dixiſti.
Ecce ictus lancee. Rńdit b. Ste. dulci
ter. Signū ꝓphie verꝫ ē. ꝛ iam comple
tum ē. nec intelligēdū ꝙ loquatur de
illis beſtijs. qꝛ ille nāľr domari poſſūt
ſed ꝓpheta loquitur figuratiue de ho
mib⁹ ꝑ beſtias figuratis. ſicut loqut⁹
fuit iacob. geñ. 49. Catul⁹ leonis iuda
Jſachar aſinus fortis. neptalim ceru⁹
emiſſus. Beniamin lupus rapax. Lex
ergo nr̄a moyſaicha uocat beſtias ſcđꝫ
ꝓprietates ꝛ cōdi ctiones quas hituri
erant beſtiales. Nō. n. intelligebat ia
cob ꝙ iuda eēt leo vere. ſed ſm ꝓprie
tates ſicut leo dñatur beſtijs. ita iuda
ꝛ Dauid ex illa tribu debebāt dñari.
Jdeo iſa. dans illa ſigna de hoibus lo
quebať. Lupus. n. rapax fuit Mathe⁹
vt dicit beda pp vſuras ꝛc̄. Agn⁹ pu
rus ꝛ ſimplex fuit ioh. euan. ꝛ ſimľ ha
bitant. Pardus diuerſoꝝ coloꝝ fuit ni
chodemus fariſcus. Edus. Petr⁹ apľs
ſimul hitant. Vitul⁹. n. de quo fiebat
pricipale ſacrificiū. corpus xpi ſignifi
cat. Ouis ſimplex aiam xpi. Leo potē
tiſſimus ſignificat diuinitatē. Et puer
ꝑuul⁹. ſ. xp̄s nouiter nat⁹ minabit eoſ:
qꝛ caro. aīa. ꝛ diuinitas tria hec ſimul
erāt i xp̄o. Et ꝙ iſa. loquētur de hoīb⁹
patet cuȝ ſequiť in tex. Nō occidēt in
vniuerſo monte ſcō meo: qꝛ repleta ē
terra ſcia dñi ſicut aque maris opiētes
Claꝝ ē ꝙ loqtur de beſtijs que ihitant
templū. ſ. de hoibus beſtiales cōdictō
nes hñtib⁹. Et nō poterāt reſiſtere ꝛc̄.
Ecce victoria miraculoſa de tam rigo
roſo bello ꝛc̄. Scđo ſurrexit ꝯ eū ſina
goga cirenēſiū predicātē de mā diuini
tatis xpi ꝛ humanitatis. qꝛ ſicut deus
qñ uoluit dare legē iudeis aſſūpſit for
maȝ ignis. vt pȝ exodi. tertio. Et voca
batur ignis vt dixit Moyſes populo.
Deutero. 4. Dñs deus tuus ignis ꝯſu
mens ē. Sic qñ voluit dare legē nouā
euāgelicā. legē grē aſſumpſit formam
humanā. Que eſt. n. nobilior ꝛ melior
forma ignis vel humāitatis? Claꝝ ē ꝙ
hūanitatis. ꝛ iō nūq̄ꝫ dimittit iſtaȝ for
mā ꝛ dimiſit formā ignis quia eſt ira
tionabiľ. Jtē niſi eſſet deus nō poſſet
ſaluare aliq̄ȝ nec ſeipſum: quia ſicut lu
cerna ſine lumie non poteſt illumina
re nec etiā humāitas ſine diuinitate.
Tunc illi. Contrarios predicatis erro
res. Nūquid legiſtis in. 8. uerſu p̄s.
. 8. Audi popule meus ꝛ conteſta. i.
proteſtabor te. Jſrael ſi au. me. non
e. in te de⁹ re. n. a. de. alienū? Cū ergo
ille veſter yheſus ſit de⁹ recens: qꝛ ō
matre virgine habuit initiuȝ ꝛ natus
ꝛc̄. Rńdit Ste. xp̄s yh̄s non ē deus re
cens ſȝ eternus. ſed ſicut de filio regis
trigita ānorū. qñ ſit nouiter miles. eēt
nouus miles. ſed non eſſet nouus fili⁹
regis. ita dñs noſter yheſus xp̄us eſt
eternus filius dei ſcđꝫ diuinitatem. ſȝ
in aula ventris virginalis factus ē no
uus miles recipiens habitū humanita
tis vt poſſit bellare: ꝛ ſic licȝ fuerit hō
recens nō tamē fuit deus recens nec
alienus homo. pȝ quia in eodē pſalmo
ſequitur. Ego. n. ſum do. de. t. q. e. te
de ter. e. di. os. t. ꝛ im. illud. Deus. n.
in hebrayco ore ſtricto noiatur. ſ. El.
ꝛ in latino deus. ſed dilata os tuum in
hebreo dicendo adaȝ. i. hom. ꝛ in lati
no homo vult dicere. quia ero deus ꝛ
homo ꝛ victi receſſerunt. Populus āt
gaudebat: quia non poterant reſiſterē
ſapientie ꝛ ſpūi. ꝛc̄. Tertio cum ſemel
predicaret de trinitate di. ꝙ lȝ ſit vn⁹
deus ſol⁹. tamen ille ē tres perſone. ſ.
pater generans. filius genitus ꝛ ſpūs
ſcūs ſpiratus. exēplificādo in ſole vno
in quo ē pater generans ſcilȝ ſubſtāna
quia qui generat pater poteſt dici. ꝛ fi
lius genitus. ſcilȝ radius. ꝛ ſpirit⁹ ſpi
ratus. ſ. calor. Jta de ſua ſubſtātia ge
nerat radiū quem filiuȝ dicimus. quē
miſit in hoc mundo ꝛ n̄ receſſit ab eo
ſicut nec radius a ſole. Et caritas ſpi

rata a patre ꝛ filio. Spiritꝰ. s. dicitur Dicebat. b. Ste. ñ ĩtelligatis ꝙ tres ꝑ ſone ſint vt tres reges vel gigantes. quia non ſic ſumuntur perſone. ſed ſi cut dixi. Ideo dauid pſalmo. 18. In ſo le poſuit tabernaculum ſuum. i. ſimili tudinem ſuam ꝛc. Surrexit contra eũ ſinagoga alexandrinoꝝ di. Et nũqd dicit̄ deutero. 4. Audi iſrael. Dñs deꝰ tuꝰ vnꝰ eſt. Uos ponitis. 3. deos. Re uocate ꝛc. Rñdit. b. Ste. verꝫ ẽ ꝙ ille deus noſter eſt vnꝰ in ſua eſſentia. ſꝫ ille deus vnus. eſt tres perſone: ꝛ hoc non ẽ cõtra moyſen. ĩ auctoritate alle gata per vos. Imo moyſes ĩ dicta ſua auctoritate põit tres perſonas ſecrete quia ponit ibi tria uocabula. uolens nominare dñm dicit. Audi iſrael. Dñſ deus tuus: Dñs. n. eſt nomẽ potentie Ecce perſona patris cui atribuitur po tentia. Scdõ dicit deus qđ eſt nomen ſapientie. Ecce perſona filij: cui attri buitur ſapientia. Tertio dicit tuꝰ ꝙ eſt nomen clementie ꝛ bonitatis qđ ſpũi s. appropriat̄. Et nunqd ĩ principio bi blie habetis. In pricipio creauit eloyꝫ in plurali. vbi oſtẽditur pluralitas per ſonarum. Et non poterant reſiſtere ſa pientie ꝛ ſpiritui qui loquebatur. Quarto cum predicaret de ſacramẽto altaris di. ꝙ ante verba illa ẽ panis. ſed dictis verbis per xp̄m ordinatis a ſacerdote. ſtatim ſubſtãtia panis ꝯuer titur in corpus xp̄i ꝛ cõtinetur. Intra illam cortinam albam: ꝛ adoratur quẽ admodũ qñ rex audit miſſam: ꝛ intra cortinas ꝛ milites licet non videat re gem inclinant cõtra cortinas. Rõ q̄re deus inſtituit hoc ſacramẽtum fuit qꝛ ſicut dyabolus per fructuꝫ introduxit totum malum in mundo ꝛ dãnationẽ. Ita deus ſapientior diabolo voluit ꝑ fructum afferre omne bonum mundi ꝛ ſaluationẽ. De quo dicitur vir. ma. Benedictꝰ fructus ventris tui. Ideo dixit xp̄s. Joh. 6. Hic ẽ panis q̄ de celo deſcendit: qui manducat hunc panem viuet in eternum. Populus aũt h̄ clarꝰ uidens ꝛ intelligens conuertebatur. Surrexerunt tunc cõtra eum ſinago ge cilicianorum cum furia di. Uos ꝑ dicatis ſtultitias. qꝛ panis non eſt ado randꝰ. Nunqd dicit deus deutero. 6. Dñm deum tuum adorabis ꝛ illi ſoli ſ̄ uies? Ideo reuocate quod dixiſtis: qꝛ panis non debꝫ adorari. Reſpondit. b. Ste. di. ꝙ verum eſt ꝙ adoratione la trie ſolus deus eſt adorandꝰ. Jõ deus adoratur in hoſtia ꝯſecrata quẽadmo duꝫ adorabatur a moyſe ꝛ aaron ꝛ ab alijs in archa. Non enim adorabant li gnum nec aurum vel figuram: qꝛ fuiſ ſent ydolatre. ſed adorabant dominuꝫ qui tunc in figura arche voluit adora ri. Ratio quia ſicut deus dat vitã gra tie hic ꝛ in futuro glorie. Jõ ſicut tũc ñ reputabatur inconueniens adorare deum in archa. nec modo debet repu tari inconueniens adorare deum in hoſtia. Illi autem receſſerunt confuſi quia non poterant reſi. ſa. ꝛc. Quinto cum ꝑdicaret ꝙ lex moyſi ceſſabat ꝛ erat dimittenda quantũ ad iudicialia ꝛ cerimonialia. non autem quantũ ad moralia ſcilicet precepta: quia licet eẽt bona pro illo tempore. non tamen pro iſto: quia eſt bonuꝫ ꝛ melius quemad modum in formatõne hominis. Gñ. 2. Formauit deus. ꝛc. Bonum fuit corpꝰ formatuꝫ. ſed melior anima inſpirata Optimum autẽ fuit quando homo fuit perfectus in corpore ꝛ anima. ꝛ vita. Ita lex moyſi de limo terre: quia tota eſt terrena in promiſſionibus. nihil ce leſte promittit. bona erat vt corpus. ſed melior eſt anima. quia ſpiritualis. Ita melior eſt lex euangelica tota ſpi ritualis ꝛ perfecta. que non promittit temporalia imo dicit ꝙ deſpiciantur. ꝛ promittit celeſtia. gloriam ꝛ beatitu dinem. Bonus eſt puer. ſed melior eſt vir magnus ꝛ fortis ꝛ diſeretus. Sed

deus qui fecit puerum facit ipſuꝫ viꝝ
Ita de lege veteri puerorum : ſcilicet
moyſi ⁊ de noua ſcilicet virorꝫ. Sur
rexerunt de ſinagoga aſyanorum. d.
contra. Et nunquid dicit dauid pſ 110.
Fidelia omnia man. eius confir. i ſ. ſe.
fa. in. v. ⁊ equitate: Reſpōdit. b. Ste.
Imo iſta auctoritas declarat qd̄ lex
moyſi debuit durare in ſeculuꝫ ſeculi
Primum ſeculum fuit. ex quo fuerunt
in terra promiſſionis poſt exitū de egi
pto. ⁊ durauit vſqꝫ ad tranſmigratōeꝫ
Secundum fuit a tranſmigratōe vſqꝫ
ad xp̄ꝫ meſſyam. De hoc dauid. Redē
ptionem miſit dominus po. ſuo. man.
in e. t. ſuum. Et non poterant eum ſu
perare ⁊c. Tunc venerunt ad manuſ.
⁊ accuſarunt eum coram iudicibus ēt
obſtinatis. ⁊ habuerunt tres falſos te
ſtes accuſantes eum de blaſfemia in
deum. in moyſen. ⁊ in legem. B. Ste.
excuſans ſe. facta eſt facies eiꝰ vt an
geli. ⁊ illi ſtridebant dentibus in euꝫ
Uidens. b. Ste. ꝙ eius excuſatio nec
predicatio proficiebat. Incepit eos re
darguere. Narra breuiter eius marti
rium. Amen.

In feſto ſancti Iohānis euange.

Erat vir magnus apud deū ſuū
⁊ honoratuſ. 4. Re. 5. Pro decla
ratione uerbi huius ⁊ itrodu
ctōne materie predicande. Recordor
de q̄daꝫ hiſtoria que habet heſter. 6.
De qua recipiam fundamentum mei
ſermonis. Ille magnus rex ⁊ impera
tor aſſuerus fecit ſemel queſtiōem cui
dam ſubtili conſiliario querēs ab eo
conſiliū. d. Quid debet fieri viro quē
rex honorare deſiderat. Cogitans mo
dicum ille, poſt reſpondit. Ille quem
rex honorari vult debet indui veſtibꝰ
regijs. ⁊ imponi ſuper equum: qui de
ſela regis eſt. ⁊ accipere regis dyade
ma ſuper caput ſuum. Et primus d̄ re
gis principibus teneat equum eius. ⁊
per plateas ciuitatis incedens clamet
⁊ dicat. Sic honorabitur quēcunqꝫ
voluerit rex honorare. heſter. 6. Oia
iſta debent fieri ei: ſcilicet quē rex vo
luerit honorare. Dominus yhs rex po
tentiſſimus omnia iſta. 5. magnifice ꝯ
pleuit in. b. iohāne euangeliſta.

Primo a xp̄o regijs veſtibꝰ fuit idutꝰ.
Secundo ipoſitus fuit ſuper equū qui
de ſella regis eſt.
Tertio accepit ſr̄ cap ſuū diadēa regiſ
Quarto primus de regis principibus
tenuit ſibi equum.
Quinto per plateas ciuitatis inceſſit:
clamādo ⁊ dicēdo. Sic honorabit ⁊c.
Ideo propoſui vobis thema. Erat vir
magnus ⁊ honoratus apud dominum
ſuum. Ex his qnqꝫ patet thema. Nō
videamus de q̄libet vnū modicū. ⁊c.

Quantum ad primum dicit. homo quē
rex vult honorare debꝫ indui veſtibꝰ
regijs. Dico ꝙ: b. ioh. fuit indutus ve
ſtibus regalibus de eodem panno cuꝫ
xp̄o. Ecce quomodo humanitas quam
xp̄s indutus eſt in vtero virginis dici
tur veſtis. Rō: qꝛ ſicut veſtis coopit
corpus ne caro videatur. Ita perſona
filij dei eterna diuinitate coopta fuit
veſte hūanitatis. Ita dicit ſancta ſcri
ptura ad phil. 2. Qui cuꝫ in forma dei
eſſet ſemetipſum exina. for. ſerui acci
piens in ſimilitudine hominum factꝰ
⁊ in habitu inuentꝰ vt homo. Dico ꝙ
de eodem panno. ſ. de eadem carne in
dutus fuit. b. ioh. Unde cogitate ac ſi
de eadem petia panni pretioſi. ſ. ſcarla
ta induerētur rex ⁊ miles. Rex d̄ vno
capite ⁊ miles de alio. Ita fuit d̄ rege
xp̄o ⁊ milite iohāne. Petia panni pre
tioſi fuit. b. Anna que vt petia panni
habuit duo capita. i. duas filias. Pria
tanq̄ caput principale fuit v̄. ma. Ulti
ma fuit maria ſalome. De prīo capite
ſcilicet v̄. ma. fuit indutus xp̄s. De vl
timo capite fuit indutus. b. ioh. euan.
Ecce quomodo habuit primū honorēs

quia fuit frater yhesu xpi per ſingula
rem filiationem b. ma. Quando eniʒ
chriſt⁹ rex in die veneris ſancte fuit
in prelio equitans ſuper equū. ✠ Di
xit chriſtus matri ſue d iohanne. Mu
lier. Ecce filius tuus. Non ſolū nepos
ſed filius ſpiritualis. Et iohanni dixit
Ecce mater tua. non ſoluʒ auuncula.
Et ex illa hora accepit eam in ſuam
ſcilicet matrē. Modo iſta ſingłaritas
de nullo alio legitur. Ideo ac ſi de eo
deʒ capite panni eſſet indutus. b. ma.
vocabat eum filium. Item iohannes
vocabat eam matrem. Et ioh. conſide
rans iſtum honorem cantabat let⁹ et
gaudens cātioneʒ. d. illud yſa. 61. Gau
dens gaudebo in dn̄o. ⁊ exultabit aīa
mea in deo meo: quia induit me veſti
mentis ſalutis ⁊ indumento iuſtitie
circundedit me. Nota in auctoritate
quattuor clauſulas reddendo ſingula
ſingulis. Prima gaudens ſcilʒ d ɔſan
guinitate xpi: quia ex eadeʒ petia pan
ni fuit indutus. Secūda. Gaudebo ēt
quia filius ſingłaris. b. ma. Tertia. Et
exultabit. i. extra ſaltabit anima mea
in deo meo. quia induit me veſtimētis
ſalutis. i. yheſu qui hebraice ſal⁹ iter
pretatur. ⁊ fuit indutus veſtimentis
conſanguinitatis ⁊ germanitatis yhu
Quarta eſt. Et indumento iuſtitie cir
cundedit me: Mantellus eſt bōa vita
vel penitentia cooperiens malas ve
ſtes iferiores. ſ. ſupbie: auaritie: luxu
rie: iuidie: ire: gule: ⁊ accidie. Induite
vos mātellū pnie ⁊ nullum peccatuʒ
appebit in cōfuſione vr̄a. Jō dō. Bti
quor̄ re. ſunt ini. ⁊ quor̄ te. ſunt pec
cata. Ecce qr̄ dicit indumēto iuſtitie. ſ.
pnie circūdedit me. vel alr̄. Si vis di
cere indumēto iuſtitie. i. bone vite ⁊
iuſtitie. ſ. circūdedit me. ſ. ante verſ⁹
dn̄m per obediētiam ad diuīa pcepta
plus faciēdo ſm dei volūtatē q̄ ſcdm
ſenſualitatē. Retro p beniuolētiā ad
oēs tam chriſtianos q̄ infideles. taʒ
amicos q̄ inimicos. a dextris. ſ. proſpe
ritatis per temperantiam. Non ſuper
bir̄ nec exceſſum facere A ſiniſtris. ſ.
aduerſitatis per patientiam. Et lʒ non
portetis veſtimēta cōſanguinitatis vt
iohānes. tn̄ portabitis mātellū bōe vi
te. De quo plus gaudebat. b. ioh. Et
lʒ eēt de xpi parētella. niſi habuiſſʒ bo
nā vitā nō hūiſſet paradiſum. Jō dic̄
apl's. Ad phil. 4. Renouami ſpū mētis
veſtre ⁊ iduite nouū hoiem. i. bonaʒ
vitā. Si aliquis ſit diſcoopt⁹ ante p
inobedientiam. retro per inimicitiam
a dextris p intēpātiā. A ſiniſtris p ipa
tiētiā coopiat ſe mātello d bōa vita ⁊c̄

Quantum ad ſcd̄m graduʒ honoris di
cit. Uir quē rex voluerit honorare dʒ
poni ſup equū q d ſela regis ſit. Iſtū
honorē fecit xp̄s iohāni. Eqtauit eniʒ
equū xpi ēt de ſela. freno. ⁊ calcari
b⁹ ei⁹. Si dicat̄ xp̄s n̄ eqtauit equū ſʒ
aſinā pneceſſitate. Pro quo ſciendū ē
q̄ i ſacra ſcriptura corp⁹ noſtr̄ ſpiritui
cōpatū dr̄ equ⁹ Rō. q2 ſic miles regit
equū ita corp⁹ noſtr̄ regit a ſpū eqtan
te eundo an̄ per bona opa l' refrenādo
per tēperantiā a dextris vel a ſiniſtris
Nota q̄ ad gubernandū equū requirūt
duo. prio frenū. ſecūdo calcaria. Frēo
retinē ſi ē iget⁹ ⁊ nimis fōtis. calcāib⁹
pcutit ſi ē piger. Frenū corpor̄ nr̄oruʒ
ē abſtinētia i ore. retrahēs a pecīs. m'
ti. n. taʒ religioſi q̄ cl'ici q̄ ēt ſecl'ares
eqtant equū ſine freno tēpātie. iō pici
unt i luto luxurie ⁊ corruptiōis ɔpreſ
⁊ cōmatres ⁊c̄. Tot⁹ mūd⁹ ē corruptus
M'ti nūc dicūt Ego vellē viuē caſte ſi
de⁹ facēt mihi grāʒ ſʒ n̄ poſſum. rō h⁹ ē
q2 eqtatis equū ſiñ frēo ac ſi miles vel
let eqtar̄ equū ingetū ſiñ frēo. ſi cadit
cl'pa ē ſua. Jō q2 null⁹ ē equ⁹ tā diſſolu
t⁹ ⁊ fōtis q̄ corp⁹ homis. Jō dic̄ iacob⁹
apl's. 3. c. Equis frēa i ora mittim⁹ ad
ɔſentiendū nob ⁊ oē corpus circonferi
mus. Calcaria autem ſunt amor de

ſaluatiõe in pede dextro . ꝛ timoꝛe de
dánatione ĩ pede ſiniſtro. Si equus tu
us ſit piger ad ieiunandũ. uigilandum
oꝛandũ. uel ueniendi ad eccl'iaꝫ. percu
tiatuꝛ calcaꝛi de pede dextro dicendo.
coꝛpꝰ laboꝛa. mõ quia reſurges impaſ
ſibile. clarũ. ſubtile. leue ꝛc̃. Si autē
nec ſic ſe mouꝫ. ꝑcutiat̃ cũ peð ſiniſtro
ſ. timoꝛe dánationis ꝛc̃. d. Si modo mi
ſerũ coꝛpus nõ vis ieiunare in infeꝛno
nunq̃ comedes. Idem de vigilia. cili
tio ꝛc̃. Qui hic nõ vult faceꝛe penitẽti
am faciet in infeꝛno ꝛ ſine fꝛuctu. Iõ
dicit ſcripura de iſtis calcaribꝰ. eccl'i. 2
Qui timetis deũ. Ecce ð pede ſiniſtro
vnũ calcar. Diligite illũ. Ecce ſecũdũ
Sed aliqui miſeri male equitant vt lu
xurioſi: qꝛ ſpiritꝰ nõ equitat ſuper car
nem regendo vt miles equũ ſꝫ ecõuer
ſo: qꝛ dñatur caro de quibꝰ dicit apl's.
Ro. 8. Qui ſm carnẽ ſunt que carnis
ſunt ſapiunt. Aliqui aũt equitant are
dos. i. ſine ſela. ut ſunt illi de matrimo
nio qui tangũt carnem . ſꝫ non cadant
ſeruãdo moduꝫ ꝛ mutuã fidelitatem .
Virgines aũt equitãt cũ ſela equũ qui
nunq̃ tangunt carnẽ nec coꝛde deſide
rando nec oꝛe loquẽdo nec opere faciẽ
do. De quibꝰ apl's. 2. coꝛ. 10. In carne
ambulantes non ſm carneꝫ militamꝰ
Xp̃s auteꝫ rex noſter ꝛ dñs equitauit
equũ carnis ſue ſiue coꝛpoꝛis ſui cum
ſela virginitatis: qꝛ nunq̃ ſenſit expe
rimentaliter illam delectationẽ quam
luxurioſus querit. Ideo apl's ad hebꝛ.
7. Talis. n. decebat vt nobis eſſet pon
tifex. ſanctus. ĩnocens. impollutus. ſe
gregatus a peccatoꝛibꝰ. ꝛ excelſioꝛ ce
lis factus . Quinq̃ꝫ excellentias dicit ð
xp̃o contra. 5. modos peccãdi per luxu
riã. Pꝛimꝰ modus ẽ cogitãdo. deſiderã
do. ꝛ delectãdo. Sꝫ quia xp̃s nõ cogita
uit nec talia unq̃ deſiderauit. qꝛ ſancti
tas pꝛĩcipaliter cõſiſtit in coꝛde. Ideo
xp̃s dicit̃ ſanctus. Secũdus modus eſt
loquẽdo ð illa mã vl' cantãdo. i. coꝛ. 15.

Coꝛrũpunt bonos moꝛes coloquia ma
la. Tales nõ ſunt ĩnocẽtes. Ieronimꝰ
Nõ longe ẽ a facto qui delectat̃ in ver
bo. Et qꝛ xp̃s nũq̃ de tali mã loqueba
tur niſi repꝛehendẽdo: Ideo dicit̃ ĩno
cens. Tertiꝰ modus ẽ molicies . ð his
qui per ſe poluũt timentes cõfundi ſi
cum alijs ꝛc̃. Ideo dicitur impolutus
Quartus ẽ de illis qui peccãt cum mu
lieribus faciendo opus. chꝛiſtꝰ vero nũ
q̃. Ideo dicit̃ ſegregatus a peccatoꝛibꝰ
Quītus modꝰ eſt cõtra nãꝫ . qñ nõ po
teſt ſequi generatio. Ideo xp̃s dicitur
altioꝛ celis factꝰ. ſ. in puritate. In iſto
equo equitauit. b. io. Sciuit. n. taliter
regere coꝛpus ſuũ cum freno tẽperan
tie. ꝛ abſtinentie. ꝛ calcaribꝰ ꝛc̃. ꝙ nũ
q̃ cecidit ð ſela virginitatis. Ecce equꝰ
de ſela regis. Iõ de ipſo põt ĩtelligi il
lud qð ipſemet dicit apoca. 19 . Ecce
equus albus. ſ. coꝛpus. b. ioh. Et qui ſe
debat ſuꝑ eũ vocabat̃ fidelis ꝛ verax
Fidelitas reſpicit coꝛ. qꝛ coꝛde nũq̃ ð
ſiderauit inhõeſtatẽ. Et verax. qꝛ oꝑe
nõ fecit actũ carnalẽ. Si dicat̃. hoc nõ
fuit ſingl'r in. b. ioh. qꝛ multi alij fue
rũt virgines. Dico ꝙ multi alij ſunt v̓
gines ĩ hoc mũdo ꝛ in paradiſo. ſꝫ non
credo ꝙ tali mõ ſint ſicut. b. ioh. qꝛ nõ
credo ꝙ aliquis in tali pũcto ſeruaſſet
virginitatẽ ſicut fecit. b. io. Cũ. n. fuiſ
ſet 27. ãnoꝝ deſponſauit vxoꝛẽ: deĩñ fe
cit ꝯuiuiũ nuptiaꝝ in quo fuit xp̃s. et
v̓go maria mater eiꝰ. ut dicit ierõimꝰ.
ubi chꝛiſtus mutauit aq̃ in vinũ. Et fa
cto ꝯuiuio ĩ ſero. foꝛte iam ſponſa erat
ĩ cameꝛa. ꝛ foꝛte in lecto . Et ſponſi qd
tunc cogitãt: Vos ſcitis qui trãſiuiſtiſ
a capite uſqꝫ ad pedes ſicut carnales.
Tũc xp̃s vocauit io. veni mecuꝫ. volo
ꝙ ſis religioſus. Quia vt dicit S. tho.
2. 2. q. 88. ar. 4. ad. 3. Apl'i faciebãt tria
vota. caſtitatis. paupꝛtatis. et obedien
tie . Et ſtatim io . recepto congerio a
ſpõſa ſequutus ẽ xp̃m. Ipſa potuit du
cere aliũ virũ. Et ex hoc eccl'ia veter

minauit ꝙ ſponſi poſſent ſeparari per
ingreſſu; religiõis. Ecce in quali pũcto
expectauit eũ dñs vocare nõ ante de
ſponſatõe; nec ante ↄuiuiũ: ſ; qñ iam
lupus volebat deuorare ouẽ. Jõ dicit
ieronim⁹ in prologo ſup euãgeliũ ioh.
hic eſt iohãnes euangeliſta vnus. i. ſin
gulãris ex diſcipul' dei. qui virgo a deo
electus ẽ: quẽ ↄ nuptijs volentẽ nube
re vocauit de⁹. Moral'r iohãnes piſca
tor 27. annoꝝ ꝛ virgo venit ad matrio
nium. Nõ ſi eſſet vnus talis nõ inue
niret vxorẽ. ſtatĩ diceret ꝛc. Jtẽ qꝛ ſta
tim obediuit xp̃o dimittẽdo ſponſum.
xp̃s non precepit vobis dimittere vxo
res nec ſponſas: ſ; caueatis vobis ab
immundicijs. ꝛ contenti ſitis de vxore
veſtra alba vel nigra. iuuene vel anti
qua. ſana vel ĩfirma. qꝛ illud eſt onus
matrimonij. Qui vero nõ ſũt de matri
monio abſtineãt vt viuãt caſte ſꝫm con
ſiliũ tob. d. tob. 4. Attende tibi fili ab
omni fornicatione. ꝛ preter vxorẽ tuã
nũq̃ patiaris crimẽ ſcire.

Quantũ ad tertiũ gradum honoris di
cit. Uir quē; rex honorare voluẽit d;
accipeř regiũ diadema ſuper caput ſu
um. Corona qua xp̃s fuit coronat⁹ inq̃
tum hõ in die coronatiõis ſue fuit ſapi
entia perfecta oĩum reꝝ. Rõ: qꝛ ſicut
corõa portať ĩ capite ita ꝛ ſapiẽtia. Jõ
dicitur vulgariter de ſapiente. Bonã
teſta; habet. Corona aũt xp̃i hũit qua
tuor flores ad ſimilitudinẽ corone re-
gis circũquaq;. Ante per ſcia; trinita
tis quam hũit in conceptione nõ ſolu;
ĩ q̃tu; deus ſed ẽt ĩq̃tum homo. Uidit
trinitatem ita clare ſicut modo in celo
videt. Uidet. n. p̃re; ꝛ filiũ ſpirantes
ſpiritum ſanctũ. Retro hũit ſcientiam
ꝛ cognitionẽ oĩum creaturaꝝ ꝛ oĩum
rerum factaꝝ ꝛ fiendaꝝ. quot homĩeſ
fuerunt ante ꝛ poſt ꝛ erũt. ꝛ quot ani
malia. De die iudicij ꝛ de omnib⁹ cor
dium cogitationib⁹. A deſtris habuit
cognitionẽ ꝛ ſcientiam de gloria para
diſi ſtatim: qꝛ in inſtanti ſue concep-
tionis apuit ſibi librum predeſtinatio
nis ꝛ cognouit quot eſſent ſaluandi. ꝛ
cauſã ſaluationis. A ſiniſtris autẽ ha
buit ſcientiam ꝛ cognitionẽ penaꝝ in
ferni ꝛ oĩum damnatoꝝ. in libro p̃ſcie
vidẽs clare. ꝛ cãs damnatõis. De iſta
n. corona xp̃s fuit coronat⁹ in puncto
ſue conceptiõis quãdo virgo cõſenſit
ꝛ dix̃. illõ Luc. p̃io. Fiat mihi ſꝫ v̑bũ
tuum. Jn vltio verbo corporis xp̃i fuit
formatũ. ꝛ aĩa infuſa ſtati; habuit ſci
entiã oĩum predictoꝝ. De iſta corona
auctas cãticoꝝ. 3. Egredimi filie ſiõ ꝛ
videte regẽ ĩ diademate quo coro. eũ
mater ſua ĩ die deſponſatõis illius: ꝛ ĩ
die leticie cordis eius. Nõ filie ſyon. i.
ↄtemplatiue aĩe ꝛ videte rege; ſalomo
nẽ. i. xp̃m. Regula ẽ tam iudeoꝝ q̃ doc
torum noſtroꝝ. ꝙ in libro canticorum
vbi dicitur ſalomõ do vel dilectus vel
ſponſus intelligiť deus in diademate
quo coro. eũ mater ſua: qꝛ ex parte ma
tris regnũ ſibi debebatur dõ de iure
Et nõ ex parte p̃ris: quia nõ habuit ho
minẽ in patrẽ. Jn die deſponſationis
illius. i. aſſumptõis hũanitatis ĩ vnita
te ſuppoſiti: qꝛ ſicut vir ꝛ vxor nõ ſũt
oĩo duo ſed vna caro. Mat. 19. ita hũa
nitas ꝛ diuinitas in xp̃o non ſũt niſi vna
perſona diña. Et in die leticie cordis
eius. ex ſcia quam hũit ſubito. De iſta
etiã corona ſapiẽtie fuit ẽt coronatus
b. io. euãgeliſta ſuper omneſ alios ĩ no
cte paſſionis. Dicať q̃uo. io. qꝛ al's nõ
feciſſet reclinauit caput ſuũ. q̃ſi vell;
coronari ſupra pect⁹ xp̃i in cena. ꝛ tũc
hũit ſcientiam. qꝛ tunc fuit ſibi impoſi
ta corona regis 4 hñs flores. Ante per
cognitionem trinitatis. Jdeo fecit euã
gelium. Retro per cognitionem reru;
preteritarũ ꝛ futurarũ. Jdeo fecit apo
chalipſim. A dextris per cognitionem
glorie ꝛ ſaluandorum. Jdeo fecit pri-
mam epiſtolam canonica; A ſiniſtris

per cognitionē dānandoꝝ: Ideo fecit
ſecundā ⁊ tertiā epl'as canonicas. Iō
de eo poſſumus dicere illud. eccli. 45.
Corōa aurea ſr' cap̄ eiꝰ. exp̄ſſa ſigno ſā
ctitatis. Nota expreſſa ſigno ſanctita-
tis: q2 ſicut intus in aīa habebat coro
nā ſapientie. ita exprimebat extra per
ſignū ſanctitatis ⁊ bone vite. M'ti. n.
hodie portant coronā ſapientie ī capite
ſed nō expreſſam ſigno ſanctitatis ſed
vanitatis. hn̄t magnā ſcientiā ſed ma
lā conſcientiā. Sunt. n. multi habētes
coronā ſapientie in capite 4 floribus li
lij ornatā in circuitu ante per ſcientiā
quā hn̄t de deo legendo. diſputādo de
attributis. relatōnibꝰ. ⁊ nominibꝰ diui
nis ſ3 non expreſſat' ſigno ſanctitatis.
q2 nullum ſaporē ſentiūt ſanctitatis l'
deuotiōis. Retro per ſciā3 creaturarū
diſputādo de impreſſionibꝰ ⁊ cōſtella
tionibus corpoꝝ celeſtiū: de generatōe
⁊ corruptōe ⁊c̄. Sed n̄ expreſſat' ſigno
ſanctitatis. deſpiciēdo pſonas corrup
tibiles: ymo aliqui ī eis īmergunt'. A
deſtris per ſcientiā de gl'ia celi de his
qui ſaluant' ⁊ per que opera diſputādo.
predicando de ordinibꝰ angeloꝝ. ō gra
dibus gl'ie diſputādo. ſed non expreſſa
tur ſigno ſāctitatis cauēdo a peccatis.
q2 nō paramꝰ nos. ut ad illā perueniā
mus per bonā vitam nec illam arden
ter ōſideramꝰ. A ſiniſtris per ſcientiā
certam quā hēmus de penis dānatoꝝ
de inferno diſputādo ⁊c̄. ſed nō expreſ
ſat' ſigno ſanctitatis cauēdo a peccatis
ne illuc deſcendamꝰ ⁊c̄.

Quātum ad. 4. gradu3 honoris dicit.
Uir quē rex vult honorare primꝰ ō re
gis principibꝰ teneat equū eius. Iſtu3
honorem fecit xp̄s. b. ioh. Maior prin
ceps curie xp̄i inter angelos eſt micha
el qui venit ad nos. Dan. 10. Ecce mi-
chael vnus. i. ſingl'ris de pricipibꝰ pri
mis. Iſte pricceps ex precepto xp̄i dex
traiut equū. i. corpꝰ. b. io. in tantu3 q̄
nō impegit cadendo per mortem in ali
quo tormentoꝝ. cū tamē alij apl'i mor
tui ſint ī tormētis: ioh. aūt nec in tormē
to olei feruentis ī quo fuit miſſus a do
miciano impatore ppter xp̄m. cu3 ta-
men eſſet iam ſenex. Itē nec in inſula
deſerta pathmos fuit mortuus fame.
⁊c̄. Nec venenū ſibi datū ab ariſtode
mo pricipe ydoloꝝ ſibi nocuit: Nō fuit
quia maior pricceps curie xp̄i deſtrabat
equū ſuum. ⁊ ī eo fuit completa pphe
tia yſa. 43. d. Seruꝰ meus es tu cū trā
ſieris per aquas. ſ. quādo ducebat' in
exiliū in pathmos tecū ero. ⁊ flumina
nō operiēt te. Et cum ambulaueris in
igne. ſ. in tormēto olei nō combureris.

Quantū ad quintū gradū dicit. Et per
plateas ciuitatis incedēs. ſ. equitando
cum corona in capite ⁊ pricipe equum
deſtrante clamet pricceps. d. Sic hono
rabit' quemcūq3 rex voluerit honora
re. Iſtum honorē fecit deus. b. io. Ci-
uitas eſt paradiſus. de qua dō. Gl'ioſa
dicta ſunt de te ciuitas dei. Platee la
te ſunt ordines angeloꝝ. Et platee ci-
uitatis aurū mundum tanq̄ vitrū per
lucidum. apoca. 21. Modo videamus
quō princeps magnus. ſ. michael cla-
mauit per plateas huiꝰ ciuitatis. Dica
tur q̄ cum. b. ioh. fuiſſet. c. annoꝝ vel
circa ſenex. xp̄s ſibi apparuit inuitās
eum ad gl'iam ⁊c̄. Et dicat' quō. b. ioh.
ante diem ſui obitus fecit fieri fouea3
quadratam in eccl'ia. ⁊ pbici terram
extra eccleſiam. ⁊ vocato populo pre-
dicauit magnum ſermonem. De pace
d. Filioli diligite inuicem. Cūq3 nihil
aliud diceret Cogita quid populus de
buit dicere. O pater oblitus eſtis tam
pulcros ſermones ⁊c̄. Reſpondit quia
erat receſſurus. Ideo dicebat illa vlti
ma verba vt recordarētur quia ſi dili
gitis vos adinuicem non habebitis in
ter vos iras. diſcordias. ranchores.
nec malas voluntates. nec inuidiam

de honor. diuitijs ⁊ officijs ⁊c. Facto
ſermone intrauit foueam populo reſpi
ciente. Cogitate fletus de receſſu tan-
ti patris. d. Inuitatus ad conuiuium
venio. Et ſubito chriſtus cum apoſto-
lis ⁊ ſanctis angelis deſcendit cum tā
ta claritate ꝙ populus non poterat re
ſpicere Et. b. ioh. ſine dolore tradidit
ſpiritum in manibꝰ chriſti. Jeronimꝰ
Tam extraneus fuit a dolore mortis
ꝙ̄ a corruptione carnis inuenitur alie
nus. Poſt receſſum claritatis populus
iuit ad foueam. ⁊ non inuenit niſi mā
na ibiq; ſcaturiebat. O dixerunt ipſi
eſt ſubtus. Ecce anelitus eius quid fa
cit. Sed falſum eſt. ſed illud bulire de
māna ſignificat ꝙ ſic ſua doctrina euā
gelica ſcaturiet per totum mundum.
Alij dixerunt ꝙ eſt in paradiſo terre-
ſtri vt predicet cōtra antixp̄m. ut ſint
3. teſtes cōtra eum. Unꝰ de lege natu
re vt enoch Alius de lege ſcripture vt
helyas Alius de lege gratie ⁊ erit ter
tiꝰ ut iohēs. Sed hoc eſt falſū quia ipſe
met dicit in apoca. ꝙ erunt ſolum duo
teſtes helyas ⁊ enoch predicantes con
tra antixp̄m. Ergo vbi eſt tene doctri
nam Sancti thome doctoris. or. fra
trum predicatorum. qui in poſtila ſu-
per iohanne; dicit. ꝙ poſtꝙ̄ fuit mortu
us in fouea ibide; reſurrexit. ⁊ in cor
pore ⁊ in aīa eſt in celo ſiue in paradi
ſo. Et quando intrauit paradiſum trā
ſiens per plateas. i. ordines angelo-
ru; equitans. quia. ſ. in corpore ⁊ in
anima tranſibat. michael priceps cla
mabat. d. Sic honorabitur quem rex
honorari voluerit. Et ſic cum tali ho-
nore aſcendit vſq; ad ordinem ſera-
phin ad pedes domini noſtri yh̄u chri
ſti ⁊ virginis marie vbi habet cate-
dra;. Ideo poteſt dicere io. illud Job.
29. Quando procedebam ad por-
tam ciuitatis in platea ſuple ſuperiori
parabant catedram mihi. Ecce quare
dicit thema Erat vir magnus ⁊ hono
ratus apud dominum ſuum. ⁊c.

In feſto Innocentum.

Pueros percuſſerunt gladio
⁊ euaſi ego ſolus Job. 1. ho
die eſt tertium feſtum iun-
ctum natiuitati domini noſtri yh̄u
chriſti. Ratio iſtius ſocietatis eſt iſta
Chriſtus venit in hunc mundum vt
aperiret tres portas paradiſi. Prima ē
de penitentia per quam poſſent intra-
re peccatores. Ideo dicit chriſtꝰ Luc.
5. Non veni vocare iuſtos ſed pecca-
tores ad penitentiam. Et quia. b. Ste
fanus fuit magne penitentie non ſolū
in vigilijs. ⁊ in ieiunijs. ſed etiam vo
luntarie patienter ſubſtinendo marti
rium ⁊ ſic intrauit per portam peniten
tie. Ideo iungitur natiuitati chriſti.
Secunda porta eſt de obedientia. Et
quia. b. ioh. fuit obediens non ſolum
ad precepta ſed etiam ad conſilia euan
gelica. Ideo fuit ſingulr̄ dilectus a do
mino. Ideo iungitur natiuitati chriſti
in ſecundo loco. Tertia porta eſt inno
centie ⁊ iſtam aperuit pueris ⁊ inno-
centibus. Ideo tertio loco iungitur na
tiuitati chriſti. Feſtum hodiernum de
quo modo volo predicare erit de inno
centibus; ſed prius ſalutet vir. maria
⁊c. Pro declaratione huius verbi ⁊
introductione materie ſciendum ꝙ in
ter principiū ſacratiſſime vite domini
noſtri yh̄u chriſti quam tenuit in hoc
mundo trigitatribꝰ annis ⁊ finem ſu
um. inuenio magnam differentiam ⁊
diuerſitatem ⁊ quaſi contrarietatem
Nam in fine voluit mori ſolus ſine ſo-
cietate alicuius ſancte perſone. licet
inter latrones voluerit mori non ta-
men in ſocietate ſanctarum perſona-
rum ſed ſolus voluit portare onus no
ſtre redemptiōis Ratio: quia ſi aliqua
perſona ſancta ⁊ innocens cum eo
fuiſſet mortua. dixiſſent aliqui inſi-

deles ꝙ ſua paſſio non fuiſſet ſufficiēs
Jmo fuit neceſſarium ꝙ talis perſona
cum eo fuiſſet mortua. Jdeo ad expel
lendum iſtum errorem. ſolꝰ voluit mo
ri cum latronibus. De quibus nulla
fuiſſet huiuſmodi ſuſpitio ſeu error.
Jdeo in nocte paſſionis quādo debuit
capi a iudeis obtulit ſe eis. Di. io. 19.
Quem queritis ꝛc̄. Et precepit eis. Si
ergo me queritis ſinite hos abire. So
lus voluit pati oſtendens ꝙ ſua paſſio
fuit precium ſufficiens ꝛ ſuperabūdāſ
ꝛ fuit completa prophia Jſa. 63. Torcu
lar calcaui ſolus ꝛ de gentibus nō eſt
vir mecū. Torcular fuit ſancta crux
vbi calcatus fuit racemus humanita
tis. ꝛ vinum ſanguinis effuſum cū ꝟ
beribus. Corona ſpinarum clauis ꝛc̄.
Et de gentibus nō eſt vir. ſ. a virtute
ſanctus ꝛ iuſtus. Mecum. ſed ſolꝰ vo
luit pati. Ecce finem vite xpi. ſed prici
pium vite ſue glorioſe fuit diuerſum.
qꝛ ipſo nato oēs innocentes illius pa
trie de bethleē mortui ſunt: ꝛ ipē ſo
lus euaſit. Ratio qꝛ licet fuiſſemus re
dempti per mortē illam ſi voluiſſet. tñ
indigebamus adhuc inſtructione euā
gelice doctrīe ab ore eius. Jtē dixiſſēt
infideles. qꝛ inuoluntarie fuiſſet mor
tuuſ. Jdeo noluit mori puer ſed in me
liori etate voluit voluntarie mori. De
hoc moyſes prophetizans: ꝛ ſimul fuit
figura chriſti ꝛ preceptū iudeis dixit
Exo. 23. Non coques edū in lacte ma
tris ſue. Judei autē vt rudes exponūt
ad litterā ꝛc̄. acſi deus feciſſet ſe eorū
coquiarius. ſed eſt verbum prophetie
ꝛ dirigitur herodi. ſcilicet nō coques
per cocturam mortis. edum. ſ. xpum
in lacte matris ſue ideſt paruulū pue
rum lactentem. Jſtud verbum ter re
plicatur a moyſe: ſcilicet exo. 23. 34. ꝛ
deutero. 14. Quia ter propoſuit hero
des occidere xpum paruulum ſed deꝰ
impedit. Primo in eius natiuitate. qñ
auditis miraculis de claritate noctis
de paſtoribus. de animalibus. ꝯ ange
lis in aere cantantibus: cogitauit eū
occidere. ſed non fuit auſus timens ī
ſultum. quia erat nouus. Secundo in
aduentu regum orientis querentium
ꝛ dicentium. Ubi ēſt qui natus eſt rex
iudeorum. tunc etiā propoſuit eum oc
cidere ſed non potuit: quia filij ſui in
ſurrexerunt contra eūm ꝛ ī illis occu
patus ꝛc̄. Tertio quando fuit. 40.
die preſentatus in templo in yeruſalē
vbi erat herodes. Et ſcūs ſymeō ꝛ an
na propheteſſa omnibus prophetabāt
ꝙ ille erat rex meſſyas. Cogitate qꝺ
iſta verba venerūt ad aures herodis.
ꝛ tunc herodes voluit eum occidere:
ſed angelus appuit in ſomnis ioſeph
di. Accipe puerum ꝛ matrē eius ꝛ fu
ge in egiptū. Tunc alij pueri fuerunt
occiſi ꝛ chriſtus euaſit per fugam. Jō
dicit thema. Pu. per. gla. ꝛc̄. Jſtō the
ma tangit duas materias. Pria eſt de
morte innocentum precioſa. Cum di
cit. Pu. percu. gla. Secūda ꝺ fuga chri
ſti virtuoſa cū dicit. Et eua. e. ſolus.
Solū predicabo de prima materia. ſ.
de morte innocentū. De qua īueni. 3.
rōnes ſiue cauſas.

¶ Pria ex parte xpi ꝑ obediētiā copioſā.

¶ Secunda ex pte herodis per maliciam
venenoſam.

¶ Tertia ex parte iudeorū per duritiam
malicioſam.

¶ Dico prio ꝛc̄. Fundaſ ſic. Xp̄s in tota
vita ſua voluit deo patri obedire inq̄
tum homo ſeruando omnia precepta
legis veteris vſq; ad mortem. Ratio
ad complendum eam: qꝛ ſicut fuit ini
tium noue legis ita fuit complemen
tum veteris. Jdeo voluit ſeruare vtrā
q;: quia ſicut ſol eſt initium diei ꝛ fi
nis noctis p̄tice. ita chriſtus fuit termi
nus ut dicunt omnes doctores. Au
ctoritas xpi Apo. 22. Ego ſum alpha
ꝛ o. primus et nouiſſimus. i. prin
cipium. ꝛ finis. Nota ſicut enim

in alphabeto iudeoꝝ prima littera ē
alef ⁊ vltima o vel thau. ita i greco al
phabeto prima eſt alpha vltima o. Iō
dicit Ego ſum alpha ⁊ o. Alpha .i. prin
cipiuꝫ noue legis. ⁊ o. i. finis veteris
legis. Ideo mortuo xp̄o mortua eſt lex
moſayca ⁊ reſurgēdo reſurrexit noua
lex. Auctoritas Mat. 5. Nolite putare
quoniā ve. ſol. l. aut ꝓ. non ve. ſol. ſꝫ
a. Amen qui. di. v. do. tran. ce. ⁊ ter.
io. v. aut vnus. a. nō p̄. a. l. do. omnia
fiant. Nota Totū celū continens ſecre
ta celeſtia eſt aīa xp̄i. terra corpus. Ce
lum ⁊ terra trāſierūt in morte xp̄i. qn̄
anima cuꝫ diuinitate tranſiuit ad lim
bum ⁊ corpus ad ſepulchruꝫ. Tūc lex
moyſi tranſiuit quā xp̄s ſeruauit nec
aliqd̄ preceptuꝫ dimiſit. Nō inter alia
precepta erat vnuꝫ de primitijs offerē
dis. v̄. g. Qui habebant agrum. tēpore
meſſis colligebāt primas ſpicas albas
⁊ ponebāt in caniſtro ⁊ offerebant ea
deo in tēplo. Idem de primis racemis
maturis ⁊ alijs fructibus. Ecce p̄cep
tum Deutero. 26. Cuꝫ intraueris terrā
quam dn̄s deus tu⁹ daturus eſt tibi
poſſidendā ⁊ obtinueris eam atqꝫ ha
bitaueris in illa. tolles de cunctis fru
gibus tuis primitias ⁊ pones i car tal
lo. pergeſqꝫ ad locuꝫ quem dn̄s deus
tuus elegerit vt ibi inuocetur nomen
eius. hoc ſimul fuit preceptuꝫ ⁊ figura
de xp̄o. Inquantū ē preceptū. ē verbū
dei ad populum iſrael: inquātū ē figu
ra: ē verbū dei patris ad filiuꝫ. di. Cū
intraueris terram quā intrauit in die
incarnationis. ⁊ obtinueris eam atqꝫ
habitaueris. ſ. naſcendo: tolles de cū
ctis fructibus ſeu frugibus tuis. Fru
ctus quos xp̄us expectabat erant mar
tires. doctores. cōfeſſores. virgines.
penitentes. cōtinentes. ⁊ innocētes q
fuerunt innumerabiles. in tm̄ ꝙ iohānes
qui vidit dixit Apoc. 7. Uidi turbā ma
gnam quā dinumerare nemo poterat
⁊c̄. Primitie aūt iſtoruꝫ fructuum fue

rūt ſancti innocentes quos xp̄us obtu
lit deo patri de fructibus ſui agri. ſcilꝫ
hui⁹ mūdi. Ecce prima ratio ſeu cauſa
mortis innocētum ex parte xp̄i. ſcilicꝫ
obedientia copioſa ſeruādo preceptum
patris ⁊ complendo ꝓphiam. Sed nota
cū dicit ⁊ pones in cartallo. i. caniſtro
Et nūquid valeret tm̄ aliud vas. Non
ꝓpter figurā. Cartallus. n. figurabat
limbum inferni ſanctoꝝ patrū. vbi po
ſiti ſunt innocētes i quō fuerūt trigita
trib⁹ annis ⁊ p⁹ paſſionē xp̄i i die aſcē
ſionis obtulit i tēplo paradiſi p̄mitias
deo patri. Ideo dicitur apoc. 14. Hi em
pti ſunt de terra ex omnibus. ſ. ſanctis
futuris. primitie deo ⁊ agno ⁊ i ore eo
ruꝫ nō eſt inuentū mendacium. Sine
macula ſunt ante thronū dei. Nota cū
dicit in ore eorum nō ē inuentum men
daciū que commendatio eſt cum ipſi nū
quaꝫ loquti fuerint. Non dicere mēda
ciuꝫ in adultis loquētibus ē virtus. ſꝫ
i pueris nundū loquētibus que virt⁹
ē: Rn̄deo ꝙ in hoc mūdo nō fuerūt lo
quti ſed in cartallo. i. in limbo. Cogita
hic quādo illi ſancti patres uiderūt ſi
mul venire tot pueros ⁊c̄. Et īterroga
bant eos vn̄ veniebāt ⁊c̄. Pueri icepe
rūt loqui ⁊c̄. Dixerūt eis cauſam mor
tis eoꝝ qd̄ ꝓpter xp̄m veꝝ meſſyā na
tum. Cogitate quale gaudium fuit ſcis
patribus. Cogitate moyſes qui prophe
tauerat de iſtis primitijs ponēdis i car
tallo qūo fuit gauiſus quādo vidit ſuā
ꝓphiam completam. Et quia pueri dixe
runt puram veritatem. ideo dicit i ore
eoruꝫ non eſt inuentum mendatium.
Item dicit ſine macula ſunt. Sunt. n.
ſcilꝫ mō in paradiſo ante tronum dei.
Nota ꝙ pueri d̄ lege cōmuni naſcunꝰ
cum duabus maculis: ſcilicet cum ma
cula culpe que a theologis dicit̄ pecca
tum originale. ⁊ cum macula pene. ſci
licet ignorātia. que dicitur pena pecca
ti originalis. Dicatur quid eſt peccatū
originale ac ſi iſta vila feciſſet imaginē

de auro ⁊ argēto vt ponatur in tēplo.
⁊ dum portatur cadit in luto ⁊c. Aīa
hominis eſt propiiſſima dei imago pul
chra. In tantum ꝙ ſi poſſet videri ⁊c.
Deus vt bonus argentarius fecit eā
vt ponatur in templo paradiſi. ſꝫ cadit
in luto generationis humane in vtero
matris vbi creatur ⁊ infunditur. Ubi
recipit maculam ſine culpa ſua. ⁊ niſi
lauetur per baptiſmū non intrat in tē
plum dei ſcilicet paradiſi. Sed quia ñ
eſt culpa ſua. ideo non habebit penā.
Ecce quid eſt peccatum originale. Iō
dicit ſcriptura. Iob. 15. Quid eſt homo
vt immaculatus ſit: ſcilꝫ ſine peccato ori
ginali. ⁊ iuſtus appareat natus dē mu
liere. Secūda macula ē. ſcilicet ignorā
tia: quia pueri quando naſcuntur nul
lam habent ſcientiam. Aīalia autē ⁊
aues quādo naſcuntur. Iam habēt ſuā
ſcientiam ⁊ induſtriam. vt pulus ſtati
natus ſcit eligere grana milij vel pāis
inter paleas. ſi apponantur. Itē agnꝰ
vel edus nouiter natus ſtatim inuenit
vbera ⁊ puer nihil. Item in balatu co
gnoſcit matrem ⁊ puer nihil. Item pu
lus ſi videt miluū. ⁊ agnus lupum. ſta
tim cognoſcit ꝙ ſunt inimici ſui. puer
nihil. Ideo phus in tertio de anima
coactus ē dicere. ꝙ anima in principio
ſue creationis ē tanꝙ̄ tabula raſa in q̄
nihil ē depictum. Ab his duabus ma
culis pueri iſti innocētes per martiriū
fuerunt mundati: licet eis diſplicuerit
ſicut mundantur ab eadem pueri ī ba
ptiſmo licēt diſpliceat eis. ſed ī fide pa
rentū purificantur. Plus purificat ba
ptiſmus ſanguinis ꝙ̄ aque: quia non
ſolum purificat animam: ſed etiam vt
fiat feſtum. Non ſic de baptiſmo aīe:
quia licet purificet animam non tamē
vt fiat feſtum. Purificabantur autem
innocentes in fide parentum. ſ. xpi in
cuius nomine occidebantur ⁊ ſcē ma
tris eccleſie. Apoca. 7. hi ſunt q vene
runt ex magna tribulatiōe. ⁊ lauerūt
ſtolas ſuas in ſanguine agni: quia vir
tute paſſionis xpi purificantur. Itē mū
dantur a culpa ignorantie: quia ſtatim
ſeparatis animabus per martiriū. in
fuſa ⁊ data ē eis tanta gratia ⁊ ſciētia
de philoſophia ⁊ theologia pluſꝙ̄ hūit
aliquis magiſter ſeu doctor vnꝙ̄ ī hac
vita. Licet non ſtatim habuerint glīā
habuerūt tamen ſciētiā. Dicatur ſimi
litudo de tacea polita que ſub capa ab
ſcōdita non clareſcit. Ita de animabꝰ
ſub carne abſconditis: ſꝫ a carne exu
tis ⁊ ſeparatis habēt tantam ſcientiā
⁊c. Grego. Quid eſt ꝙ ñ uideant: qui
vidētem omnia vident: Ecce quare di
cit ſine macula: ſcilicet culpe ⁊ ignorā
tie.

¶ Secunda ratio ſeu cauſa mortis ſcōꝝ
innocentū ex parte herodis fuit ma
licia venenoſa. Quādo. n. audiuit xpm
natum fuiſſe: ⁊ miracula. ⁊ reges oriē
tis: timuit ne populus inſultaret ꝯtra
eum. ⁊ cogitauit eundem occidere. Et
quia neſciebat ipſum determiāre. occi
dit inocentes. Ecce malitia venenoſa.
Fundatur ſic iſta ratio per phiam mora
lem. ⁊ theologiā diuinalem. Regula ē
ꝙ idem actus reſpectū diuerſaꝝ cauſaꝝ
ē virtuoſus ⁊ vicioſus. bonus ⁊ malꝰ.
Sicut cū iuuencule pauperi elīa mit
titur a domino pio per malum ſeruū
⁊ lubricum: qui occaſiōe illius elīe pec
cat cum ea. Ita elīa habet duas cōtra
rias cauſas. Bona ⁊ virtuoſa ē reſpec
tu domini: Alia mala ⁊ vitioſa ex ꝑte
ſerui. Idem ī propoſito. Iuuēcula gra
tioſa erat gens iudaica ⁊ paupcula de
bonis ⁊ ſanctis perſonis. ⁊ dñs iheſus
de menſa glorie voluit mittere elīam
ſibi vnum pugillū denarioꝝ minutorū
ſcilicet multitudinē ſcōꝝ innocētū
quam miſit per ſeruū lubricum. ſ. he
rodem. Intentio xpi fuit bona vt abū
daret in ſanctis ⁊c. Intentio āt hero
dis miniſtri mala. quia vt corrumpērt
eam ⁊ tirānice occuparet. Ideo dicit

euangeliũ Mat.2. Mittens occidit oẽſ
pueros qui erant ĩ bethleez ⁊ in oib⁹
finibus eius ab imatu ⁊ ĩfra. Dicatur
praticha ſm ꝙ pot rõnabilr̃ cogitari.
quõ herodes vocauit gentes armorũ
q̃s tenebat: qꝛ nũduz ſe tenebat ſecu-
rum. Dicit eis. Iaz audiſtis õ iſto pue
ro ⁊ murmurat̃ ꝙ ẽ rex iſrael: timeo
ꝙ vna die ppl's ĩſurget ꝯtra me ⁊ ꝯtra
uos ⁊c̃. Malus rex ⁊ mali miſtri dixe
runt. ergo moriat̃ ille puer. Nõ poſſuz
ſcire vbi ẽ. Bene tñ ſcio ꝙ ĩ bethleem
ẽ natus. Iõ ibi ẽ: aut in locis vicinis.
Iõ cogitauit vt oẽs pueri illius patrie
interficerẽtur. Et miſtri. Bonum erit
Et quõ fiet ne populus in ſe cõcurrat
⁊ ĩſurgat. ⁊ ne abſcondat filios. Dixit
herodes. Iõ oz ꝙ hoc ſit ſecretum. Et
ordinauit taliter ꝙ ĩ eodẽ die ⁊ hora ĩ
terficerẽtur. Et dixit herodes. Nõ in
uenio aliũ modũ niſi ꝙ ſicut octauiãuſ
mãdauit deſcribi oẽs maſculos vt ei
ſoluerent vnũ denariũ de argẽto. Sic
herodes volebat ſcire quot pueros ha
bebat. nolẽs ꝙ ſoluerẽt aliquid ne for
te abſcõderẽtur. Imo ꝙ daret eis ſtre
nas. Et ſicut fuit ordinatũ ita fuit pco
nizatuz ĩ terra bethleez. ꝙ tali die ⁊ ta
li hora oẽs pueri fuiſſent cõgregati in
platea. Et ita fuit. Et hoĩes armorum
poſuerũt ſe ĩ angul' platear̃ ne aliquiſ
pr̃ vel mater cum filijs poſſet fugere.
Uel ſi vellent ſe defendere ꝙ ĩterfice
rẽtur. Et quelz mater portabat leta.
vel per nutricem nutrebat ſuum filiũ
ſperans habere ſtrenas ⁊c̃. forte cum
burſis in pectore. Dicatur de crudeli
ſtrage ⁊ morte innocẽtum. Dicebant
aliqui. Non eſt filius ſed filia volẽs fi
liuz liberare. Alie abſcondebant ne ẽt
ꝑderent. Deinde perquirebant per do
mos ſi inuenirent per techas ⁊ ĩterfi
ciebãt filios. Tot inocentes interfece
rũt ꝙ innumerabiles quaſi fuerũt. Pa
rentes vero videntes tot gẽtes armo
rũ nõ poterãt reſiſtere. Aliq volentes
defendere filios mõtui ſunt. Ecce iſta
effuſio ſanguinis ſanctorum innocẽtũ
quomodo fuit facta rationabiliter. De
hoc ꝓphetauerat Iere. 31. di. Uox ĩ ra
ma audita eſt plo. ⁊ vlu. mĩ. ra. plo. fi.
ſu. ⁊ no. cõ. qꝛ non ſunt. Et allegatur
mat. 2. Cogitate quot fletus ⁊ lamenta
tiones erant in locis illius patrie. Di
ceret aliqs. Quare dic̃ rachel plorãs
⁊c̃. quia non fuerunt filij rachel ſz lie
que fuit mater tribus iude. Nõ duas
reſponſiones vnaz litteralem aliaz ale
goricalez. Litteral̃ ẽ. quia rachel fuit
ſepulta iuxta bethleem ⁊ quia erat ſcã
reputatur mater tribus iude ⁊ patrõa
bethleez vt btã eulalia barchinoñ. Iõ
dicitur Rachel plorans ⁊c̃. Alegorice
rachel. i. viſum principum. ⁊ ſignificat
ſcam xpi vxorem. Prima fuit ſinagoga
ſed ut putana xp̃m abnegauit. Secũ
da ẽ ſcã mater eccleſia. Lia lippa ſigni
ficat ſinagogã. Rachel pulchra eccl'iã
Rachel. i. eccl'ia plorans filios ſuos.
Iõ hodie dimittit cantus letitie. ſ. glo
ria in ex. deo. Te deũ lau. Et all'a. Et
noluit conſolari quia non ſunt. nec in
hoc mundo nec in gloria: qꝛ trigita tri
bus annis ſteterunt ĩ limbo. Iõ ceſſãt
cãt⁹ leticie. Iõ iere. q̃ſi conſolando di
cebat. 31. Quieſcat vox tua a ploratu
⁊ oculi tui a lachrimis. Quia eſt mer-
ces operi tuo ait dominus. Et reuertẽ
tur de terra inimici. Et ẽ ſpes nouiſſi
mis tuis ait dominus. ⁊ reũtentur filij
tui ad terminos ſuos. Limbus dicitur
locus inimici. Ideo quia ipſe procura
uit illuz locũ. Moral'r habetis exẽplũ ĩ
dcã auctoritate q filij ſũt flẽdi ĩ mõte ⁊
q nõ. Rachel. i. eccl'ia plorat filios. qꝛ
nõ ſunt. ſ. ĩ gl'ia. Ita. qñ moriũt̃ filij q
nõ intrãt in celũ. ſicut filij non baptiza
ti qui ex culpa parentum moriuntur.
aliquotiens ex culpa patris qui male
tractat vxorem grauidam. vel ipſius
matris grauide que tripudiando vel

equitãdo. vel peccatu; abſcõdendo ſe
aſſocha. Jſti ſunt flendi ⁊ in iuditio pe
tent iuſtitiã deo. Jtem flendi ſunt filij
adulti. ⁊ filie male vite. ⁊ ribalde ⁊ in
honeſte: q2 illi non ĩtrant in celum ſed
ad furchã inferni. S3 in morte filioꝝ
innocentiũ poſt baptiſmu; maius feſtũ
deberet fieri q̃ in nuptijs. Dicat̃ de
quoda; dño qui in morte primogeniti
gaudens veſtitus ẽ de ſcharlata ⁊c.
Jõ apoſtolus. i. ad theſ. 4. Nolum⁹ vos
ignorare de dormientib⁹. vt nõ contri
ſtemi ſicut ⁊ ceteri qui ſpem non hñt.

Tertia ẽ ex parte iudeoꝝ. ſ. parentum
pueroꝝ duritia malitioſa Fundat̃ ſic
iſta ratio. Deus hab; iſtud in ſua pro
uidentia q̃ nunq̃ dimittit peccatum
impunitum: q2 vel punit̃ in hoc mũdo
vel in alio vel in vtroq;. ſicut nõ dimit
tit aliqđ bonũ irremuneratũ. q2 hic.
vel in alio mundo. vl' vtrobiq; remu
neratur. Et dñt doc. q̃ in punitiõib⁹
penitentia correſpõdet culpe. Aug. De
penitentia. tu peccatũ tuu; accuſa. v.
g. Si doles caput. cogita q̃ per caput
peccaſti ſuperbiẽdo. vl' vane ornando
polizias: q2 ut dr̃. ſap. ii. Per que quis
peccat per hec ⁊ torquet̃. Jdem ſi per
oculos ĩpudice. vane. vl' iroſe ex odio
vel inuidia vl' per eos depingẽdo. De
pena tua peccatũ tuũ accuſa. Si in fa
cie. cogita q̃ ex picturis. Dicat̃ de illa
nobili muliere que effecta fuit leproſa
Jtem de alia que hũit cancru; in vbe
ribus quas oñdebat ⁊ mortua ẽ. Patet
q̃ ſm culpam deus dat penã. Dicatur
exemplũ illđ Judi. prĩo. De rege ado
nibozechi ſupbiſſimo. qui ſibi ſubicie
bat reges multos: q2 tunc quel; ciui
tas habebat regẽ ſicut mõ epiſcopum
⁊ abſcindebat manus eius ⁊ pedes. ⁊
ſine manib⁹ ⁊ pedib⁹ faciebat eos cõe
dere ſub menſa cum canib⁹ prohicien
do oſſa. ⁊ quãdo cõtendebant cũ cani
bus ipſe ridebat. Ecce qual' crudelitas
Cũ aũt ſemel intraſſet ꝑlium ꝯ populũ
iſrael. percuſſus fuit ⁊ perdidit man⁹
⁊ pedes. Et dixit percuſſorib⁹. Nõ in
terficiatis me. Audite mo dicu;. Et di
xit. 70' reges amputatis manuũ ac pe
dum ſumitatib⁹ colligebãt ſub menſa
mea ciboꝝ reliquias. Sicut feci reddi
dit mihi dñs Per que quis peccat ⁊c.
P; regula. Mõ ad propoſitũ. Videm⁹
pr̃es ⁊ matres innocẽtu; in quo pecca
runt ꝯ eum. Non ne ĩ hoc q2 noluerũt
in hoſpitio recipere virginẽ grauidam
nec ioſeph ſponſu;. nec etiam poſt na
tiuitatẽ viſis tot miraculis voluerunt
ipſu; recipere. cõtra filiũ dei. ⁊ matrẽ.
⁊ ioſeph ne herodi diſplicerẽt: Jõ de⁹
ꝓuocauit ꝯ eos herodẽ ⁊c. q2 per que
quis peccat. ⁊c. Et fuit cõpleta ꝓphia
Oſee. 9. Jpſi aũt intrauerunt ad beel
phegor. i. ad herodẽ deuorante;. ⁊ ab
alienati ſunt. ſ. a rege ſuo Jn ꝯfuſione
ſ. q̃ ſi enutrierĩt filios abſq; liberiſ. eoſ
faciã in hõibus. Si dicat̃ dño quando
erit. Rñdet. Ve eis cũ receſſero ab eis
ſ. fugiens in egiptũ. Mõ hẽtis hic doc
trina; ⁊ inſtructionẽ ne complaceatis
creature ꝯ deum: q2 al' deus prouoca
bit creaturã ꝯ vos ⁊c. v. g. Noli cõpla
cere dño temporali ꝯ deum. q2 al' deus
prouocabit ꝯ te dñm. Jõ pauci diu du
rant in amore dñoꝝ q2 ꝯ deu; ⁊c. Jdẽ
de muliere ꝯplacente viro ꝯ deu;. de
us prouocabit viru; ꝯ eam. dđ ps. 52.
Qm̃ deus diſſipabit cõda eoꝝ ſeu oſſa
qui ho. pla. Confuſi ſunt qm̃ deus ſp̃e
uit eos. Nota duas penas quas de⁹ dat
talib⁹ qui hõibus placent ꝯ deum. Pri
ma de⁹ diſſipabit oſſa eoꝝ. ſ. diuitias.
honores. ⁊ officia que ſubſtinẽt te. 2ᵃ
confuſio. ſ. in morte: q2 nihil obtinẽt
a deo. Tertia cõfuſio: q2 in iudicio par
ticulari uel generali tales deſpiciũtur
a deo ⁊ ſanctis ⁊c. S; eſt hic qđ. Dice
ret aliqs ſubtilis. Que in iuſtitia ẽ fu
it ex peccatis parentum punire filios? Et
nunqđ dicit ſcriptura eze. 18. Filius nõ

porta. inīqtatē pr̄is nec ecōuerſo. Rñ
deo ꝙ patres fuerūt puniti ⁊ non filij.
Prīo ꝑpter dolorē de morte filiorꝫ. Se
cūdo. qr multi pr̄es volētes filios de
fendere mortui fuerūt. ⁊ dānati ex eo
rū peccatis. Filij aūt nō fuerunt puni
ti. Declaret̄ per ſimilitudinē de male
induto cui rex mot⁹ compaſſione facit
dilacerari illā malā tunicā quā portat
ut poſt induat eū de ſerico uel de auro
Licet diſpliceat ſibi ⁊ triſtet̄ quādo tu
nica dillaceraſ. tamē quando uidet ſe
optīe indutuꝫ gaudet. Diceſ hec puni
tio: Ita eſt de carne. Nō eſt niſi un⁹ ſac
cus reperiat⁹. Sed poſt induti ſūt ſcar
lata glīe. Jō nō filij dicunt̄ puniti. ſed
patres. Jō apl̄s. i. cor. 15. Oꝫ corrupti-
bile hoc induere incorruptiōeꝫ ⁊ mor
tale hoc induere īmortalitatē. Uel de
rege qui facit deſtruere domū ruino
ſam ruſtico. poſt dat ſibi caſtrū. Non
dr̄ hec punitio ſed remuneratio. Idem
de corporib⁹ ſanctorꝫ innocentū. Do-
mus erāt ruinoſe. quibus deſtructis ꝑ
martiriū dedit caſtrū paradiſi in xp̄i
aſcenſione. Jō. poterant dicere ſancti
innocentes. illō pauli. 2. cor. 5. Scim⁹
quoniā ſi terreſtris dom⁹ nr̄a hui⁹ ha
bitaciōis diſſoluat̄ ꝙ edificationeꝫ ex
deo habem⁹ domū nō manufactā ſed
eternā in celis. Amen.

In feſto bt̄i Thome cantuarienſis.

Ubi ſum ego illic ⁊ miniſter me
us erit Joh. 12. De tribus ſāctiſ
vocatis hoc nōie thoma fit fe-
ſtum in eccl̄ia dei. Et prīo de. b. Tho
ma apl̄o ante natiuitatē. ſecūdo d̄ tho
ma q dr̄ cātuaria. ſiue d̄ cātuſia: qr fuit
archiep̄s ciuitatis cātuarie in anglia
fit feſtuꝫ hodie q̄ eſt. 5ᵃ. dies a natiui-
tate dn̄i. De tertio thoma qui dr̄ de
agno ordinis noſtri fratrū ꝑdicatorꝫ
fit feſtum. 7. die martij Jō non itelli-
gatis ꝙ iſti tres ſint vn⁹ ⁊ idē thōas.
Et de iſto de quo facim⁹ hodie feſtuꝫ
dicit xp̄s in thēate Ubi ego ſum illic ⁊

miniſter me⁹ erit. Pro cui⁹ declaratō
ne ſciendū ꝙ ꝯcluſio ⁊ doctrīa ī ſacra
theologia ē. ꝙ xp̄s adhuc in vtero vir
ginis exiſtens ⁊c̄. in īſtanti ſue cōcep
tionis hūit tantā gratiam ⁊ benedictō
nem ⁊ tantam glīam ⁊ fruitionē q̄taꝫ
habuit hodie ī celo. Nō cogitetis ꝙ be
ata trinitas dederit gratiā. ſapientiā.
benedictionē. ⁊ ſanctitatē xp̄o ſicut no
bis datur gradati ⁊ paulatim: qr dicit
Beda. Nemo repente fit ſumm⁹. ſꝫ gra
datim aſcendēdo ꝯtinuando bonā vitā
⁊ virtuoſam. Sꝫ dn̄s yh̄s xp̄s repēte
fuit factus ſūm⁹: qr. b. trinitas in īſtā
ti ſue cōceptionis dedit ſibi ſūmū gra
duꝫ ſanctitatis. hoc pōt ratione d̄cla
rari. ⁊ fundat̄ per regulā ph̄ie. Dicit
ph̄us ꝙ omne agens ꝑfectū neceſſario
habet virtutes ꝓpriorꝫ effectuū produ
ctiuas. v̄. g. Ignis ē agens ꝑfectum in
multis effectib⁹: qr calefacit. decoqt.
liquefacit metalla. illumīat. icinerat li
gna. Jō neceſſario oꝫ ꝙ habeat virtu
tes iſtorꝫ effectuū ꝓductiuas. ſ. calorē
claritatē actiuitatē ⁊c̄. Et pt̄ declarari d̄e
ī iſtis mūdāis. Si rex ꝯſtituit vnū vi-
cariū vl̄ gubernatorē. ille vicarius vl̄
gubernator dicit̄ agens ꝙ hēt ꝯſerua
re cōitatem in iuſtitia ⁊ ī pace ⁊c̄. con
ſeruare. cuſtodire. ⁊ defendere ab ini
micis. Ad iſtos effect⁹ ꝓducendos oꝫ
eū habere virtutes taliū effectuū pro
ductiuas. ſ. potentiā ſeu poteſtatē regi
am. ſ. iudicandi. cōrigendi. ꝑeniſādi.
⁊ ſic de ſimilib⁹. Idē ī propoſito. San
cta theologia dicit ꝙ xp̄s ī inſtanti ſue
ꝯceptiōis fuit ꝯſtitut⁹ ⁊ factus princi
pium ⁊ cā illumīationis mūdi. iuſtifica
tōnis peccatorꝫ ſanctificatōis aīarꝫ. re
demptionis. et glorificatiōis. Ipſe. n.
habebat illumīare mundū de virtute
fidei ⁊ ſacramētis. de glīa paradiſi. d̄
pena inferni ⁊ purgatorij. ⁊ limbo pue
rorꝫ ⁊ ſanctorꝫ patrū. quid credēduꝫ.
quid faciendū. quid ſperandū. Itē eſt
aliquis effectus ad eū pertinens at an ꝙ

pꝛincipiū. cā iuſtificandi peccatoꝛes re
mittēdo peccata. Itē ſanctificādo aīas
dans virtutes. grās. ſanctitates: vitā
ſpiritualē. ⁊ finalr̄ vitā eternā. Aucto
ritas. i. coꝛ. i. Uos eſtis ī xp̄o xh̄u. qui
factus ē nobis ſapiētia a deo. ⁊ iuſticia
⁊ ſanctificatio. ⁊ redēptio. Nō cum di
cit̄ ꝙ factus ē ⁊c̄. inq̄ntum de⁹ non eſt
factus ſ3 factoꝛ. Fili⁹ a ſolo patre ē nō
factus nec creatus. ſed genitus. Sed
loquit̄ de īcarnatiōe ī qua factus ē no
bis pꝛincipiū ſapiētie q̄ntum ad fidem.
⁊ iuſtitie q̄ntum ad iuſtificationē pecca
toꝝ ⁊ ſic de alijs. Ex quo in inſtanti cō
ceptiōis factus ē nobis pꝛincipiū ⁊ cā
taliū effectuū: ergo neceſſariū erat vt
haberet virtutes productiuas taliū ef
fectuū. vt. ſ. potentiā. ſapientiā. ⁊ glīā
⁊c̄. Glīā aūt habuit in aīa in inſtāti ſue
conceptiōis. ⁊ merebat̄ etiā hr̄e in coꝛ
poꝛe. ſ3 diſpēſatiue fuit retēta in aīa:
qꝛ adhuc hēbat facere op⁹ nr̄e redem
ptionis in coꝛpoꝛe. Jō yſa. 63. Dicite fi
lie ſyon. Ecce ſaluatoꝛ tuus venit. Ec
ce merces ei⁹ cum eo. ⁊ opus illius co
rā eo. Nō dicite. ſ. vos predicatoꝛs. Di
cite filie ſyon. i. eccl̄ie. ul̄ aīe deuote ⁊
ꝯtemplatiue. Ecce ſaluatoꝛ tuus uēit.
Ecce merces eius cum eo. Declaret̄ p
ꝓprietatē de operib⁹ mundanis: qꝛ ſi cō
ducitis laboꝛatoꝛes. pꝛio opus ē cu3 la
boꝛatoꝛib⁹ facere pc̄ium ſiue mercedē
⁊ ſalariū. ⁊ ꝯponere cum eis uel coꝛā
eis. ⁊ nō uſq3 ad ſero ſoluātur. Nō ſic
in xp̄o operante opus nr̄e redēptionis:
qꝛ merces eius. ſ. glīa cum eo erat ab
inſtanti ſue cōceptionis. ſ3 opus illius
ſ. paſſionis ſue. ex quo opere debuit ſe
qui effect⁹ noſtre ſalutis coꝛā illo fuit
ī pūcto conceptionis ſue: quia ⁊c̄ deus
pater aperuit ſibi librū predeſtinatōis
di. Fili. Ecce quot ſancti ſunt in libꝛo.
⁊ quot aīe ī purgatoꝛio. ⁊ nūq̄ poterūt
celum intrare niſi per tuam paſſionē3.
Uis eam ſubſtinere? Rn̄dit. Placet mi
hi. Ecce opus illius coꝛam eo. Itē oſtē
dit ſibi pueros innocentes qui ſola uir
tute paſſionis xp̄i ſaluantur. ſine pro-
pꝛijs meritis. Idem de penitentib⁹: qꝛ
nulla penitētia fuiſſet ſufficiens ad glo
riam niſi ex xp̄i paſſiōe. Idē ō martiri
bus. Fili vultis vos ieiunare. capi. li-
gari. vapulare. ſpinis coꝛonari ⁊c̄. vt
oēs vobis obedientes. Et credētes ha
beāt eternā gloꝛiā? Rn̄dit. Placet. Op⁹
eius coꝛam eo. S3 merces. ſ. glīa para
diſi quā daturus ē bonis iam erat cu3
eo. Ecce q̄re dicit. Dicite filie ſyon. Ec
ce ſaluatoꝛ tu⁹ venit. Et incepit viam
in die cōceptiōis. P3 ergo vera doctri
na theologoꝝ. ꝙ xp̄s in inſtanti ſue cō
ceptionis habuit tantā ſcientiā. gratiā
virtutē ſanctitatē. ⁊ glīam. q̄nta3 hab3
mō in celo. Jō dicit in themate vbi ſū
ego illic ⁊ miſter me⁹ erit. Nō loquit̄
de ierl̄m. ubi tūc erat coꝛpoꝛalr̄ in mē
ſa cū eſſet in cena dn̄i: qꝛ modica pro-
miſſio eēt illa. Nō dic̄ Ubi ero ego: qꝛ
iam habebat glīam. Jō dicit vbi ego
ſum illic ⁊ miſter meus erit. P3 thēa.
Nō iteꝝ. vbi ſum ego illic. qꝛ non erit
mecū ī cathedra. qꝛ nullus ē ſibi equa
lis in glīa. ſed illic. ſ. in oꝛdine ⁊c̄. Erit
miniſter me⁹. ſ. b. thomas. Nō ad hoc
ſ. declarationes moꝛales ſ3 ꝙ. b. tho.
ſedule xp̄o miniſtrauit in hoc mūdo. ſ.
in aīa ⁊ in coꝛpoꝛe.

Pꝛimo fideliter per obedientiā.
Secūdo humiliter ꝑ penitentia3.
Tertio vtiliter per miſicoꝛdiā.
Quarto pꝛudēter ꝑ diligentiam.
Quīto ſtabiliter per patientiā.

Dico pꝛimo ⁊c̄. Omni tempoꝛe etiam
puer fuit fidelis xp̄o. nihil faciens ꝙ
cognoſceret eē contra preceptum dei.
Dicatur q̄uo ꝓpter ſuam ſanctitatem
vite. ⁊ honeſtatē cōuerſationis. ⁊ ſciē
tiam erat multum famoſus in anglia.
ꝓpter q̄d moꝛtuo archiep̄o de cartu-
ſia factus fuit archiep̄s. ⁊ eſt dignitas
pinguiſſima valens 70 milia franchos
ānuatim. Cogitate quot competitoꝛes

hēbat talis dignitas. ſ; ſuper oēs ſan
ctus tho. fuit elect⁹. Et pñtata ſibi ele
ctiōe renūciauit cum īſtrumento pu-
blico. Electores v̄o recurſu; habuerūt
ad papā. ⁊ papa cōfirmauit eū. Qui re
nūciauit. Et ꝓpterea cogit eū ꝑ ſentē
tiam excōicationis. Et tūc flens accep
tauit ne deo diſpliceret. Et poſt modi-
cum tēpus videns tm̄ onus de rōne
reddēda de aīabus. venit ad papā ale
xādrum ſupplicans ſibi vt acceptaret
renuntiationē. Et tm̄ fecit ꝙ accepta-
uit ad ſui petitionē ⁊ dedit ſibi hitum
b. bñdicti. Et cū ſtaret in quodā mona
ſterio ⁊ null⁹ inueniret̃ ſufficiens ꝓ
archiep̄atu. Itez coactus per papā ha
buit reaſſumere on⁹ ⁊ pōt dicere illud
.i. cor. 4. Sic nos exiſtimet homo vt
miniſtros xp̄i. nō mūdi nō dyaboli. Se
quit̃. hic iam querit̃ īter diſpenſatōes
ut fidelis quis īueniat̃. Ut. ſ. intrēt ꝑ
portā ⁊ coacte: q2 al̃ infideles ſūt. Si-
cut ille qui vſurpat ſibi dñiu; ⁊ regnū
ſine ſcitu regis faciēs ſe gubernatorē.
īfidelis eſt ip̄e ⁊ eū manutenētes. Idē
de illo qui ingerit ſe ad dignitatē ⁊ p̄
lationē ⁊ curā aīa;. Dicit ſanctus tho.
2. 2. q. 100. ar. 5. ad. 3. Quod q̄tumcūq;
ſit dignus. ſanctus. ⁊ iuſtus homo
ſi petit beneficium cum cura eſt ſy-
moniac⁹. Rō: Quia ꝑ p̄ſumit ſe dignū
⁊ ecce temeritas ⁊ preſumptio ⁊ effi
cit̃ indignus: vel reputat ſe indignu;.
Iō non debet petere. Iō concludit ſan
ctus tho. ꝙ nullo mō beneficiū cu; cu
ra pōt peti. Bñficiū vero ſine cura po
teſt homo petere ſi al̃r nō habet vnde
viuat. Sed mō quilib; ingerit ſe. vel
precibus. vel dōis ⁊c̄. ⁊ tamē omnes
intrant ſic. Ideo dicūtur infideles: q2
ſine voluntate domini. Legit̃ de impe
ratoribus romanis. Iulio ⁊ ceſare ꝙ
fecerunt lege; ne aliqs ſine licētia im
patoris reciperet nomen regis. nec au-
deret vllo modo. Et iſtā legem allega
runt iudei contra xp̄m pilato. d. illud
ioh. 19. Si hunc dimittis nō es amic⁹
ceſaris. Oīs qui ſe regem facit ꝯdicit
ceſari. Iſtam legem fecit ieſus xp̄s im
perator celi ⁊ terre ne aliquis ſibi pro
curaret nomē principis. Prelatus. n.
dicitur pꝛīceps eccl̃ie. Dicit. n. lex ad
hebr. 5. Nec quiſq̄ ſibi ſumat honorem
ſuple p̄lationis ſed qui vocat̃ a deo tā
q̄ aarō. ⁊c̄. Oppoſitū faciētes dicit xp̄s
Oſee. 8. Ipſi regnauerūt ⁊ non ex me:
pꝛīcipes extiterūt ⁊ n̄ cognoui ⁊c̄. Ec
ce infidelitas. Ideo ꝓuidens tēpus qd̄
mō tenemus dixit petro. Luc. 12. Quiſ
putas ē fidelis. ſ. diſpenſator. ⁊ prudēſ
quem cōſtituit dñs ſuper familiā ſuā:
Nō Menſura tritici ē doctrina euāge
lica ⁊ ſanctitas vite. Poterat reſpōde
re. b. pe. Iſte eſt tho. Iō chriſtus ī the
mate dicit Ubi ego ſum ⁊c̄.

Q Dico ſecūdo ⁊c̄. humiliter ꝑ penitētia;
Iam añ q̄ eſſet prelat⁹ faciebat penitē
tiā. ſed maiorē fecit poſtq̄ fuit prelat⁹
factus. di. īfra ſe. Mō habeo magnas
occaſiones peccādi ex abūdantia diui
tia;. iō modo ē mihi magis neceſſaria
penitētia. Indutus eſt aſpero cilicio ⁊
femoralia cilicina vſq; ad poplites. dor
miebat ſuper terram. Ieiunabat ⁊ ſic
macerabat corpus ſuum. Magis indi
get prelatus penitētia q̄ alij: q2 non ha
bet maiorem ꝓpe ſe. Religioſus ⁊ ſim
plex clericus timent prelatū ⁊c̄. De ta
li miniſtro dicit xp̄s p̄s. 100. Ambulās
in via imaculata hic mihi miniſtrabat
ſ. ad placitum meum. Penitētia. n. di
citur uia immaculata: quia ſicut illi
qui ambulant per viam ſiccam non lu
tuoſa; dicuntur immaculati. Sic illi
qui ambulant per viam penitentie di-
cuntur immaculati. Secus de guloſis
ambulantibus per viam humidam.
Ideo cadunt in luto luxurie. Querit
S. tho. 2a 2e. q. 185. ar. 8. in cor. An reli
gioſus factus ep̄s teneat̃ ſeruare ceri
monias ſue religionis. Determinatio

ſua eſt q cerimonie incõpetibiles ſue
dignitati pñt dimitti. vt ſilentiũ. Dica
tur de ſilẽtio religioſoꝝ ad illud. Nõ te
neť eṗs. qꝛ hꝫ rñdere. Factus eṗus te
netur portare hitũ ſue religionis ſꝫ
ꝓpter dignitatẽ põt portare capã lon-
giorẽ. Sed ď cerimonijs cõpetentibus
dignitati teneť ad eas. imo ẽt decorãt
dignitatẽ. Sicut nõ comedere carnes.
nõ vti lineis ad carnẽ ⁊c. Idem de ie
iunijs ordinis ⁊c. ⁊ de alijs. multũ de
corant atqꝫ ornant ⁊ ꝑficiũt dignita-
tẽ: qꝛ lꝫ cerimonie nõ obligẽt ad morta
le. tamẽ preſeruant a mor. De iſta via
dicit dd. Beati imaculati in via q am
bulant in lege dñi. Qualr ſeruitiũ ⁊
miſterium. b. tho. in penitẽtia placuẽit
deo. Dicať miraculũ de illo clerico ſui
eṗatus qui neſciebat niſi miſſaꝫ beate
Marie quã dicebat ſemp. etiã i die na
tiuitatis. reſurrectiõis ⁊c. Quem. S.
tho. priuauit miſſa ex ſua ignorantia.
Qui flens p̄ triſtitia. Semel maria vir
go apparuit ſibi. d. q diceret archieṗo
q reſtitueret miſſã ſibi. Et ille. Dña ñ
credet mihi. Et illa. Dicas q amore il
lius que ſuit ſuũ cilitiũ qḋ i nocte ďpo
ſuit. ⁊ inueniet adhuc ſutũ de ſeta ver
milia. ⁊ dabit tibi licentiã. Tamẽ nul-
lus ſacerdos faciat ď hoc ꝯſcientiam.
Ecce quomõ ſuitiũ. b. tho. placuit ďo.

¶ Dico tertio ⁊c. Utiliter ꝑ miſicordiã
ſ. aie ſue ⁊ paupeꝝ recreationẽ. Nã de
reditibꝰ parũ expendebat: qꝛ ſolum ne
ceſſitatẽ recipiebat. Et nõ dabat yſtrio
nibꝰ nec amicis ſꝫ pauperibꝰ xp̄i. Scie
bat iam quot vidue indigẽtes erant in
ciũtate. quot pupilli ⁊ paupes. Itẽ quot
puelle ad maritãdũ quot captiui ad re
dimendũ. In his oibꝰ expenebat redi
tus. Nolebat aliqḋ accipere ď ordinibꝰ
nec de ſigillo. Iã hẽbat ſuos notarios
ſub certo ſalario mãdans eis q nihil
reciperẽt. Itẽ qualꝫ die. ultra elias.
dabat ad comedẽdũ. 12. pauperibꝰ xp̄i.

in xp̄i ⁊ apľoꝝ memoriã. quibꝰ ipſemet
ſuiebat in aliqua camera ſecrete. Po
terat dicere paupibus illud Luce. 22.
Quis maior ẽ qui miſtrat an q recum-
bit? Nonne qui recũbit? Imo qui mini
ſtrat. Nõ quid vult dicere eṗꝫ eẽ. Eſſe
manumiſſorẽ vel cõiſſariũ illius hois
diuitis dñi noſtri yh̄u xp̄i. q licꝫ volue
rit viuere ut pauper. tñ diues erat ſm
veritatẽ: qꝛ cantabat dď in p̄s. 23. Dñi
eſt terra ⁊ plenitudo eiꝰ. Et i vltio ſuo
teſtamẽto per mortẽ ꝯfirmato ď bonis
eccľiaſticis dimiſit prelatos diſtributo
res ⁊ manumiſſores. Sic nos ſupple p̄
latos exiſtimet homo vt miſtros xp̄i ⁊
diſpenſatores ⁊c. Nõ ꝯplendo volunta
tẽ teſtatoris. Nũquid dicerenť vere ꝓ
ditores ⁊c. Iſtis manumiſſoribꝰ dicit
petrus prie. pe. 5. Paſcite euꝫ qui i vo
bis eſt gregẽ dei. ꝓuidentes. nõ coacte
ſed ſpontanee ſm deũ. nõ turpis lucri
grã ſed voluntate. neqꝫ vt dñantes in
clero. ſꝫ forma ſancti gregis ex aio. vt
cũ apparuẽit princeps paſtoꝝ ꝑcipiatis i
marceſſibilẽ glie coronã. Nõ q ſicut
b. tho. dabat bõa tp̄alia ꝓ deo. ita deꝰ
dabat ſibi grãm in miracuľ faciendiſ.
Dicať miraculũ de auicula fugiẽte de
gabia ſciente loqui. Sãcte thoma ad
iuua me. Quã cum accipiter vellet eaꝫ
capere clamauit. Sancte thõa adiuua
me. Et ſubito mortuꝰ fuit accipiter. ⁊
auis ad gabiaꝫ reuſa ẽ. Quãto magis i
perſonis deuotis ⁊c. Claret miraculũ
ro. 10. Diues ẽ in oẽs qui iuocant illũ.

¶ Dico quarto ⁊c. Prudẽter ꝑ diligẽtiaꝫ
ſuiendo. viſitãdo eṗatũ. corrigẽdo pec
cata notoria. cõcubiarioſ. vſarios. Dã
do ſniaꝫ excois ſicut fec apľs. i. cor. 5.
Si is q frater. i. xp̄ianꝰ noiať iter vos
fornicator. aut auarꝰ. aut ydolis ſuieſ
aut maledicꝰ. aut ebrioſus. aut rapax.
cũ hꝰmõi nec cibũ ſumeť. Auferte ma
lum ex vobis ipſis pro aiabus. hẽbat
p̄dicatores. magros. ⁊ doctores ut p̄di

earent eis. tenẽs cõſilium. b. pe. d. 2.
petri. i. Uos aũt curã omnẽ ſubinferẽ
tes miniſtrate in fide vr̃a virtutẽ. Jn
virtute ãt ſciẽtiã: i ſciã ãt abſtinẽtiã: i
abſtinẽtia aũt patientiã: in patiẽtia ãt
pietatem: in pietate autẽ amorẽ fra
ternitatis. in amore aũt fraternitatis
caritatẽ. hec. n. ſi vobiſcũ aſſint ⁊ ſu
perent: ñ vacuos: nec ſine fructu vos
conſtituent in dñi nr̃i yhu xp̃i cogniti
one. De pecunijs aũt recipiẽdis iã ha
bebat ſuum theſaurum. De corporibꝰ
vero nõ multum curabat. Dicat̃ mira
culum de muliere pulcra ⁊ vana. que
cum arte medicine nõ poſſet aſſequi
pulcritudinẽ oculorum: recurrit ad ſã
ctum tho. vt ſaltẽ ſuis orationibus ob
tineret varios ſicut cattꝰ. Dicat̃ quo
modo perdidit viſum. quouſq; cogno
uit ſuam fatuitatem ⁊ propoſuit de ce
tero deponere ornamẽta. Et tunc ora
tionibus. b. tho. recepit uiſum. Dicat̃
ꝯtra mulieres que ornant ſe. ⁊ faciũt
ſibi oculos nigros cũ coloribꝰ. Et deꝰ
faciet eas lipas. Jdẽ õ capil̃ rufis ⁊c̃.

¶ Dico quinto ⁊c̃. Stabiliter per patiẽ
tiã ad ſubſtinẽdũ martirium pro xp̃o.
Dicatur qũo rex anglie vſurpauerat
ſibi aliquas eccl̃ie libtates ſicut v̑. g.
ꝙ nullus ſacerdos exiret ſuũ regnũ
ſine ſui licẽtia: ⁊ ſic õ alijs multis. et
predeceſſores. b. tho. timore nõ aude
bant reſiſtere. Scũs ãt. t. nolens ta
lia ſuſtinere. tanta cõmotio regis fuit
⁊ ſuoꝝ cõtra eum. qd̃. 7. annis fuit in
francia exul a ſua eccl̃ia. Papa ⁊ rex
frãchorum ille ſanctus ludouicus. ꝓ
uidebant ſibi ⁊ amicis ſuis ẽt exula
tis. ⁊ promittebatur ſibi regreſſus ſi
vellet ſubſtinere ſicut ſui predeceſſo
res ⁊ noluit. Final̃r Papa minatꝰ eſt
regi ãglie q̱ ſ̃bſtiuit ꝙ. b. tho. rediret
ad ſuã eccl̃iam. Cui appuit xp̃s nũtiãſ
ꝙ ad ſuã eccl̃iã rediret. ⁊ ꝑ martiriũ
celos itraret. Regreſſus ergo ad ſuã
eccl̃iã. ſuſceptꝰ ẽ tã a clero q̃ʒ a popl̃o
cũ magno honore. Cũ ãt pꝰ paucos di
es iterꝝ mota eẽt qõ iter regẽ ⁊ archi
epĩ: rex exñs i mẽſa dixit corã ſuis. O
bene ẽ miſabil̃ rex anglie. ꝙ nõ hẽat
aliquẽ q̱ defẽdat eũ de vno capelão ſiue
de vno ſacerdote. O q̃ʒtũ debẽt attẽde
re magni dñi qñ loquũt̃: Qr licet rex
ille vt poſtmodũ iurauit ñ hẽret itẽtio
nẽ ꝙ archieps occidẽt̃. Tñ audientes
ſua v̑ba quattuor mali hoies ribaldi
capitanei latronũ cupiẽtes regi placẽ.
ſtati iuerũt ꝯ. b. t. quẽ in ſede iuenerũt
Et prio v̑bis iniurioſis iuaſerũt. Dei
de cũ armis ipſo dicẽte. v̑. ma. b. Dyo
niſio. ⁊ ſcis patrõibus eccl̃ie huius. ꝯ
mẽdo cãʒ eccl̃ie. Et ꝑcuſſus in capite
dixit. Jn manꝰ tuas dñe cõmẽdo ⁊c̃.
Et ſus ⁊ tertiꝰ i eodẽ vulnẽ ꝑcuſſerũt
eũ. ⁊. 4ꝰ amouit ſibi medietatem capi
tis. ⁊ ſic ꝑ martiriũ receptꝰ ẽ in celiſ.
Ex iſta cõſtãtia ad recipiẽdũ ictus qñ
canonici in ſepultura voluerũt facere
officiũ de mortuis. magna multitudo
angelorũ fuit i ſede. qui ceperunt offĩm
martiris Cãtantes. Letabit̃ iuſtꝰ ⁊c̃.
Et dixerũt totũ itroitũ. Tũc canonici
depoſitis veſtimẽtis de mõtuis. reaſſũ
pſerũt alia veſtimẽta. Ecce ꝙ i eodem
die fuit canonizatꝰ a Papa yh̃u i celo.
mittẽs canonizatiõeʒ ꝑ ãgelos vt face
rent offĩm martiris. Deĩde fuit canõi
zatus a papa Alexãdro. Jõ pt̃ dici de
eo. Qui mihi miſtrat me ſequat̃ illud
ioh. 12. Et vbi ſum ego illic ⁊ miniſter
meus erit. Amen.

¶ Jn feſto. b. Silueſtri pape.

Ratia dei erat in illo. luc. 2o.
Pro thematis declaratõe ⁊ ma
terie itroductiõe. Sciẽdũ ꝙ eſt
qõ i theologia. an i hac vita poſſit ſciri
certitudĩal̃r õ aliq̃ ꝑſona ꝙ hẽat grãʒ
dei. Deciſio ſeu determĩatio huiꝰ qõis
ꝯſiſtit i duabꝰ cõcluſiõibꝰ. Prĩa ꝙ ali
quã ꝑſonã hẽre grãʒ dei. põt ſciri ex
grẽ effcibꝰ cõiectural̃r. Scd̃a. ꝙ ñ pt

ſciri certitudinalr. Iſte ꝯcluſiones de
clarāt ex ſimilitudine de arbore. Quō
enim poterit ſciri ꝙ eius radix ſit vi
ua vel mortua: hoc nō pōt ſciri ſcien
tialiter per cām ꝓpriā ꝙ arbor viuat
que ē radix: q2 radix ſub terra ē abſ
ꝯdita. ſed poteſt ſciri cōiecturalr. Qn̄
enim arbor emittit flores. folia. ⁊ fruc
tus. ex iſtis effectibus cōiecturalr co
gnoſcitur ꝙ arbor ſeu radix eſt viua.
Idem in ꝓpoſito. hoīes vel mulieres
ſunt vt arbores in xp̄i viridario. ſ. ec
cleſie plātati ī die bap. Mar. 8. Uideo
homines velut arbores ambulantes
Nota ambulantes. s. per tres effect9
q̄ſi diceras. in florꝫ. foliorum. ⁊ fructuū
productiōe. Signum eſt ergo ꝙ radix
viuit ſcil; gratia dei que ē vita aīe.
Sicut aūt aīa rōnalis eſt vita corpis
⁊ forma eiuſdeꝫ a ſolo deo creata. Ita
gratia ē forma quedā aīe rōnalis a ſo
lo deo infuſa. Ideo per ꝓpriam cauſā
non pōt ſciri de ſe vel de alio ſi hꝫ gra
tiam dei. q2 deus qui ē ꝓpria ⁊ totalr
cā. nō pōt hic a nobis videri nec eius
grā. et nec ipſa anima. Iō ſciētialiter
nō pōt ſciri. ſed ꝯiecturari pōt. per ef
fectus. ſ. qn̄ hō facit flores bonorꝫ ver
borꝫ dulciter loquēdo. nō iurādo. nec
mētiendo. nec diffamādo: neſem ꝟbo i
iuriādo. bonas doctrinas dādo. ſignū
eſt ꝙ radix viuit. Idem ē de folijs ho
neſte cōuerſatiōis. Idem de fructibus
bonorꝫ operꝫ. miſericōdie l pnīe. luc. 3.
Facite fructus dignos pnīe. Et his ef
fectibus cōiecturalr ſciri pōt ꝙ radix
viuit. ſed ſciētialr nō pōt ſciri. niſi de
us ſpālr reuelaret: Quēadmodū pau
lo ꝛuelauit. d. 2. cor. 12. Suffic̄ tibi gra
tia mea. Alr nō pōt ſciri ſciētialiter.
Auctoritas eccl'es. 9. Sunt iuſti atq;
ſapientes. ⁊ opa eorꝫ in manu dei. ſi
ple ſcientialr. Et tn̄ neſcit homo vtrꝫ
amore vel odio dignus ſit: ſed oīa in
futuru; reſeruātur incerta. Quum l;
bene per effcūs poſſet cōiecturari. vt

paulus qui anteq̄ꝫ deus ſibi reuelaſſ;
ꝙ hēbat gratiā ſua;. dicebat. i. cor. 5.
Gratia dei ſum id qđ ſum. Et quō ſci
tis aplē? Rn̄dit Grā dei ī me vacua n̄
fuit: q2 pp xp̄; labores erāt ſibi dulces
⁊ labōabat diligēter. Ecce effcūs grē.
Iō dicit. i. cō. 15. abūdāti9 oīb9 alijs la
boraui. nō ego ſolus. ſ; grā dei mecū.
Cōſiderādo ergo diligēter effcūs vir
tuoſos q̄ſi q̄dā manifeſta ſigna diuine
grē ī. b. Sil. poſſum9 dicē. Grā dei erat
ī illo. P; thēā. Nō iuxta ſuā vitā et
legēdā. inuēio q̄dā effcūalia ſigna di
uine gratie ī eo ⁊ ſunt qnq;. ſ.
Larga miſericordia in proſperitate.
Firma pacia in aduerſitate.
Digna preſidentia in maieſtate.
Clara ſapiētia in ſanctitate.
Alta eminētia in ptāte.
Dico primo ꝙ. b. Sil. hūit in vita ſua
largā miſicordiā ī ꝓſpis. q̄ fuit effcūs
diuīe grē exiſtētis ī eo. Nō de magno
pr̄imonio ſuo ī roma cū eēt fili9 nobi
liū. ⁊ nutrit9 fuēit in ꝟtutib9. Et ſicut
erat pulcer ī aīa. ita ⁊ ī corpe. q2 uiō
batr q̄ſi āgel9 dei. Et mortuo pr̄e. remā
ſit hr̄s. Et vidēs ſe ī tāta ꝓſpitate di
uitiarꝫ noluit ducē vxorē: ſ; voluit fru
ctū mīe. Prio de ſuo pr̄ionio fecit hoſ
pitale ꝓ xp̄iāis q̄ male recipiebātur ī
roma pp infideles. ⁊ miſtrabat eis de
bōis ſuis. Et ſuuēdo eis ī pſona ꝓpria
Ecce prius effcūs diuine grē ſuuando
ꝟbū ſcripture. ad hebr. vltio. Caritas
fr̄nitatis maneat ī vob: ⁊ hoſpitalita
tē nolite obliuiſci. Per hāc. n. placue
rūt q̄dā angelr hoſpitio receptis. Qui
n. libēter ſuat hoſpitalitatē: an̄ q̄ꝫ mo
riatr recipiet xp̄m ī domo ſua ī forma
paupis. Ir ipe nūq̄ꝫ patietr īdigētiā. Au
ctoritas. Dicit ſcriptura ꝺ pſona miſi
cordioſa pꝟ. vl. Manū ſuā apuit inopi
⁊ palmas ſuas extendit ad paupe;. Et
q̄d ꝯſeq̄r ex h? Rn̄dit. Nō timebit domui
ſue a frigoribus niuis. oēs. n. domeſti
ci ei9 veſtiti ſunt duplicib9. Nō māu;

ſuã apuit iopi. nõ dicit capſa; ł burſã.
Innuit hic modũ faciẽdi elemoſinam.
Qñ. n. ĩ die dñica vaditis ad eccłiam
ad petẽdã elemoſinã a xp̃o vt det vob
grã; remiſſionẽ peccõꝝ. vł bõa tp̃alia
&c. Quilʒ dʒ recipe ĩ manu elemoſinã
quã vult dare. ij. vel. iij. denarios vel
plures ne ĩ apꝛiõe burſe pp aſpiciẽtes
hẽatis occaſionẽ vane glie. Scdo dic
Et palmas ſuas extẽdit ad paupeꝝ. ſ.
recipiẽdo paupes ad hoſpitiũ cum gau
dio ꝛ caritate. Et ſeqt. Nõ timebit do
mui ſue a frigoꝛib⁹ niuis. ſ. tribłatõiſ
ĩfirmitatũ. vel moꝛtalitatũ. vel ſiccita
tũ. vel demonũ. vel inimicoꝝ: qꝛ deus
v̓tute miſicoꝛdie dat dulcẽ ſalſa; adiu
toꝛij ł pacie. Oẽs. n. dome. eius veſti.
ſunt dupl. hoc dicit q̃tũ ad hoc qꝛ glʒ
pr̃ tenet dare filijs ſuis. ſuitõib⁹. ꝛ do
meſticis duplicẽ ꝓuiſionẽ. coꝛpalẽ. ſ. ꝛ
ſpũalem. Coꝛpalẽ. ſ. cibũ potũ veſtitũ:
ſpũalẽ. ſ. doctrinã vt ſciãt ſe ĩſignare.
Pr̃ nr̃. ꝛ aue ma. Credo. Cõfiteri. Au
dire miſſa;. Sermões. Cõicare ad mi
nus ĩ paſchali tp̃e. Ecce qd dicit ſcrip
tura. i. ad thim. 5. Si qs ſuoꝝ maxime
domeſticoꝝ curã nõ hʒ. fidẽ negauit:
ꝛ ẽ ĩfideli deterioꝛ. Infidelr̃ mr̃ ñ⁹ ꝓui
det ſuis.

Dico ꝟo. Firma pacia ĩ aduerſiſ: qꝛ al̃
modicũ valeret miſicoꝛdia ĩ pꝛoſpis.
Quia ſicut ſalſa ꝓſpitatis ẽ miſericoꝛ
dia. Ita ſalſa aduerſitatis ẽ pacia. Di
cat de pſequtõe xp̃ianoꝝ magna in ro
ma. qꝛ adhuc ĩpatoꝛ erat ĩfidel. in tm̃
vt null⁹ xp̃ianus audẽt emere vł vẽ
dere aliqd. Tũc tp̃is qdã ſcũs xp̃ian⁹
thimote⁹ noĩe. venit romã xp̃; p̃dicãs
ꝛ doctrinã euãgelicã. Et cũ null⁹ xp̃ia
nus auderet ip̃; recipe ĩ hoſpitio. nec
ẽt ep̃us. b. S. recepit eum ĩ hoſpitio.
hac ꝯ cã timote⁹ ꝛ Sil. fuerũt capti.
timoteus aũt fuit ſñiatus. Tarqn⁹ ãt
p̃fectus vocauit Sil. redarguẽſ eũ qꝛ
ꝯ edictum ĩpatoꝛis recipet xp̃ianos ĩ
domo ſua. Si. rñdit qꝫ imo ꝯ volũtate
ĩpatoꝛis recipiebat. Sed equocabãt ꝯ
impatoꝛe: qꝛ unus dicebat de xp̃o. ali⁹
de infideli. Cum aũt prefectus miat⁹
fuiſſet ſiluestro qꝫ ĩ craſtio ſñiaret eũ.
b. S. hita prius a xp̃o reuelatõe rñdit
Nõ poteriſ: qꝛ hac nocte a dyabolo ſuf
focaberis. ꝛ ad infernum ibis. Et ſuf
focatus fuit in media nocte. ꝓpter ſpi
nã piſcis in gutture tranſuerſatã. Moꝛ
tuo prefecto. in craſtinum ppł’s extra
xit. b. Sil. de carcere. ꝛ ſic euaſit ꝑ tẽ
Deinde aũt ꝓpter verbum dei paſſus
eſt exilium ab ĩperatoꝛe ꝛ in quadam
montana deſerta ſolum comedẽs her
bas &c. ſed in oĩbus pacientiam hũit
qꝛ gratia dei erat ĩ eo. Moꝛałr ĩſtrui
mur hic. ſi aliquis vr̃m habeat aliquã
aduerſitatẽ vel ĩfirmitatẽ. pauptate;.
vel perſequtionẽ: recipiatis ſalſam pa
ciẽtie: qꝛ oẽm cibum dulcoꝛat. Auctõi
tas Iaco. i. Oẽ gaudium exiſtĩate fr̃es
mei cũ ĩ varijs tẽptatõib⁹ ĩcideritis.
ſciẽtes qꝫ ꝓbatio fidei vr̃e pacia; opa
tur pacia ãt op⁹ pfcm̃ hʒ vt ſitis pfci.
ꝛ ĩtegri ĩ nullo deficiẽtes. Nota hic de
incarceratis q tenẽtur ſoluere regi in
craſtinũ mile floꝛenos: nec obulũ hñt.
Sed rex pius cõpatiẽs eis ĩmittit duaſ
maſſas auri. ꝛ vni frãgit caput. q ira
tus ꝓiecit maſſam extra. alteri bꝛa
chiũ fregit. ſed videſ auꝝ gauiſus ẽ: qꝛ
hẽbat vñ ſoluere. Ita de nob. Oẽs ob
ligamur deo ꝑ pecis nr̃is. ſʒ nõ hẽm⁹
vñ ſoluere. Rex aũt pius dñs nr̃ ieſus
xp̃s motus pietate mittit nob auꝝ tri
bulatõis qꝛ omne malũ pene ẽ a ꝺo ut
poſſim⁹ ſoluere. Et ſi paciẽter recipim⁹
dimittit nob ꝺbitũ. Thob. 3. Bñdictũ ẽ
nom̃ tuũ ꝺe⁹ pr̃u; nr̃oꝝ: qꝛ cũ irat⁹ fue
ris miſicoꝛdiã facies. ꝛ ĩ tp̃e tribulatõ
nis peccata ꝺimittis his q inuocãt te.
Iõ ñ ꝺebem⁹ ĩdignari ꝯ dñ; murmurã
do. nec ꝯ ꝓximũ vindicãdo. cogitãdo
qꝫ ex illo theſauro poteris ſoluere oẽ ꝺ
bitum peccatoꝝ. Ecce q̃re ꝺicit. omne
gaudium exiſtimate.

Dicꝰ tertio ⁊c̄. Digna preſidentia in
maieſtate qꝛ fuit papa. Oēs per cōem
inſpirationē ſubito tam clerici q̄ȝ laici
clamauerūt Silueſtrū volumus in pa
pam qꝛ tūc tempoꝛis nō ſolum cardina
les eligebāt. hoc preſentiēs. b. S. vo-
luit fugere. ſȝ fuit retentꝰ. ⁊ ꝯ volunta
tē ſuā intronizatꝰ. Sed vidēs diuinaȝ
voluntatē acceptauit. Nō credatis ꝙ
ex tāta dignitate mutaſſet uitā. ſ. miſi
coꝛdiā. penitentiā ⁊c̄. imo factus papa
habebat noīa viduaꝝ. pauperū. oꝛpha
noꝝ: hoſpitaliū ciuitatis rome. ⁊ oībꝰ
ꝓuidebat. Ex iſta digna preſidētia. de
us fecit ſibi iſtā grām: qꝛ cum ceteri
predeceſſoꝛes fuiſſent ī iram ⁊ odium
īperatoꝝ. beatꝰ. s. habuit grām īpera-
toꝛis ī tantū ꝙ cōuertit eum ad fidem.
Dicat̄ quomō conſtantius ante ſuā cō
uerſionē fuit crudelis pſequtoꝛ xp̄iano
rū. ꝓꝓ qđ deus percuſſit eum de īfirmi
tate lepꝛe ī tertia ſpecie. Medici autē
fecerūt ſibi multas medicīas. ſed icu-
rabilis erat naturalr̄. Dicat̄ quō fuit
curatus miraculoſe: qꝛ volebat ſe la-
uare ī ſanguīe pueroꝝ ſicut medici oꝛ
dinauerant di. ꝙ malebat moꝛi cuȝ illo
doloꝛe. q̄ȝ cū tanta crudelitate curari.
Tunc illa nocte apparuerūt ſibi petrꝰ
⁊ paulus. d. ꝙ vocaret. b. S. ⁊ ꝙ ille
oſtēderet ſibi fontē ī quo ſi vellet laua
ri curaret̄. Qui ſtatī miſit pro eo. B.
s. credens venire ad martiriū. totus
timidus venit coꝛaȝ eo. Cui imperatoꝛ
aſſurgens gauiſus ē b. S. Cui imꝑatoꝛ
dixit. Scias in hac nocte mihi apparu
iſſe duos deos. di. ꝙ tu ſcis fontē ī quo
ſi lauer curatus ero. hoc ītelligēs. S.
R̄ndit. ⁊ dixit illos non eſſe deos ſed
apl̄os yh̄u xp̄i Cui dixit ſe ſcire illū fō
tem: ſed anteq̄ȝ in eo lauaret̄ require
bant̄. 3. diſpoſitiōes. Pria in aīa. ſ. per
fidem yh̄u xp̄i quā ſibi ꝑdicauit. ⁊ de-
dit ſibi credo ī deum: qui coꝛde credi-
dit ⁊ dixit. Scđa diſpoſitio ī coꝛpore
ſ. ieiunare. ⁊ fecit ipſuȝ ieiunare ꝑ eb
domadā. Tertia diſpoſitio ī opere. ſ.
ut liberaret oēs xp̄ianos quos tenebat
in carceribꝰ. ⁊ totum factū eſt. Et cū
baptizaret̄. deſcendit ſuper eū magna
claritas in qua dicit ſe xp̄m vidiſſe: ⁊
ex hoc dedit imperium eccl̄ie. Qđ eſt
hic. ſi beatꝰ. s. fecit bn̄ ul̄ male recipi
endo impium. Dicūt aliqui ꝙ male fe
cit. Jō vt dicūt aliqui. audita fuit vox
di. hodie effuſuȝ eſt venenū in eccl̄ia
dei. Alij dicūt ꝙ bene fecit. Pro decla
ratione huius qōnis Ponat̄ caſus ꝺ
diuite qui ī moꝛte dimiſit magnas di-
uitias diſtribuendas iuxta manumiſ-
ſoꝝ ſiue executoꝝ ſui teſtam̄ti diſcretō
nem. Quo moꝛtuo. mali homīes occu
pauerūt ſibi iſtas diuitias ⁊ poſſeſſiōeſ
ne ī manumiſſoꝝ manibꝰ deuenirent.
Sed qdā doctoꝛ acutꝰ ⁊ ſubtil̄ ſciuit
facere ⁊ taliter oꝛdinare. ꝙ illa bona
venerūt in manumiſſoꝝ mãibus vt di
ſtribuerēt̄. Mō quis diceret ꝙ iſte do
ctoꝛ nō fecit bonū opus ymo fecit bo-
num opus. Idē ī ꝓpoſito. xp̄s magnus
diues in moꝛte fecit manumiſſoꝛes bo
noꝝ ſuoꝝ. ſ. prelatos ep̄os eccl̄ie. Clau
ſula teſtamēti hr̄. Mat. 25. homo qdā
peregre pꝛoficiſcēs vocauit ſuos ſuos
⁊ tradidit illis bona ſua ⁊c̄. Ad litterā
xp̄s loquit̄ de ſe q dimiſit ꝑlatis bōa ſua.
vni. 5. i. abundantiaȝ magnā. Alij. ii.
duo ad ſufficientiā. Alij vnū. ⁊ pꝛofec
tꝰ eſt ſtatī. Sȝ mūdani homīes. i. īpa-
toꝛes romani ⁊ tiranni occupauerūt
ſibi bōa diuitis. Sȝ. b. S. ut doctō ſbti
lis ſciuit ita bn̄ allgare ī iudicio diuio.
ꝙ hūit ſentētiā ut illa bōa venirēt ad
manus manumiſſoꝝ ⁊ diſpenſatoꝝ. i.
coꝛ. 4. Sic nos exiſtimet homo vt mini
ſtros xp̄i ⁊ diſpenſatoꝛes ergo bn̄ fecit
b. Sil. Si tu dicas verꝝ ē. ſȝ prelati oīa
expendūt ī vanitatibus ⁊c̄. nō ē culpa
bti. S. Nā credendū erat ꝙ illa bona
meliꝰ diſtribuerēt̄ ꝑ ipōs ꝑlatos q̄ȝ ⁊c̄.
Jō nulla culpa ē doctoꝝ. Sȝ ſi verꝝ ſit
ꝺ illa voce. hodie effuſūȝ eſt venenū ī

eccl'ia dei. fuit verbū ꝓpheticū ꝑ iſto
tpe q̄ mō tenēt ꝑlati occupādo ſibi il
la bōa. Sȝ xp̄s ē teſtator ⁊ iudex q̄ dicit
Sapi. 6. Judiciū duriſſimū in his q̄ p̄
ſunt fiet. exiguo. n. cōcedit miſeicordia
potētes aūt potenter tormēta patient

Dico quarto ⁊c̄. Clara ſapiētia ī ſancti
tate. Nō ſoluȝ ad conſolandū xp̄ianos.
ſȝ ad cōuertendū infideles. Dicit hic
quō helena mater īperatoris cōſtātini
effecta fuerat iudea. malēs adorare de
um celi q̄ ydola que fili⁹ adorabat cū
eſſet infidelis. ⁊ morabat in iudea. Et
qn̄ audiuit q̄ fili⁹ ſuus effect⁹ fuerat
xp̄ian⁹ credidit mori pre dolor: ⁊ ſcrip
ſit ſibi talē litterā in effectu. Fili ⁊ do
mine mi placuit mihi qn̄ audiui q̄ dimi
ſiſtis ydola. ſȝ doleo q̄ eſtis xp̄ianus ⁊
adoratis homin̄ crucifixū: ⁊ īducebat
eum q̄ ſe faceret iudeū. Cui rn̄dens di
xit q̄ veniret romā. ⁊ duceret ſecū oēs
iudeos magiſtros ⁊ rabinos. ⁊ ipe ex
alia pte hr̄et doctores xp̄ianos ⁊ facēt
fieri diſputationē vt videret ueritas.
Et multū placuit matri credens q̄ iu
dei vicerēt. ⁊ venit romā. Et ɔſtituto
die diſputatōis. uoluerūt hr̄e iudices
nō partiales ſȝ indifferētes. ne. ſ. eēnt
xp̄iani nec iudei. ⁊ q̄ eēnt hōies iuſti
nec donis. odio. uel fauore ⁊ amore di
cerēt oppoſitū. Et facti fuerūt iudices
duo magni phi homies īſuſpecti. quorū
un⁹ dicebat craton q̄ nih terrenū hr̄e
uolebat. alt' zenophon q̄ ɔſul exiſtens
nūq̄ mun⁹ ab aliquo ſuſcepit. et placuit
utriq; parti. helēa aūt obtulit ꝑ pte iu
deorū. c. iudeos peritiſſimos īpator aūt ꝑ
parte xp̄ianorū obtulit. b. S. ſolū. O di
xerūt iudices nimis eēt. iō de illis. c. iu
deis ſolū fuerūt electi xij. q̄ diſputarēt
cū. b. S. cū tali pacto ⁊ ɔditōe q̄ pars
victa adherēt alteri ī fide ⁊ credulita
te. ⁊ inceperūt diſputationē. Pria ɔclu
ſio fuit de trinitate pſonarū. Dicit diſ
putatio cū auctoritatib⁹ put habēt in ſer
mone. b. Stefani. Dicit ī fine quō iu
dices īpoſuerūt ſilentiū iudeis vt vic
tis. Scd̄a q̄ vtrū xp̄s de⁹ eſſet ⁊ ho
mo. Tertia d̄ paſſione. Quarta d̄ ſacra
mēto altaris. Quinta d̄ ceſſatione legis
⁊ ſic ad libitū ſm q̄ōnes iudeorū. Et vi
cti fuerūt vndeci iudei. Remāſit vn⁹
q̄ erat duodecim⁹ ⁊ ulti⁹ qui dicebat ʒā
bri. qui erat magn⁹ rabin⁹. q̄ dixit im
peratori. Dn̄e non ſim⁹ ī verbis ſed ī
opib⁹. Dicit quō voluit ⁊ regſiuit vnū
īdomitū thaurū. Et ita factū eſt. Et ait
iudeus. Ut intelligatis q̄ lex nr̄a ē ve
ra ⁊ ſancta ⁊ nulla alia ē bōa. Ego di
cā vnum verbū ad aurem thauri. ⁊ ſi
crepabit credatis legē nr̄am ſiue fideȝ
verā eſſe. ⁊ ita fuit. Et oēs iudei clama
uerūt victoria ⁊c̄. Et. b. Si. de ſtulti
tia ei⁹ cepit ſubridere. d. video iudee.
Nūquid deus dicit deutero. 32. Ego oc
cidā ⁊ ego viuere fa. peu. ⁊ ego ſa. ⁊ nō
eſt q̄ de ma. mea po. eruere: Itē. Dn̄s
mortificat ⁊ viuificat deducit ad infe
ros ⁊ reducit. Si in noīe dn̄i thaurū oc
cidiſti. in noīe dn̄i ipm viuifica. Bn̄ di
cit dixerūt iudices. Rn̄dit iude⁹. Non.
ſed. S. ſuſcitet eū. q̄ ſi faciat ego ⁊ iu
dei oēs qui hic ſum⁹ erim⁹ xp̄iani. Et
ita fuit ɔpromiſſū. Tūc. b. S. de loco ī
quo erat clamauit. d. In noīe dn̄i nr̄i
ihu xp̄i thaure ſurge. ⁊ ferocitatē dpo
ne. Et ſubito thaur⁹ ſurrexit ambulās
vt ouis. Tūc helēa ⁊ iudices ⁊ iudei. 3a
milia. ⁊ alij īfideles de roma baptizati
ſunt. Ergo gr̄a dei erat ī illo. Moralit'
hic nō quō fides xp̄iana fuit ꝓbata ⁊
per quot fornellos purificata. purior ē
auro liquefacto ⁊ purificato. Non oȝ
ergo dubitare ī aliquo. ſed vt florenuȝ
florentie ponat ī burſa ɔſcientie dicen
do. Credo ī deū. Modicū nunc. ſ. ī hac
vita ſi oȝ ɔtriſtari: q2 mlti hn̄t tēptatio
nes d̄ fide ſȝ ſi eis diſplicet nō peccant
i. pe. i. In varijs tēptationib⁹. vt ꝓba
tio fidei veſtre multo p̄cioſior ſit auro
q̄d per ignē probatur.

Dico quīto Alta emīnētia in poteſtate
ſ. faciendi miracula vt dixi ꝯ boue. ſꝫ
mō dicam aliud ꝯ dracone. Poſt con
uerſionē īperatoris ꝛ predictoꝝ iudeo
rū. quidā draco poſuit ſe ī quādā ꝓfun
da fouea īfra ciuitatē rome. q ex ſuo
anelitu corrupto ꝛ īfecto moriebāt cot
tidie ī ciuitate vltra ccc pſonas: in tm̄
ꝙ ciuitas depopulabat̄. ꝑꝑ qđ pontifi-
ces ydolorum venerunt ad imperato
rē indirecte īuenientes ꝙ ex quo factus
eſt xp̄ianus illa plaga eis accidit. quaſi
dicēdo ꝙ meli⁹ eſſet ſi adhuc eēt genti
lis. Ecce qualis tēptatio de tali caſu.
Rn̄dit īperator. Ego ꝓuidebo. Et vo-
cauit Sil. d. ꝙ ī hoc ꝓuideret. Qui po
ſuit ſe ī oratiōe ī qua apparuit ſibi. b.
petr⁹ apl's di. ꝙ ſine tiore deſcenderet
ad eū ī foueam ī qua erant. c. lxxx. gra
dus. Qui deſcēdit cuꝫ cruce ī vna ma
nu ꝛ corda ꝯ filo forti. ꝛ ligauit draco
neꝫ. De hoc ꝓphia. ioħ. apoca. 20. Et vi
di angelum deſcēdentem ꝯ celo hn̄teꝫ
clauem abiſſi ꝛ cathenā magnā in ma
nu ſua ꝛ apprehēdit draconē. ſpentem
antiquū. q eſt dyabol⁹ ꝛ ſathanas. ꝛ li
gauit eū ꝑ ānos mille ꝛ miſit eū ī abiſ
ſum. Oēs ſci doc. ꝛ gloſe ordinarie ex
ponūt. Sathanas ꝓ lucifero q Mille
annis debuit ligari. ꝛ poſt. ſ. tp̄e anti-
chriſti dꝫ ſolui ad tēptandū ꝛ decipien
dum. ſꝫ ligatus fuit tēpore. b. Sil. qn̄
ſ. īperator fuit cōuerſus. ꝛ dico ꝙ iſti
Mille anni per quos debuit ligari īce
perūt computari a. b. Sil. qui in figu-
ra ipſum ligauit ꝛ iam illi mille āni ſūt
completi. Solum. n. mūdus ſtat ī qua
dā parua prorogatione ꝛc̄.

¶ In octaua ſci Stefani ꝓthomartiris.

Ecce video celos apertos ꝛ filiuꝫ
hominis ſtantem. ꝛc̄. actu. 7.
Volēs īclinare corda veſtra ad
amandum celeſtia ꝛ deſpiciendum ter
rena. volo ī hoc ſermone declarar̄ vo
bis aliquas celi conditiones. ſꝫ prius
ſalutetur v̄. ma. ꝛc̄. Pro breui decla-
ratione ꝛ materie introductione ſcien̄
eſt ꝙ inter homines ꝛ iumenta poſuit
deus iſtam differentiā. ſ. quod iumēta
ſunt terreſtria ꝛ nihil habent celeſte.
ſed nos homīes pricipalem partem for
malem. ſ. aīam habemus celeſtē. Eſt
enī aīa rational' ſubſtātia ſpiritual'. ꝛ
ſupra celeſtis ꝓpter hītationē: quia li-
cet corpus corrumpatur ſicut corpora
iumentoꝝ. aīa tn̄ ī celum tanq̄ propri
am habitationē aſcendit. niſi onus pec
catoꝝ impediat. Iō apoſtolus dicit. 2.
ad cor. 5. Scim⁹. Nō dicit oppinamur
n. qm̄ ſi terreſtris domus noſtra hui⁹
hītationis diſſoluatur ꝙ edificationē
ex deo hēmus domū non manufactaꝫ
ſed eternā ī celis. Iumenta v̄o quia ni
chil habēt ī celo. Non ī celum ſed ī ter
ra reſpiciūt. Ideo de eis dicit. Scriptu
ra. eccl'es. 3. Omnia de terra fcā ſūt. ꝛ
ī terrā pariter reuertunt̄. Patet dr̄a ī
ter homines ꝛ iumenta. Iō de noſtra
hītatione loquens thema dicit. Ecce
video celos ꝛc̄. Ideo ſi volum⁹ īntrare
poſſumus vt filij ad domū patris īntra
re. Patet thema. Mō celi habuerunt
tres diuerſas diſpoſitōes.

¶ Prio fuerūt duri īpenetrabilit̄.
¶ Secūdo fuerūt moles delectabiliter.
¶ Tertio fuerūt aperti vniuerſaliter.
¶ Et de tertia ſingulariter loqtur thema
Ecce vi. ce. ꝛc̄.

¶ Quantū ad primū fuerūt duri impene
trabiliter. Iſta ꝯditio celoꝝ fuit a trāſ
greſſione primoꝝ parentū. ꝛ durauit
vſqꝫ ad xp̄m. ī tantū ꝙ aīe hominum
que ſūt ſpiritus ſubtiliſſimi pluſq̄ aer
ꝛ lux que trāſit vitꝝ. ēt pluſq̄ vox ſub
tiliores ſunt aīe. Ratio ē. quia nulla
creatura poteſt impedire earꝝ egreſſuꝫ
ut patet de ſpiſſitudine terre quāꝫ trā
ſeunt deſcendēdo ad īfernum vel pur
gatorium. Cum tota iſta ſubtilitate nul
la virtute poterant celum īntrare. Ec-
ce quō erant duri impenetrabilit̄ De
hoc. Job. 37. plangendo dicebat. Tu fa

bricatus es celos: qui ſolidiſſimi quaſi
ere fuſi ſunt. Ratio huius diſpoſitiōis
fuit: quia omnes creature tam terre-
ſtres q̄ʒ celeſtes fuerunt create per de
um ad ſeruiendum homini: qr deus ꝓ
ſe non indigebat. Ideo deus quādo fe
cit hominem dixit gen. i. Faciam⁹ ho
minem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem
noſtram: ⁊ preſit piſcibus maris ⁊ vo
latilibus celi ⁊ beſtijs terre. vniuerſe-
q̄ʒ creature. ſ. corporali. Ideo ꝓpter
peccatū hominis nō ſolum corpora in
feriora ſed etiam celeſtia deteriorata
ſunt: quia ſicut quādo aliquis nobilis
vl' baro facit aliqͦd magnum delictum
vl' proditionē ꝯtra regem. rex deſtruit
ſibi terrā. Ita fecit deus quādo ille ma
gnus baro ⁊ nobilis adam peccauit.
deus percuſſit terrā ſuā. ⁊ noluit om
nia anichilare vt pri⁹. ſʒ deſtruxit mi
nuendo virtutes ad fructificandum.
Primo terrā. Secūdo aquam ⁊ aerem:
quia nō eſt ita virtuoſa vt prius. poſtea
ignem ⁊ celum. Nā ſententia ē ⁊ deter
minatio theologoꝝ in. 4. ſententiaꝝ ꝙ
de omnib⁹ rebus abſtulit deus. 7. par
tes virtutis ⁊ proprietatum. ⁊ qualita
tum. ſ. de claritate ſolis. lune. ⁊ ſtela
rum. 7. partes amouit. Ideo celum qͦd
ante trāſgreſſionē ⁊ peccatum erat ap
tum hominib⁹. nō ſolum aīabus ſʒ et
corporibus: poſt peccatū īduratum fu
it nō ſoluʒ corporibus humanis ſed et
aīabus. nō ſolum peccatoribus ſʒ etiā
ſanctiſſimis. De iſtis omnib⁹ auctori-
tas. leui. 26. Si nō obedieritis mihi ad
dam correptiones veſtras ſeptuplū ꝓ
pter peccata vr̄a. ⁊ conterā ſuperbiā
duritie veſtre. daboq̄ʒ vobis celum ſ
ſuper ſicut ferrum ⁊ terrā eneam. Nō
Addam correctiōes ⁊c. vſqʒ peccata
veſtra Omnia peccata mortalia q̄ poſ-
ſunt fieri reducuntur ad illa. 7. Ratio
qr poſſunt gentes in. 7. peccare. Primo
in honorib⁹. officijs. ⁊ dignitatib⁹ poſ
ſunt peccare inordinate ⁊ cōtra domi

num appetendo ⁊ ſibi procurādo. Et
ce peccatū ſuperbie. Alia aūt bōa ſūt
bona tēporalia vt diuitie. bladum. vi-
nū. oleum. ⁊ huiuſmodi. ſi īordinate ⁊
contra dei preceptū lucrentur. Ecce
peccatum auaritie. Tertia ſunt bona
delectatiōis carnalis. ⁊ quando inor-
dinate recipiuntur. Sequitur luxuria
Quartum bonū eſt amicitia proximo
rum. Iſtud bonū non habent iumēta:
quia vnum non curat de alio. ⁊ quan
do homines de amicicia nō bene ſe gu
bernant. ſequitur inuidia. Quintum bo
num in cibis pro vite neceſſitate. Et
quādo inordinate ſumuntur. ſequitur
peccatum gule. Sextū bonum eſt ini-
micorum: quia ex eis fabricant̄ coro
ne paradiſi: quia ſi beati Laurenti⁹. ⁊
vincenti⁹ nō habuiſſent inimicos non
fuiſſent vt martires coronati. Item ſi
caſtitas nō habuiſſet inimicā luxuriā.
virgines non habuiſſent aureolā. Sep
timū bonum ē tempus precioſuʒ. bonū
eſt i tantum. ꝙ ſi vnus damnatus poſ
ſet habere tātum tp̄is q̄ntum duraret
vnū aue maria ita ut eēt viator poſſet
ſaluari. Et quādo male expendit̄. Ecce
peccatū accidie. Ex his. 7. bonis ſi īor
dinate ſumant̄ ſunt. 7. peccata morta
lia. Ecce q̄re dicit. Addā correptiones
veſtras ſeptuplum ꝓpter peccata vr̄a
ſ. īfirmitates triſtitias. mortalitates.
ſcicitates. guerras. ⁊ malignitates ⁊c.
Scdo dicit. Cōteram ſuperbiam ⁊c. ⁊
non facit mentionom de alijs pecca-
tis. Reſpōdeo. quia nūq̄ fuit peccatuʒ
mortale qn habuerit initiū ī ſuperbia.
Illō peccatū includit omnia alia pecca
ta mortalia. v. g. Quare aliquis ē aua
r⁹ faciens vſuras. furta ⁊c. qr nō vult
humiliari ad ſeruandū mandatū dei.
deuto 23. Nō feneraberis fri tuo. Idē ō
luxuria. De⁹. n. dedit hoī regulā certā
ſ. in actu matrimonij ſeruando moduʒ.
ſʒ luxurioſi nolūt ſbici huic legi dī. Ec
ce peccatū ſupbie. Pʒ ergo ꝙ īcludit ⁊c.

Jdem de gula. Jā dedit regulā ī cibis
ſumēdis ad neceſſitatē pro vita corpo
ris ſubſtentanda. ſed guloſi nolunt ſer
uare. Ecce ſuperbia. Et licet nō dicāt
ore. Nolo ſeruare. Tamē ope oſidunt
Jdem de inimicis. Deus precipit ne re
cipiant vindictam. nec opere. nec ore.
nec in corde habeant eis malam volū
tatē. ⁊ nihil ſeruāt. Ecce ſupbia. ⁊ iā
dedit ne pdamus temp⁹. ſed in opib⁹
ſpiritualibus ſimus diligētes. Et nihil
facimus. Ecce ſupbia. Pȝ ergo quare
dicit. Et conterā ſuperbiam ⁊c̄. Tertō
Et dabo vobis celum deſup ſicut ferꝝ
Dicit ſcriptura q orationes humiles
⁊ deuote facte per nos. ſunt ſagitte pe
netrantes celum. Et aſcēdūt vſqȝ ad
xp̄m aduocando ꝓ nobis vt pcurator
vel aduocat⁹ corā iudice. eccl'iaſtici 35.
Oratō humiliātis ſe nubes penetrabit
Et donec appropiquet non cōſolabit̄ .
Et non diſcedet donec altiſſimus aſpi
ciat. Sed quia ſumus in peccatis. Ce
lum eſt ferreum . ⁊ non pōt penetrare
celū. Quāto. Et dabo terrā eneā ne. ſ.
fructificet. ⁊ incaſſum cōſumet̄ labor
vr̄. Ecce de pria celorum diſpoſitiōe .

Quātum ad ſam celoꝝ diſpoſitiōem .
Trāſactis qnque milibus annis ī qb⁹
celi fuerūt ſubditi prime diſpoſitioni.
celi mutauerūt ꝯditōem. qr effei ſunt
valde molles. ⁊ dulces delectabiliter.
Et durauit iſta cōditio a xp̄i incarnati
one. vſqȝ ad aſcēſionē. Rō hui⁹ dulce
dinis ⁊ mollificatōis ē: qr tā diu poſtȝ
ferrū ad ignem applicari ⁊ ī igne ſtar̄
q liquefiēt . Jta ex quo ille ignis diui
ni amoris iſſuit⁹. ardētiſſim⁹. ⁊ dulciſ
ſimus . De quo apl's ad hebr. 12. Deus
nr̄ ignis ꝯſumēs ē. ptrāſiuit celos ve
niendo ad nos. Jā ipſi celi moliſſimi:
ac melliflui fcī ſūt. Jō cantat eccl'ia in
natiuitate dn̄i. hodie de celo pax ḋa ō
ſcēdit. hodie p totū mūdū melliflui fcī
ſunt celi. Nota n̄ dicit mellei: ſȝ melli-
flui. i. ſtillātes guttas dulcedīs ī cordi
bus ꝯtēplatiuoꝝ. Sed terreni hoīes ⁊
carnales nō guſtāt. Rō hui⁹ diſpōnis
ē p ꝯtrū ad primā. Nā p aduētū filij ḋi
multū meliorata ē hūana ꝯditio. ⁊ de
teriorata oīuȝ reꝝ p̄tioſitate. oīa ꝓpor
tiōabil'r fuerūt deteriorata. Al'r n̄ fuiſ
ſet ꝓportio. Mō aūt hō ē melioꝛat⁹: qr
ex quo rex ducit ī ſpōſaȝ filiā ruſtici .
Oēs de illo genere meliorātur . Jta de
xp̄o rege ducēte in ſponſā ſororē nr̄aȝ
hūanā nām. nos oēs ſumus meliorati
ēt creature. ſed maxīe celū. De hoc di
cit Dō ī p̄s. 67. Exurgat de⁹ cū egreḋ
reris in cō. po. tui. cū p. in deſto. Ter
ra mota ē. Et. n. celi diſti. a facie dei ſi
nay a facie dei iſrael. Uſqȝ paupi ⁊c̄ .
Nota ſecreta cū dicit. Deus cū egre-
dieris in ꝯſpcū populi. Ecce hic tangit
miſterium īcarnatōis filij dei. Rō: qa
ꝯcluſio ē theologica ⁊ bti Bē. ī epl'a ḋ
virgīe ad vgonē ḋ ſcō victore: q ī die
īcarnatōis oēs angeli viderūt ipm in
carnatū. Jō dic̄ ī ꝯſpectu populi tui. ſ.
angeloꝝ. Dicat̄ quō ſunt 9. ordines an
geloꝝ. Ordo altior eſt ſeraphin . ſecun
dus cherubī. ⁊ ſic ḋ alijs deſcēdendo.
Cogita quō egrediebat̄ . Nō ītelligatis
p modū localē ſed p contēplationē coꝝ
⁊ viſionē. quō ī quolȝ ordīe dicebat̄ . ſ.
O dn̄e aſſūatis nr̄aȝ naturā. Et nunqd
homīes ſūt nobiliōes nobis: Et ſic oēs
angeli ſciuerūt ī celo . Jn t̄ra aūt ſolū
ſciuit ḃ. ma. que cū ꝯcepit. Cuȝ ptran
ſires ī deſerto . hic tāgit natiuitatem
xp̄i. Jſte mund⁹ dicebat̄ locus deſer-
t⁹. Rō: qr licet tūc mund' eēt bn̄ popu
latus ⁊ hominib⁹ ſociatus. tn̄ ſicut pſo
na aſſociata. niſi hēat deū ſecū dicit̄ ḋ
ſerta ſȝ ſi hēat deū p grāȝ lȝ ſit ī ḋſerto
nō ē ſola. Et qr mūdus ex peccīs tūc n̄
hēbat deū. iō dr̄. cum pertranſires. ſ. p
virginē que fuit via per quā venit in ḋ
ſto hui⁹ mūdi. Terra mota ē. ſ. ex edcō
ipatoris vt quilȝ ꝓfiteret̄ ī ſuā ciuita
tē. Celi diſtillauerūt a facie ḋi ſinay .i.

ignibus. Ecce cā ꝗ facie dei yſrael. Ec
ce effectus: qꝛ vt mundꝰ videret deuꝫ
per fidem. Ecce ꝑa celoꝝ diſpō ꝛc.

Quantum ad tertium ꝛc. Sunt aperti vniuerſaliter. Ideo dicit thema. Ecce video ꝛc. Iſta cōditio icepit a xp̄i aſcē ſione ꝛ durabit vſqꝫ ad diem iudicij. In introitu xp̄i ꝛ ſanctorum porte fuerunt aperte. Criſoſtomus loquens de conditōne celoꝝ dicit. Erant prius obſtacula quedā. qbus obſiſtentibus aīe defunctorum introire non poterāt celos. Sed nō qualiter xp̄o aſcēdēte obſtacula amota ſunt. ſcḋm ꝙ tangit dd̄ ṗs. 23. Attolite por. pri. ve. ꝛ ele. por. ꝛ in. 2. glorie. Et date fuerūt due reſponſiones ſm ꝙ erāt duo obſtacula. Primū eſt i regiōe aerea vbi ē maior multitudo demonū trāſitum obſeruātiū. Et qñ angeli dixerūt eis. Attolite portas ꝛc. Rñderūt. Quis eſt iſte rex glie? Et ſcī angeli. Dn̄s fortis ꝛ potēs i ꝑlio. qui. ſ. vicit vr̄ꝫ pricipē. Et fugerūt. Et ſic āmotū ē primū obſtaculū. Scḋm obſtaculū erat ſcōꝝ angeloꝛuꝫ celū cuſtodiētiū qbꝰ demſ̄ fuit. Attolite portas ꝛc. Rñdert̄. Quis ē iſte ꝛc. Nō ignorāter ſed admiratiue: qꝛ tātā glīā dat aīabus dn̄s. Et ſic apti ſunt celi. Jō. b. Ste. qui poſt xp̄i aſcēſionē paſſꝰ ē dixit. Uideo celoſ ap. Jō n̄ dubitauit moꝛi. Quādiu. n. viuimꝰ celi ſunt nob̄ apti ꝛ poſt moꝛtē n̄ apient̄. niſi iā i vita fuerīt apti. Cū itrauerit pr̄familiaſ ꝛ clauſerit oſtiū. incipiēt foris ſtare ꝛ pulſare oſtiū. di. illud Mat. 25. Et luc. 13. Cū itrauerit pr̄familias ꝛ clauſerit oſtium icipient foris ſtare ꝛ pulſare oſtium di. Domine domine. aperi nobis. Nota clauſerit oſtium. ſ. peccatoribꝰ. Ergo feſtinemꝰ. nō expectemus moꝛtē nec iuuenis expectet ſenectutē Quia ēt edus vel agnus moꝛit̄ ſicut ꝛ ouis. Nec ſanꝰ expectet ifirmitatē. ne accidat nob̄ ſicut legit̄ i duobꝰ viatoribus ſimul ad ſuā vilā ambulātibus Dicat̄ ꝑabola ō vila que hēbat cōſuetudineꝫ claudendi poꝛtalia i ſero. quorum vnus remanſit in prato. ameniſſimo. Uilla noſtra in qua omnes ſumus ambulantes eſt paradiſus. quia apoſtolus ait ad hebꝛ. vltimo. Non habemus hic manentē ciuitatē ꝛc. ꝛ nocte ſcilꝫ culpe clauditur ꝛc. Opoꝛtꝫ venire de die. ſ. cum claritate gratie. Sed mundani remanent in prato luxurie. Auari in fonte mōtis auaritie. Superbi in arboꝛe uanitatis in veſtitu ornatu ꝛc. Sed prudens trāſit cuꝫ laboꝛe pn̄ie. ut pꝛo tempoꝛ̄ veniat ad poꝛtam ꝛc. Jdeo ap̄ls ad hebꝛ. 4. Feſtinemus ergo ingredi in illam requiē Rogemus deum: vt ad eam nos perducat. Amen.

In octa. b. Johannis euangeliſte.

Hic eſt diſcipulus ille quem diligebat yh̄s. Jo. vltimo. Sicut in feſto io. predicaui de amoꝛ̄ quem xp̄s habebat ad. b. ioh. ſup oēs alios. Modo volo predicare per q̄ opa poſſumus nos diligi a xp̄o ꝛc. Sed primo ſalutet̄ v̄. ma. ꝛc. Uerbum thematis pꝛopꝛie dicit̄ de. b. ioh. euāgeliſta. Diceret aliquis. nūqd xp̄us diligebat omnes alios apoſtolos? Jmo. Quar̄ dicit hic eſt ꝛc. Licet. n. xp̄us diligeret omnes alios magno amoꝛe. Singlarē tamen amoꝛem ꝛ familiaritateꝫ habebat ad. b. ioh. ſicut parentes diligunt omnes filios. ſed ſingulariter diligūt eis magis ſimilioꝛem. gratioſioꝛem. ꝛ pulchꝛioꝛeꝫ. Jta xp̄s diligebat omneſ. ſed ſingularius iohā. ſibi ſimilem. in puritate virginitatiſ. Beda. Diligebat iohannem non exceptis ceteris ſingulariter ſoluꝫ. ſed pꝛe ceteris quos diligebat familiarius. vnum quem ſp̄ali pꝛerogatiua caſtitatis. amplioꝛi dilectione fecerat dignum. Ecce quare de b. io. ꝑꝛie dicit̄ thema. Et dicit Beda rōem dilectōis. ſ. puritatē vite. Modo

videamus ſi ſunt alie rationes: ſeu v̄
tutes ex quibus deus diligat nos. Ego
amore veſtri queſiui ꝛ inueni. 7. uirtu
tes. quarū

¶ Prima eſt contemplatio de ſapientia.
Secunda eſt dilectio de beniuolentia.
Tertia eſt obſeruatio de obedientia.
Quarta eſt ſimplicitas de conſciētia.
Quinta eſt puritas de continentia.
Sexta eſt largitas de miſericordia.
Septima eſt veritas de concordia.
Et pro omnibus ſimul poterit quis di
ligi a deo ꝛ poterimus dicere. hic eſt
di. n. q. di. ihesus.

¶ Dico prio ꝛc. Qd̄ contēplatio ſapiētie
ē rō quare homo diligitur a deo. Qñ
enim creatura dat ſe contemplationi
diuine legendo. ſermones audiendo.
deuote orando. Et p iſta viſibilia deū
intuendo ex mundi gubernatione et
prouiſione. diuinā prouidentiā cōſide
rando. gloriam paradiſi. ꝛ pēnas infer
ni meditādo. Talis creatura multum
diligitur a deo. Aucāſ. ps. 86. Fūdamē
ta eius in mō. ſ. di. d. p. ſy. ſr̄ oīa ta. ia
cob. Nota ſecreta. ſcilꝫ contemplatiui
in montibus ſanctis ſcilicet articulis
fidei. Taliter enim debet fundari con
templatio ne ſit cōtra aliquem articu
lum fidei: quia edificium ſine funda-
mento cito cadit. Diligit dominus por
tas ſyon. i. contemplatiōis. Porte dñī
ſēſus: per quos hō cōtēplatur legēdo
ſacram ſcripturam. tunc oculi ſūt por
te. Si audiendo ſermones aures ſunt
porte. Si orādo os eſt porta ꝛc. Super
omnia tabernacula iacob. Patriarch
non edificabant domos ſed habebāt
papiliones. tendas mobiles. ꝛ ſignifi-
cant ſcientias phorū mobiles ꝛ trāſi
torias in fine hui9 mundi ſicut aſtro-
logia: quia non erit motus celi. Item
nec influxio. nec generatio: nec corru
ptio. Tunc non erit neceſſaria medi-
cina: quia nullus erit infirmus. nec re
gule grāmatichorum ſeu loycoꝝ erūt
tūc neceſſarie: Jō dicunt tūc ille ſcie
tabnacl'a iacob: q2 mobilia. Uult ergo
dicē ꝙ magis diligit dūs ꝯtēplatiōnē
vni9 vetule: de his q̄ dei ſunt: ꝗ̄ cōtē
platōem phoꝝ de aſtrologia. Neminē
diligit de9 niſi eū q cū ſapiētia īhitat.
ſapientie. 7. ꝛc.

¶ Scđa dilectio de beniuolētia. Inueīt
enim duplex amor ſeu dilectio. ſ. de cō
cupiſcētia. Scđo de beniuolētia ꝛ ex
ſcđa homo diligiī a xp̄o. Amor. n. be
niuolētie ē rōne bonitatis rei dilecte.
quia tota rō de beniuolētia amor eſt ī
re dilecta quia. ſ. ē bōa. vtil': deuota.
ſcā. Amor aūt cōcupiſcentie ē qñ vnū
amatur pp aliud. Ut ſeruus amat dñū
pp ſalariū. vel amor pedagogi rōne fi
lij. Uos. n. diligitis magr̄m ꝛ filiū. ſed
alia rōne diligitis filiū: q2 caro veſtra
eſt ꝛc. Jō ille amor dr̄ beniuolentie: ꝛ
al a rōne diligitis magr̄m: q2 pp filiū
Ideo ille amor dr̄ cōcupiſcentie. Idē
de amore filij vel filie ꝛ nutricis. Ita
etiā qui amat deū amore cōcupiſcen-
tie: non placet deo. Aliqui aūt amant
deū amore beniuolētie ꝛ iſtos diligit
deus. v̄. g. Si tu diligis deum vt det ti
bi diuitias tp̄ales. honores. digitates
plus diligis creaturā ꝗ̄ creatorē: q2 ſi
diligitis magr̄ꝫ pp filiū. plus diligitis
filiū: q2 vt dr̄ prio poſt ioꝝ. Propt̄ vnū
qđq3 tale ꝛ illud magis. Sed ſi diligiſ
deum pp ſuā infinitā bonitatē ꝛ miſe
ricordiam. Ita ꝙ tota rō dilectōis ſit
ī eo. talis amor ē bonus ꝛ ē amor bēi
uolentie. Itaqꝫ de amore cōcupiſcen
tie ñ faciatis rōnem antecedentē di-
cendo. diligam deū. vt det mihi diuiti
as ꝛc. bonā famā. vel gloriā eternā. ſꝫ
ſi faciatis de ea effectū ꝯſeqntē. Iſto mō
dicendo. Si bonū dꝫ diligi deus ē ſum
me bonus. vtil'. pulcer. miſericors. Jō
volo diligere vos dñe. Et vos dñe q
dilectoribus vr̄is datis bona tp̄alia.

honores. bonā famā. ⁊ glām. Spero
dn̄e, q̄ mēt dabitis mihi. Iſto mō nō po
nitur amor creaturaꝝ pro rōne: ſed ꝑ
diſpoſitione. Talis amor ē beniuolētie
⁊ tales diligit de⁹. Lucas. pꝰ. 8. Ego
diligētes me diligo. ⁊ ſequūtur eꝰ cūs
ꝯſequētes. Mecū ſunt diuitie ⁊ glorie
opes ſuperbe. Opes ſupbe ſūt diuitie
honores: q: dant occaſionē ſuperbie.
Ideo xp̄us Io. 14. Qui diligit me dili-
getur a patre meo. Dn̄e ⁊ qualis effe
ctus ſequit̄ vel ſequetur? Rn̄dit. Ego
diligam eum ⁊ manifeſtabo ei me ipꝫ.
hic per grām: ⁊ ī futuro ꝑ glām ⁊c̄.

Tertia ē Obſeruatio obediētie ad dei
mādata. Qn̄ homo hꝫ iſta reſeruat ſe
q̄ ante ꝑmittēt ſe mori q̄ꝫ facere ꝯ̄ dī
mandatū. Talis diligitur a xp̄o. Ratō
Cuilꝫ dn̄o ē amabilis pſona. villa. ci-
uitas. ſeu terra ſibi obediens. Inobe
dientes aūt odit ⁊ conat̄ deſtruere.
Idem de deo dicitur io. 14. Si quis
ſermonē meū ſeruabit. Ecce obedien
tia. pr̄ meus diliget eum: ⁊ ad eū ve-
niemus: ⁊ māſioneꝫ apud eū faciem⁹
Nota ad eū veniemus. ſ. ego pr̄. ⁊. s.
ſanctus. Dicat̄ quō aīa eſt creata ad
imaginē trinitatis: q: ſicut eſt vnus
deus in eſſentia ⁊ tres perſone. Ita ē
aīa vna ⁊ tres potētie. Cum. n. dicit ⁊
māſionem apud euꝫ faciemus. In me
moria. n. pſona patris manet ꝑ recor
dationē operis creationis. In itelligē
tia perſona filij. Voluntas autem eſt
camera. Spiritus. s. Quia ad volūta
tem pertinet deſiderare dei bonitatē
que ſpiritui ſcō attribuitur. Ecce qua
le ſignum amoris. Ideo dicit. b. ioh.
in ſua prima epiſtola ca. 4. c. Qui ma
net in caritate in deo manet ⁊ deus
in eo. De iſta obedientia ad precepta
dei dicit xp̄s ioh. 15. Si precepta mea
ſeruaueritis manebitis in dilectione
mea. ſicut ⁊ ego precepta patris mei
ſuaui ⁊ maneo ī eius dilectōe.

Quārta ē ſimplicitas de cōſcia qn̄ hō ī
oībus factis. dictis. ⁊ operibus. habꝫ
cor ad deū ⁊ intētionem rectaꝫ. Non
hꝫ cordis duplicitatē vel triplicitateꝫ.
placeat vel diſpliceat cui voluerit. ſo
lum q̄ placeat deo. Aliter qn̄ hō dic̄
tenebo bonā vitam ⁊c̄. Ut gentes lau
dent me. multiplex ē. Legit̄ in leuitico
q̄ erant. 3. ſpēs ſacrificiorū. Primū ſa
crificiū erat hoſtia pacificorum. Secū
dū erat ſacrificiū pro peccato. Tertiū
erat holocauſtū. Primū offerebāt pro
grā a deo recepta. De quo fiebāt tres
ꝑtes pinguedo ⁊ ſanguis offerebatur
deo ⁊ ꝯburebat̄. Scda. ſ. pectus ⁊ ſpa
tula dextera dabatur ſacerdoti. Tētia
pars. ſ. totum aliud erat offerētis. Ec
ce triplicitas. Scdm ſacrificiū erat ꝑ
peccō vt de⁹ remitteret ſibi peccā ⁊c̄.
de iſto fiebant ſolū due partes. Pria
offerebat̄ deo. Scda ſacerdoti. Ecce
duplicitas. Tertiū erat holocauſtū ad
honorē dei. Ecce ſimplicitas. hoc pri-
mū ſacrificiū placet deo. Et magis ſcꝫ
ſed maxie tertiū. Itē ē ꝯ̄ vita nr̄a. Ali
q offerūt ſe deo. vel ꝑ pniam vel per
ingreſſum religiōis: ſed faciūt de ſe. 3.
ꝑtes. Pinguedinē deuotiōis dant deo
cui vellēt placere. Secūdo vellent ha
bere famā bonā. tertio vellēt hr̄e diui
tias nō tamē ꝯ̄ deū: q: nō eſſet ſacrifi-
ciū. Iſtud ſacrificiū placet deo. Alij of
ferūt ſe deo ſecūdo mō: q: cupiunt pri
mo placer̄ deo. Scdo cupiūt hr̄e bonā
famā. ⁊ placere gētib⁹. nō curant de
diuitijs. Iſtud ſacrificiū magis placet
deo q̄ꝫ primū. ſed ſuper oēs eſt ſacrifici
um holocauſti. qn̄ ſolum curat placer̄
deo dicendo. Sufficit domine q̄ vita
mea placeat vobis: nō curo ſi placeat
vel diſpliceat gentibus. Sed diceret
aliquis. Nunquid dicit apoſtol⁹ ad ro.
12. Prouidētes bona nō tantum coraꝫ
deo ſed etiā corā hōībus. Intelligit̄
nō rōne fame. ſꝫ rōne dī. Et ꝯ̄ iſta ſim
plicitate dic̄ dd. 1. ꝑalip. 29. Scio deus

meus ꝙ probes corda ⁊ ſimplicitatem diligas. Unde rogo in ſimplicitate cordis mei let⁹ obtuli vniuerſa hec. Per contrarium. multiplicē conſciētiā odit de⁹. Dicat̄ hic hiſtoria yſaac patriarch geñ. 25. Cuius vxor peperit duos filios geminos. ſ. eſau ⁊ iacob. Eſau āt erat totus multiplex ⁊ dilatatus ī negotijs Quibus adultis. factus eſt Eſau vir gnarus venandi ⁊ homo agricola: iacob aūt vir ſimplex ⁊ habitabat in tabernaculis. Dixit deus malach. prīo Jacob dilexi. Eſau aūt odio habui.

Quinta eſt puritas de cōtinētia. Jſta eſt rō quare xp̄s pre alijs dilexit iohānem. Puritas. n. cōtinentie ē qñ vir ⁊ vxor ſeruāt ſibi cōtinētiā ſiue mutuā fidelitatē ⁊ modū ⁊c̄. Puritas eſt totū De alijs aūt qui nō ſunt de matrimonio nō curare de illo actu qñocunq; tales diligūtur a xp̄o ex puritate cōtinētie. Rō Chriſtus eſt ī domo ſua. ait apl's ad hebr. 3. Que dom⁹ ſum⁹ nos. Jnfidelis ē dom⁹ dyaboli. Jō qñ baptizatur: exorzizatur vt dyabol⁹ eiciatur Jdeo cauendū ē ab īmundicijs. Jō dicebat xp̄s deo patri ꝑ os dd̄ p̄s. 25. Domine dilexi decorē domus tue. i. pſōe xp̄iane: ⁊ locū hītationis gl'ie tue. Nō differentiā īter locū hītatōis ⁊ domū. Quia; dicit. Dñe dilexi decorē domuſ tue. ⁊ locum habitationis glorie tue. ſilicet ſi ſit pulcra nō cogitādo nec deſiderādo imūdicias ⁊c̄. Jdeo ꝓuer. 22. Qui diligit cordis mūditiam. ꝑꝑ grā; labiorum ſuoꝝ hēbit amicum regem.

Sexta ē largitas miſicordie. Qñ eni; pſona eſt liberal' in elemoſinis dādis vel de ſpūalibus: vel de tp̄alibus. Elemoſine ſpūales ſunt bone doctrie. predicatiōes ⁊c̄. Tunc dat̄ prādiū aīabuſ de pane celeſti. D. aliqui. Fr̄es ſemꝑ petunt ⁊ nunq̄ faciunt elemoſinam. Jmo de cibo ſcīe parato in cogna ſpiritus. s. dant elemoſinā paupib⁹ ignorantibus ⁊c̄. Jtē redimūt captiuos qñ predicator cum theſauro ſcie redimit aīaſ de captiuitate dyaboli. Jtē īduūt nudos virtutibus. Jtē cōſolāt̄ triſtes ad pacientiā prouocādo. Jdē de illis q faciunt elemoſinas corporales. Tales diligūtur a deo. Rō ē. Si vos habetiſ plures agros. Claꝝ eſt ꝙ vos plus diligitis cāpum qui abūdantius ꝓducit fructum. Jō dñs yh̄s xp̄s. Perſone vl' vite humane ſūt agri. diuitie ſunt ſemina dei. ipē ſeminat vbi ſibi placet, ſperās fructū quē facietis. ſ. elemoſinas. Jpſe. n. ſeminat abūdanter dans vobis libere. ⁊ vos redditis obolū poſt obolū. vel denariū poſt denariū. Sed de illo qui facit magis fructū elemoſinaꝝ. O dicit deus in iſto agro volo ſemīare. dat abūdanter. 2. cor. 9. hilarē datorē diligit deus. Potēs eſt āt deus omnē grām abūdare facere, in nobis. Diſperſit dedit pauperib⁹ iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Jtē dd̄ in p̄s 32. Exultate. Diligit miſicordiā ⁊ iudicium.

Septiā eſt vnitas de cōcordia. Cu; in domo vir ⁊ vxor concordāt. vxor obedit viro ſm deū. ⁊ vir nō deſpicit eam ſed cōcorditer viuūt. Jtē in cōītate qñ maiores nō odiunt nec deſpiciūt minores nec diuites pauperes. tales diligūtur a deo. Ratio hui⁹ eſt. Quil; diligit plus domū ꝓpriā q̄ alienā. Domus dei ⁊ locus ē vbi ē pax ⁊ concordia. p̄s. 75. Factus ē ī pace locus eius. Per oppoſitum vbi ſunt diuiſiones ⁊ guerre. eſt dyabolus ⁊ loc⁹ demonū. Dicat̄ miraculū qđ legit̄ in vita. b. franciſi de ciuitate aſſiſij diuiſa. Et cū ſemel ī duabus partib⁹ eſſent diuiſi volētes ſe interficere. b. F. hūit per reuelationē ꝙ demones faciebāt illā ꝯmotionē tota; Et eleuatis oculis vidit infinitos dēones ſupra ciuitatē qui mouebāt corda gentiū ⁊c̄. quos expulit. b. Frāciſcus.

Et factus eſt in pace locus eius. Jdeo
apl's.2.ad cor. vltio. Pacē hēte ꝛ de⁹
pacis ꝛ dilectionis erit vobiſcum. Ro
gemus deum ergo ꝛc̄. Amē.

¶ Jn octaua Scōꝝ Jnnocentū.

Accipe pueꝝ ꝛ matrē ei⁹ ꝛ fuge.
Mat.2. Pro declaratiōe huius
verbi ꝛ introductiōe materie.
Recordor de vno notabili uerbo bti
grego. di. ꝙ ad informandū homīes in
uirtutib⁹ pl⁹ proficiūt exēpla.ſ.opa vi
ſa magis ꝗ̄ verba. Nam maior īpreſſio
fit ī hominib⁹ oculis vidēdo ꝗ̄ aurib⁹
audiendo.v̄.g. De homicidio plus cō
mouetur ꝛ turbatur ille qui videt ꝗ̄ il
le qui audit. Jdem de alijs. Jdeo dicit
ꝙ melius eſt exēplum ō viſu ꝗ̄ de au
ditu. Exemplificet̄ etiā de magiſtro vi
tioſo qui docet diſcipuluꝫ ore bonos
mores. qui tamē plus mouet̄ exemplo
eius male vite ꝗ̄ verbis ſue bone doc-
trine. Jdeo dicit grego. Oia in nobis
vitioꝝ mala mortifica. vt fidē tuā quā
lingua nr̄a loquit̄. etiam morib⁹ vita
fateatur. Jō xp̄s ut magiſter veniēs ad
inſtruendū nos ꝛ īformādū bonis vir
tutibus. nō ſolum verbo voluit nos in
formare ſꝫ etiam opere. Sicut pictor
volēs docere diſcipulū. nō ſolū docet
ſed etiam exēplū in imagie opere oſtē
dit. Jō actu.1. Cepit ihs facere ꝛ docē.
Ad ꝑpoſitū. Jnter alias virtutes no-
bis neceſſarias ē neceſſaria virt⁹ pru
dentie in periculis vitandis: q2. ut ait
apl's.2.cor.xi. Pericul' fluminū. peri
culis latronū. ꝛc̄. Et vbi eſſet magna
neceſſitas.ſ. ꝓpter honorē dei vel ne
ceſſitatē proximi homo vitando pericu
la dꝫ fugire iuxta ꝯſiliuim xp̄i Mat.10.
Cum aūt perſequētur vos in iſta ciui
tate. fugite in aliā. Et prio oſtendit ope
fugiendo herodis periculū. vidēs non
eſſe neceſſitatē nec vtilitateꝫ mori pu
er. fugit. hoc dicit v̄bum thematis pro
poſitum. Accipe pu. ꝛ m. eius. Jn die
veneris ſancta nō fugit. imo venit ob
uiam eis di. illud.10.18. Quē queritis?
q2 tūc mors ſua erat vtilis ſm ſuaꝫ ꝛ
patris ordinationē. Pꝫ thema. Ex quo
ſcitis rōeꝫ fuge. Oꝫ de ea.3ª. puncta d̄
clarare.

¶ Primo qūo fuit reuelata diuinal'r.
Secūdo qūo fuit praticata hūanal'r.
Tertio qūo fuit reuocata tēporaliter.
Quantū ad primū. q2 chriſt⁹ nō debu
it ſic mutari d̄ regno ad r̄gnū. niſi ꝑut
de⁹ reuelauit. De hoc dicit euang. bre
uiter. Angelus apparuit ī ſomnis io-
ſeph. vſqꝫ ad perdendum eum. Nō hic
duas q̄ōnes. Pria ē. q̄re iſta reuelatō
fuit facta ī ſomnis de tam magno ne-
gotio q2 multa ſomnia ſunt que credūt̄
diuīe reuelatōes. ꝛ ſunt illuſiones. Rū
deo q2 reuelatio diuīa requirit diſpoſi
tionē in perſona cui dꝫ fieri.ſ. trāquili
tatem cordis. ꝛ quietē mentis ꝛ ſegre
gatōeꝫ negotōꝝ ſecularių ꝛ temporali
um. q2 tales ſollicitudines ſūt vt nu-
bes claritatē diuini ſolis ꝛ radij impe
dientes. hoc oñditur in vitis p̄ruꝫ de
illis.3. ſocijs quoꝝ vn⁹ elegit vitā ſoli
tariā. ali⁹ elegit ſuuī īfirmis ī hoſpita
li. terti⁹ tractare paces. Prim⁹ hēbat
multas ꝯſolationes ꝛ reuelatiōes ma
gnas. alij duo nō. imo erant multū oc
cupati in bōis tn̄ negocijs. Et iſti duo
iuerunt ſimt ad viſitāduꝫ tertiū ſociū
ſolitariū. Qui dixit eis qūo erat cōſola
t⁹. alij rn̄dendo dixerūt ꝙ nullam ha
buerūt reuelationē nec ꝯſolationem:
Tūc ille accepit peluim plenaꝫ aqua ꝛ
cōmouit aquā ꝛ dixit. Tale ē cor homi
nis ī negocijs occupatū. Sed ſeparatū
a negotijs ꝛc̄. ē ſicut aqua quieta. ꝛ tūc
apparet in eo imago diuīe reuelatiōis.
Patet ergo ꝙ diuīa reuelatio requirit
cor quietū. Jō dicebat dō̄ perſonis in
negocijs occupatis. ꝑs.45. Uacate.ſ. a
negocijs. ꝛ videte quoniā ſuauis eſt do
minus. Mō in ꝑpoſito l'cet ioſeph eēt
ſanctus. iuſtus. ꝛ bonus. tamen non

habebat vigilādo coꝛ quietū. timebat
.n. herodē ne xp̄m occideret. ⁊ erat to
tus anxi⁹. Sꝫ cum doꝛmiret hēbat coꝛ
quieſcendo quietū. tūc habuit diuinā
reuelationē. Ecce angel⁹ dn̄i apparuit
in ſomnis ⁊c̄. Ecce rō quare in ſomnis
fuit facta. Job. 33. Per ſomnū ī viſione
nocturna qn̄ irruit ſopoꝛ ſuper homīes
⁊ doꝛmiunt ī lectulo. tūc aperit aures
viroꝝ ⁊ erudiens eos inſtruit diſciplīa
vt auertat hominē. xp̄ꝫ ſuple. ⁊ liberet
eū a ſuperbia. ſ. herodis eruens uitā
illius. ⁊ nō trāſeat in gladiū. Si dicat̄
dum quis doꝛmit pōt ſe regere homo
⁊ determīare utrū ſit ſomnū aut re-
uelatio. Dicat̄ ꝙ quādo eſt reuelatio
dei. cū tanta certitudīe ⁊ claritate ve
nit. ac ſi oculis ꝓpꝛijs videretur. Jō
dicit apl's. 2. thim. 1. de quadā reuela-
tione quā hūit. Scio cui credidi ⁊ cer
tus ſum. Itē dicit Sāctus aug. ī libꝛo
cōfeſſio. de matre ſua que habebat mlt̄
tas reuelationes. Mater mea neſcio
quo ſopoꝛe. qd̄ verbis expꝛimere non
poterat. dicebat ſe ſcire diſtīguere int̄
deum reuelantē ⁊ aīam ſomniantem.
Alr̄ reuelatio ꝓphaꝝ nō fuiſſet certa
⁊ vera: qꝛ in ſomnis ⁊c̄. Ecce quid di-
cit deus numeri. 12. Si quis fuerit īter
vos ꝓpha dn̄i. in viſione apparebo ei.
vel per ſomniū loquar ad illū. Secūda
queſtio eſt. q̄re iſta reuelatio de fuga
xp̄i ad infideles. nō fuit facta v̄. marie
que erat ſanctioꝛ ioſeph. que erat ita
quieta vigilans ſicut doꝛmiēs. ⁊ ſibi vi
gilanti apparuit gabꝛiel quādo ſaluta
uit eam. ⁊c̄. Rn̄deo ꝙ licet v̄ ma. incō
parabiliter eſſet magis ſancta q̄ꝫ io-
ſeph. tamen ad oſtēdendū ꝙ regimen
domus ad virū pertinet ⁊ non ad mu
lierem. ⁊ quia mutatio dom⁹ ⁊ huius
pertinebat ad ioſeph. ideo ⁊c̄. Ideo fu
it lex imperatoꝛis aſſueri ꝯfirmata in
textu biblie. d. heſter 1. Cūcte vxoꝛes
tam maioꝛū q̄ꝫ minoꝝ deferāt maritis
ſuis honoꝛem. ⁊ ſciāt eſſe pꝛīcipes ſuoſ

ac maioꝛes in domibus ſuis. Hic mu
lieres habēt exemplum cogitando q̄ṁ
v̄. ma. erat nobilis. quia de genere da
uid. pulcra ⁊ ſancta. ⁊ deus voluit ut
eſſet ſubiecta ioſeph ſponſo ſuo. Et voſ
dicitis nihil fiet in domo niſi illud qd̄
ego volo. Galina cantabit ī domo. Jō
inter viros ⁊ vxoꝛes ſunt tot diuiſio-
nes: quia contra ius diuinū ⁊ huma
nū eſt. ꝙ mulier dn̄etur viro. De hoc
tamē ſunt ī cauſa vetule dicentes ſpō
ſe. Ecce filia modo eſt hoꝛa dum ſpon-
ſus diligit vos vt accipiatis dn̄ium.
Cantet galina in domo. ſemper eritis
domīa. O malum ⁊ iniquū conſilium:
quia vir ſubſtinet talia. Quādiu durat
panis nuptiaꝝ durat ille amoꝛ fatuuſ.
Sed poſtea homo recognoſcit ſe ⁊ dic̄
O Iſta ſtulta vult dominari. ⁊ ecce
tumultus ī domo. ideo bona uxoꝛ debꝫ
honoꝛare viꝝ ſuū. ⁊ habere eum vt
dominū. Ecce quid dicit apl's ad eph.
5. Mulieres viris ſuis ſubdite ſint ſi-
cut domīo: quoniā vir caput eſt mulie
ris ſicut xp̄s caput eſt eccleſie.

Quantum ad ſecundū q̄ṁ iſta fuga fu
it pꝛatichata humanalr̄. Dicit euang.
Qui cōſurgens accepit matrē eius ⁊
puerum nocte. Ad praticam. Cogitate
quomodo ioſeph facta ſibi reuelatiōe
⁊ excitatus. cum q̄ta ſollicitudine. ⁊
credo ꝙ flens iuit ad camerā virginis
Et credo ꝙ ipſa iam ſurrexerat. iuxta
illud dd̄. Media no. ſurg. ad confit. ti
bi ⁊c̄. O quale rotabulum ſiue ancho
nam habebat coꝛam ſe. quia filium dī
quem genibus flexis contemplabatur
coꝛam ſe doꝛmientem ſecundū humāi
tatem omnia regentem ſecundū diuīni
tatem. Et cum eſſet in ſua contempla-
tione ⁊ dulcedine. ioſeph cum magna
reuerentia tetigit ad cameram v̄. ma
rie ⁊c̄. ⁊ dicebat virgini. Cito cito fu-
giamus: quia herodes vult occidere fi
lium noſtrum. Conſiderate q̄ta muta

ſtio debuit eſſe in corde vir. ma. ſubito
referente ſibi ioſeph reuelationem me
dia nocte. Quanta ſollicitudo fuit ad
fugiendum. Statim ioſeph ſtrauit aſi
nam: ⁊ virgo flens ⁊ orans dicebat.
Fili vos qui liberaſtis dauid. ⁊ .3. pue
ros de camino ignis ardentis. nunc
adiuuate me matrem veſtram. Et io-
ſeph poſuit virginem cū filio ſuper aſi
nam. ⁊ receſſerunt de domo. Cogitate
quid fuit de periculo mortis maxime ꝺ
rege. cum q̄to timore ibant. Et ſi vir-
go ſentiebat aliquos diſcurrētes per ci
uitatem dum exibat. ſtatim videbatur
ſibi ꝙ eſſet herodes. Cum autē fuerūt
extra ciuitatem. v̄. ma. queſiuit a io-
ſeph ſi dixerat ſibi angelus quo irent.
Rn̄dit. ꝙ ſic. ſ. in egiptum. Vir. ma.
tunc valde timuit. ſingulr̄ ꝓpter tria.
ſed in ſingulis data eſt ſibi cōſolatio a
deo. Primo timuit cōſiderando crude
litatem egiptiorum ad pueros hebreo
rum in tantū. ꝙ exodi primo patz. quo
modo occidebāt omnes pueros iudeor
hoc ſciens virgo cogitate quomodo di
cebat. Domine vos qui moyſem libe-
raſtis ab illo periculo. liberate matrē
cum filio. Sed ſtatim habuit cōſolatio
nem quia arbor inclinando ſe ad vir
ginem in via ⁊ fons de radice ſcatu-
riens ſignificauit egiptios ſibi obſequ
turos ex corde. Hoc intelligens v̄. ma.
fuit conſolata. Tunc fuit cōpleta pro-
phetia dauid i perſona virginis. d. p̄s.
17. Populus quez non co. ſer. mihi ⁊c̄.
Moralr̄ arbō oſtēdit nobis quomodo
debemus ſalutare virginem inclinan-
do nos. quia regina celi: ⁊ reuerenter
corde cogitando quomodo eſt in cate-
dra glorie ad dexteram filij pro nobis
aduocando. ⁊ ſic ſcaturiet fons lachri
marum ⁊c̄. Secundo timebat conſide
rando eorum carnalitatem. Erant. n.
valde luxurioſi. ⁊ habebant vxores
turpes. ⁊ iudee erant valde pulcre.
Ideo cuſtodes portus habebant man
datum a rege. vt quando aliqua pul-
cra mulier veniret de aliqua parte.
ducerent eam ad regem. Dicatur hi-
ſtoria gen. 12. de ſarra vxore abraam.
hoc totum ſciens virgo. Cogitate ſi ha
bebat rationem timoris cuz nunq̄ fue
rit pulcrior illa. ſed dicebat. Vos do-
mine qui liberaſtis ſarraz ⁊c̄. Dicatur
quando cuſtodes viderunt eam. admi
rabantur de tanta pulchritudine. eorū
qz corda mutabantur in deuotionem
exhibendo ſibi magnam reuerentiaz.
Jeronimꝰ dicit. Aſpectus virginis fu
gabat affectum libidinis. Sed propter
regis mandatum iuerunt excuſare ſe.
quomodo vna pulcra mulier venerat
⁊c̄. Cogitate ꝙ rex miſit pro ea. ſed mu
tatis cordibꝰ ⁊c̄. Cogito ego ꝙ rex vo
luit eam videre. quam honorauit offe
rens ſe ſibi. precipiens ne aliqs ſibi di
ſpliceret in aliquo. De hoc prophetia in
perſona virginis. eccli. 24. Ego quaſi
vitis fru. ſua. odor. ⁊ flo. mei. fructus
hono. ⁊ honeſtatis. Nō hic virtutem
floruz vinee: quia dicūt nāles qui tra
ctant de proprietatibus rerum: ꝙ ſer
pentes ⁊ beſtie venenoſe fugantur ab
illo odore. Serpens ⁊ animalia vene-
nata ſunt perſone luxurioſe. in quibus
v̄. ma. fugauit motus carnalium pro
tunc. Ideo dicit. Ego q̄ſi vi. fru. ⁊c̄.
Moralr̄ debemus omnes vitare luxu
riam ⁊ peccata mortalia in omni loco:
ſed ſingulariter vbi eſt inuocatio vir
ginis marie. Eccli. 24. Trāſite ad me
omnes qui cōcupiſcitis me. Tertius ti
mor virginis fuit. conſiderando egip-
tiorum infidelitatem: quia erant peſ-
ſimi ydolatre. Nota hic ſecundum ma
giſtrum hyſtoriarum. quomodo ad va
ticinium ieremie ipſos de ydolatria re
prehendentis fecerunt imaginem puel
le puerum geſtantis. quam ſecrete
adorabant. Et ingrediente domino
egyptuz omnia ydola corruerunt. Et

fuit completa ꝓphia yſa.19.Onus egy
pti.ecce dñs aſcēdet ſuper nubē leuē.
ꝛ ingrediet̃ egiptum. ꝛ mouebunt̃ ſi
mulacra egipti a facie ei⁹.Nubes ē ca
ro xp̄i ſeu hūanitas.Jaco.4.Que eſt
vita vr̄a: vapoꝛ eſt ad modicū parens.
ꝛ deinceps exterminabit̃.Dñs.n.aſcē
dit ſuper nubem.qꝛ ipſe regebat hūa
nitatē leuem: qꝛ ſine onere pecati.Cū
aūt virgo intraſſet per pꝛimā ciuitatē
egipti que dicit̃ elipolcos.inuenit gen
tes ploꝛantes: qꝛ ſimulacra ceciderāt
ꝛ confracta fuerāt.Et īterrogabāt vir
ginē vnde vēiret.que rn̄dit.ꝙ dē terꝛa
ꝓmiſſionis Dicebāt ei.Scitis vos ſi
virgo peperit: quia tale ſignum fuerat
eis datū a ieremia ꝓpħa.ꝙ quādo vir
go pareret.illa ſimulacra coꝛruerēt.
Credo ꝙ virgo voluerit videre illam
ymaginē puele.d.ꝙ nō adoꝛarēt eam:
Sꝫ deum ī imagine repꝛeſentatū.Et
qualis cōſolatio fuit iſta b.ma? Et pote
rat dicere qđ dr̃ ī.p̄s.93.Scđm mr̃titu
dinem dolo.meoꝝ.i c.m.ꝯ.t.l.animā
meā.O ſi cognouiſſent eā.Moꝛal'r hic
pꝛo ruſticis ne credāt ſe adoꝛare ima
ginem.ſed xp̄m ut dr̃ Mat.4.Dñm de
um tuū adoꝛabis.ꝛ illi ſoli ſeruies.

Quantū ad tertiū.Qūo iſta fuga fuit
reuocata tempoꝛal'r.Dicit euagelium
Et erat ibi vſqꝫ ad obitum herodis.ſ.
per.7.annos ſecūdum magiſtrū hiſto
riarū.Defuncto aūt herode.Ecce an
gelus dñi apparuit.vſqꝫ in fine.Nota
hic duas queſtiones.Cū virgo fuiſſet
qſi exul.in egipto per.7.ānos.de quo
viuebat: qꝛ ioſeph iam erat ſenex ꝛ nō
poterat laboꝛare? Rn̄deo ꝙ virgo ma
cum manib⁹ ſuis ꝯſuit filauit.texuit:
ꝛ pꝛouidebat ſibi.filio.ꝛ ioſeph.Dicat̃
qūo per filiū mittebat camiſiam ad do
mum eius cui⁹ erant.Angeli pꝛouidiſ
ſent ſibi ſed noluit.Et ad hoc pꝛopo
ſitū ꝓpꝛie ē tex.p̄s.ul.Cōſiderauit ſe
tas domus ſue.ſ.paupertatis.humili
tatis.ꝛ panem ociosa nō comedit.Mo
ral'r hic mulieres habēt exemplū ꝛ do
ctrinā: qꝛ multe cōſentiunt peccato
ex paupertate.Nūquid habetis man⁹?
Jdeo apl's.i.ad theſ.4.Rogamus aūt
vos fratres ut abūdetis magis.ꝛ ope
ram detis vt quieti ſitis.ꝛ vt veſtrum
negocium agatis.ꝛ operemini manib⁹
veſtris ſicut pꝛecepim⁹ vobis: ꝛ nulli⁹
aliquid deſideretis.Nota regula eſt iu
riſtaꝝ ꝙ vbicūqꝫ papa dicit p̄cipimus
obligat ſub pena Queſtio ē.quare chꝛi
ſtus voluit ſtare.7.annos in egipto
nec pl⁹ nec min⁹: qꝛ quicquid faciebat
xp̄s erat miſteriū.Rn̄deo.ꝙ triplici
rōne.ſ.Anagogica.Alegoꝛica.ꝛ tro
pologica.Propter pꝛimā rōnem.filiuſ
dei.virgo.ꝛ ioſeph fuerūt in egipto 7.
ānis coꝛpoꝛaliter.ſꝫ qātum ad animam
erant in terꝛa pꝛomiſſionis.Et poſt.7.
annos apparuit angelus ioſeph.ꝛ re
dierunt ad terꝛā ꝓmiſſionis.Jn quo ī
nuitur.ꝙ poſt.7.etates ibimus ad ter
ram pꝛomiſſionis.ſ.gloꝛiam.in qua ſo
lum nunc ſunt anime ſanctoꝝ.ſed poſt
7.etates ſimul coꝛpoꝛa cum animab⁹.
De hoc Oſee.xi.Sicut mane pertran
ſit ꝛc̃.Secūda Alegoꝛica.Egiptus.i.
tenebꝛa.ſignificat ꝙ ſicut xp̄s.ſeptem
ānis fuit ī egipto.ꝛ poſt angelus appa
ruit ꝛ reuerſus ē in terꝛā pꝛomiſſiōis
ſic peccatōes.7.annis.i.ex ſeptē pecca
tis ſunt in egipto.i.ī tenebꝛis peccato
rū.Superbia eſt vna tenebꝛa: quia nō
vident periculum in quo ſunt.ꝛ ſic de
alijs.Auctoꝛitas.p̄s.1?.Neſcierūt ne
qꝫ ītelle.in te.am.Et loquit̃ de pecca
toꝛibus ſi reuertuntur ad terꝛā iſrael
i.lucis.quādo venit angelus.i.compū
ctio coꝛdis de peccatis.Tertia eſt tro
pologica.Concluſio eſt ſanctoꝝ doc.ꝙ
pꝛo quolꝫ peccato moꝛtali homo obli
gatur deo in.7.annis de penitētia in
hoc mundo.vel reſtat in purgatoꝛio.
Rō: quia in quolibet peccato moꝛtali
fit cōtra.7.dona ſpiritus.ſ.Sed qua

litas penitẽtie eſt arbitraria. iõ xp̄s uo
luit ſtare. 7. ãnis in egipto. i. ĩ anguſtia
oſtendens q̄. 7. ãnis ꝯuenit ſtare in an
guſtia penitẽtie. ꝛ poſt homo liberaꝛ̃ a
penis. Deutero. 15. Cũ tibi vẽditus fue
rit frater tuus hebꝛeus aut hebꝛea. ꝛ
ſex ãnis ſeruierit tibi: in ſeptimo ãno di
mittes eum liberꝝ. i. trãſeuntem. Tran
ſit peccatoꝛ de culpa ad gratiã per peni
tẽtias. Rogem⁹ deum ꝛc̄. Amen.

¶ In feſto ſancti Antonij.

Certamen foꝛte dedit illi vt vin
ceret. Sapiẽtie. 10. Thema. So
lemnitas. ꝛ officiũ p̄ſentis diei
eſt illius beati ꝛ amici dei Antonij cõ
feſſoꝛis. Ita etiaꝫ erit ꝛ ſermo noſter.
Salutet̃ v̄. ma. Pro declaratiõe huius
v̄bi ꝛ breui ĩtroductiõe materie. Sciẽ
dũ q̄ in ſacra ſcriptura litterali. ꝛ etiã
hoc declarat experientia ſenſualꝛ̃. q̄ p̄
ſens vita nõ eſt niſi campus p̄lij. ꝛ q̄
tum ad coꝛp⁹. ꝛ q̄tum ad aĩam. Pꝛio
q̄tum ad coꝛpus. qꝛ ſtatim natus. a die
natiuitatis vſqꝫ ad finẽ ſemper ẽ in p̄
lio: quia quattuoꝛ qualitates ĩtra coꝛ
pus cõtinue bellant. ſ. caloꝛ cum frigi
ditate. ꝛ ſiccitas cum humiditate quo
uſqꝫ ĩterficiũt hominẽ. ſemper p̄liãtur
coꝛrũpendo. alterãdo. minuẽdo. ꝛ cõ
tradicẽdo adĩuicẽ. ac ſi homo teneret
in utero q̄tuoꝛ ſerpentes ĩter ſe bellan
tes. moꝛdẽtes ꝛc̄. Ita poteſtis cogita
re de qualitatib⁹ ĩtra coꝛp⁹ humanũ.
Item ad extra. coꝛp⁹ eſt in p̄lio miſeri
arũ. ſudoꝝ. frigoꝝ. periculoꝝ. ĩfirmita
tum. paupertatũ. triſticiarũ ꝛc̄. Item
cum p̄ximis adĩuicem. vel lingua. ꝟ
manu ſeu opere. In tantũ q̄ dauid de
iſto p̄lio coꝛpis facit vnum pſalmũ.
ꝟi. Miſereꝛ̃ mei deus qm̄ concul. me
homo. homo q̄tũ ad p̄liũ cum pꝛo
ximis. Tota die ĩpugnans tri. me. Con
culcauerũt me inimici mei. ſ. quatuoꝛ
qualitates elementoꝝ tota die. quoni
am multi bel. aduer. me. q̄tum ad mi
ſerias. ſecũdo q̄tum ad animam q̄d ẽ
p̄lium periculoſius: quia aĩa meli
oꝛ eſt coꝛpoꝛe. Iſtud p̄lium poteſtis
intelligere per talem ſimilitudinẽ. ac
ſi in iſto campo eſſet vna pulcra domi
cella nobilis ꝛ delicata. ꝛ impugnare
tur a tribus militib⁹ armatis. quoꝛuꝫ
unus veniret ante cum enſe euagiato
alius a dextris cum baliſta ꝛ ſagitta.
alius a ſiniſtris cum lancea. ꝛ ipſa ſtat
apodiata ad parietem. Certe talis do
micella eſſet in magno p̄lio ꝛ pericu
loſo. ꝛ gratia dei eſſet q̄ euaderet: qꝛ
nullum habet defenſoꝛem niſi parietẽ
vbi ſuſtineꝛ̃. Ita eſt ꝟ anima cuiuſlibꝫ
noſtrum que ẽ domicella pulcra ꝛ no
bilis: quia nullũ habet patrẽ niſi deuꝫ
qui eam creauit ad imaginẽ ſuam. Et
ſtat apodiata ad parietem. ſ. fideꝫ xp̄ia
nam: qꝛ ſicut paries ſuſtinet ꝛ impedit
viſum. ita fides xp̄iana eſt apodiamen
tum xp̄iani. Item fides eſt de his que
homo non videt. Ideo apl̄s diffiniens
fideꝫ dicit. heb. xi. Eſt autẽ fides ſpe
randarum ſubſtãtia reꝝ. Ecce funda
mentuꝫ. argumentũ non apparentiuꝫ.
ſ. de his que nõ videnꝛ̃. Ad iſtum pa
rietem apodiatur aĩa xp̄iana. quia aĩr
iam capta eſſet ꝛ moꝛtua ꝛ deſtructa.
Et impugnatur a tribus militib⁹. An
te uenit mũdus enſe euaginato. ſ. cum
negocijs ꝛ iniuſtitijs ꝛc̄. a dextris au
tem caro cum ſagittis malarũ inclina
tionũ ſenſualitatũ. motuũ luxurie ꝛc̄.
a ſiniſtris autẽ. diabol⁹ cum lancea tẽ
ptationum diuerſaꝝ reꝝ. De iſtis mili
tibus dicit petrus apl̄s. 1. pe. 2. Mili
tant aduerſus animaꝫ. Et propter hoc
dicit. Job. 7. Militia eſt. ſ. q̄tum ad
animam. Et vbi nos habem⁹ militiã.
Alia trãſlatio autẽtica habet tempta
tio. que reſpicit animã eſt vita hominiſ
ſuper terram. Et ſicut mercenarij dies
eius. Qui ſi fideliter laboꝛet mereꝛ̃
ſalarium alꝛ̃ penam. Ita de nobis. ſi fi
deliter militamus non frangendo dei
p̄cepta habebimus coꝛonam. Si aũt

vt timidus homo vincatur captiuatur
i inferno. Ergo bene eſt verū. ꝙ tota
vita nr̄a eſt preliū quātum ad corpꝰ ⁊
quātum ad aīam. In iſto prelio deꝰ de
dit gratiā b. anto. vt vinceret. Iō dicit
thema. Certamē forte ⁊c. deus ſuple
dedit illi. ſ. b. A. vt vinceret. Ad pra
ticam. quō. b. Anto. habuit prelium ⁊
habuit victoriam.

¶ Primo. n. vicit mundū qui veniebat
coram eo enſe euaginato.

Secūdo vicit carnē que veniebat a dex
tris cum baliſta tenſa.

Tertio vicit dyabolum. qui veniebat
a ſiniſtris cū lancea recta. Ideo dicit
thema. Certamē forte dedit il. ut vin.

¶ Dico primo. ꝙ. b. A. habuit p̄lium cū
mūdo qui veniebat corā eo cum enſe
euagīato. Dicatur quō puer fuit nutri
tus a parentibus vt timeret deum. ne
iuraret. ne diceret mēdacia. Erat totꝰ
verecūdus. ⁊ didicit lr̄as. Ibat cū pa
rentibus ſemper audire miſſas. ſermo
nes ⁊c. Parentes eius obierūt ⁊ ipſe
erat q̄ſi 20. annorum. ⁊ remāſit heres
multaꝝ poſſeſſionū. ⁊ reditū. ⁊ cuiuſ
dam magni oliuarij. Tūc mūdus ince
pit cōtra eum a ſcrimir. i. cū enſe lude
re ꝯtra eū dicēdo imaginationi ſecun
dū modos mūdi. Antoni tu es modo
dn̄s domꝰ ⁊ diuitiarum. ⁊ poteris mō
ducere vxorē. ⁊ eris de maioribꝫ ciui
tatis. ⁊ i regimīe ⁊c. Et ſi volueris cō
modare. x. p. xij. poteris valde ditari.
vel mutues ſup poſſeſſiōes. ⁊ iterū re
cipe fructus. vel emere minori pretio.
q2 ſoluis ante. vel vēdere plus rōe ex
pectatōis ⁊c. Ecce la ſcrima del mūdo
Sed cū b. A. fuiſſet aſſuetꝰ audire miſ
ſam ⁊ ſermones: q2 talis raro ē ꝙ fa
ciat malū finē. Dū ſemel audiret miſ
ſā. audiuit illud ꝯſiliū euāgelij. Mat.
19. Si vis pfectus eē vade ⁊ vēde oīa
q̄ hēs ⁊ da pauperibꝰ. ⁊ veni ſequere
me ⁊ hēbis theſaurū i celo. O dixit b.
A. qualꝰ brocaleriꝰ. cū iſto potero me
defendere. ⁊ coopire ſcrimā mūdi. Di
catur quō ſtati poſt miſſam dedit bōa
ſua ad vendendū. qbus venditis. pecu
niam diſtribuit in pijs cāis ⁊ perſonis
pauperibus. hoc facto. ſequtus ē xp̄m
in vita ſpūali ⁊ dimittēs mūdū iuit ad
deſertū. Et ſic euaſit a primo ictu mū
di. ſ. q2 volens eū pcutē in capite fuit
a b. Ant. percuſſus in pede. Sed iterū
mundus inuaſit eum. Quia aliquotieſ
qn̄ homo nō pōt percuter̄ inimicū ſuū
vno modo querit ipſum decipere alio
mō. Ita voluit facere mundꝰ b. Ant.
Quādo. n. fuit in deſerto vt in ſua pau
pertate ſeruiret deo. Ecce ꝙ mundus
fecit ſibi ictum in tibijs. fecit ſibi ictū
in reuerſum dicēdo imaginatiōi. Mō
antoni tu es in deſerto. Nūquid fuiſſ;
bonū reſeruare tibi aliquid de quo fe
ciſſes vnam cellam. altare. oratoriū.
lectulū. tabulā ⁊ huiuſmōi. Cūq; ſic
cogitando incederet per deſertum. in
uenit vnum diſcum argēteum politū.
Cogita quō ſenſualitas ſtati dixit. An
toni de hoc poteris facere cellā ⁊c. ⁊
nō audebat eū tāgere. S; admirās in
tra ſe dicebat. Et quō ē hic cū non ſit
via ⁊c. Ecce quō mūdus volebat eū
ferire. Sed tūc ē remediū. ſ. retraher̄
pedē. Et ita fecit b. Ant. dicēdo ihs re
traxit ſe ⁊ diſcus diſparuit vt fumus.
Et potuit dicere b. Ant. cū dō ps. 54.
Elōgaui fu. ⁊. m. i ſolitudine. Iſtud ē
bonū remediū ne hō ſubuertar̄. Sed
tē mūdꝰ voluit ſibi dare vna ſtochada
iuxta cor di. imagīatiōi iterū cū ſtaret
i ſpelūcha i deſerto. Antoni. tu es hic
mō. ⁊ cui pficis: Deꝰ fecit te hoīem q
ē ſocialꝰ per nām ⁊ tu facis te aīal. ꝯ il
lud ps. homo cū i honore eēt nō intel
com. ē iu. in. ⁊ ſi. f. ē illis. Si fuiſſes i
ciuitate. potuiſſes multis pficere tra
ctando paces. dando conſilia. corrigē
do peccata. vl̄ huiuſmodi. vel adminꝰ
ſi feciſſes hic vnū mōaſteriū pro te ⁊

aliis qui vellent fugere occaſiões mū
di. Dū ſic cogitaret exiuit ſpelūcham
⁊ īuenit maſſā ſiue pomum auri. Sta
tim ſenſualitas ſtulta loquta ē. O An
toni adhuc de iſto auro poſſes cōſtruere
vnum monaſteriū. Ecce la ſtochada
ad cor vt pderet amorē paupertatis que ī
corde conſiſtit. Sed b. Ant. induit ſe ō
vna lorica. i. de vna auctoritate ſcrip-
ture di. illud eccli. 31. Beat⁹ hō qui ī
uentus ē ſine macula ⁊ poſt auruz nō
abijt. Forte dixit ipſe. Oy hec poſſet
eē temptatio. Et dixit ſignando ſe ihs
⁊ auruz euanuit vt fumus. Ecce quō
b. Ant. vicit primum militē. ſ. mūduz
cōtra eū bellantē. Jō thema dicit. Cer
tamen forte ⁊c. Moraliter iſte mun
dus triplici ictu bellans multos inter
ficit. qz neſciunt ſe defēdere nec ab ic
tu ſe munire. Primo proiciendo ictuz
vulnerat laycos eos inclinans ad vſu
ras. furta. rapinas. calūnias ⁊ huiuſ
modi. Dicat̄ cōtra hoc ⁊c. O moder-
nis temporibus ⁊ quot interficiūt̄ iſto
vulnere. Scđo ictu ex trāſuerſo percu
tit religioſos. Tertio vulnerat ⁊ iterfi
cit ꝓlatos ⁊ curatos: qz ſpūalia ſacra-
mēta que hñt miniſtrare ꝑpter hono
rez dei ⁊ animaꝝ ſalutē. modo nō iam
ſic niſi rōne pecūie. Oīa ſacramēta vē
dūt̄ aliquo mō. Alij aūt ne hēant ſol
uere datia. ipoſitōes. ⁊ huiuſmōi iura
faciūt falſa iuramēta. tales occidunt̄
per colp de ſtochis. pp hoc xps amiſā
do vos dicebat. Cauete ab omni auari
tia. Nota ab omni ⁊c. ſ. his tribus mo
dis. ſcilz Contra auaritiam laycorum.
Cōtra ꝓprietatē rligioſoꝝ. Cōtra ſimo
niam clericoꝝ. De quibus Luc. 12. Qz
non in abundantia cuiuſq̄ vita eius
eſt ex his que poſſidet.

Dico ſo. qz vicit carnem ⁊c. Corp⁹ i-
pugnat cum ſagittis atroſichatis. ſ. in
clinando. viciādo. ⁊ motus varios lu
xurie miſtrādo. Et niſi hō ſciat ſe defē
dere iterficiūt. Sed i iſto plio. b. Ant.
ſciuit mirabiliter ſe defendere. Cū eēt
in deſerto. ⁊ viciſſet primū militem. ſ.
mūdū vt audiuiſtis. Secūd⁹ miles. ſ.
corpus carnale incepit ipſum ipugna-
re: quia erat in flore iuuentutis. Et ſe
cundum ꝙ prolixe ponit Athanaſius
qui ſuam legendaz compoſuit. caro di
uerſimode ipſum impugnauit. Modo
vigilando dando motus. cogitatōnes.
⁊c. modo dormiendo in ſomnis ꝙ erat
cum mulieribus ⁊c. Et qualis ſagitta
eſt iſta perſone ſpirituali: quia perſōis
carnalibus non diſplicēt talia ſomnia
ſiue motus. O dixit b. Ant. Ego egeo
medicina. Qui enim vult curari a vul
nere ſagitte. oportet expellere ſagittā
deinde apponere triacam cōtra vene
num qđ remanet int⁹. Jta fecit b. A.
Primo expellebat ſagittas ſcilicet tē-
ptationes. ſtatiz cōmutando imagīatō
nē. cogitādo de paſſione xpi. vel de pe
nis inferni ⁊c. Scđo ꝯ venenuz erbe
ſagitte recipiebat triacam abſtinentie
a ſpū ſcō cōfectā. Primo abſtinebat in
cibo nihil aliud comedens niſi panem
cum ſale poſt ſolis occaſum. ⁊ bibebat
aquaz. ſemel in die tm̄ comedebat. Et
aliquotiens tranſibant. 2. vl̄. 3. dies ꝙ
non comedebat aliquid. Jtem abſti-
nebat a ſomno. dormiendo ſolum per
duas vel. 3. horas ſuper terram. Jtem
portabat aſpū ciliciū. ⁊ deſuper man
teluz. ⁊ de ope manuum ſuarum viue
bat. Opabatur ciſteletas. caniſtros.
flabella. ⁊ huiuſmodi. Et cū iſta triaca
ſeruabat ſe cōtra venenū luxurie. qđ
nūꝙ ſibi nocuit. qz nūꝙ ꝯſenſum tem
ptatiōi ꝓbuit. tenēs conſilium apl̄i. 1.
cor. 6. Fugite fornicationē. Ecce ꝑmū
remediuz. ſ. expellere ſagittam cogita
tionis. Col. 3. Mortificate membra ue
ſtra. Ecce ſcōm remedium de triaca
abſtinentie. que ſunt ſuper terram ⁊c.
Sed iterum non dixit caro. quia forti
us ſagittabatur baliſta de martinero
Dicatur quō diabolus in ſpē pulcerri

me mꝛ̃icis apparuit ſibi. ꝛ prima facie nõ cognouit demonem fuiſſe. De quo A. admirans ait cum ſpũ. Et qualiter eſtis vos hic? Reſpõdit. Ueni quererẽ conſiliũ a vobis quõ ꝛ in quo loco poſ ſem facere pniam ꝛ poſſẽ ſeruire deo Statim caro dixit. Antoni. Ecce iſta mĺier iuuenis ẽ ꝛ pulcra. ꝛ ſola. ꝛ nul lus ſciret. nõ perderes famã. ideo ꝛc. Uidens. b. An. ꝙ caro calefiebat. O dixit ipſe. Unus ignis expellit aliuz. expecta modicũ. Et eleuatis fimbꝛijs a tergo. poſuit ſe in igne. di. mulieri. Si vis haberẽ mei placitũ venias huc ꝛc. Et diſparuit dyabolꝰ. Et deus fec̃ gra tiam. b. Antõ. ꝙ in igne ſedens ñ fuit cõbuſtus. ſed fugauit temptatiõem tã foꝛtem. Et poterat dicere cuz dauid. ps. 16. Pꝛobaſti coꝛ meum ꝛ vi. nocte. igne me exa. ꝛ non ẽm. i me iniquitaſ Sic vicit ſecũdũ militẽ. Jõ thema. Cẽ tamen foꝛte ꝛc. Moꝛalr̃ hẽmus hic exẽ plum caſtitatis ſeruande nos religioſi qui habemus ſuꝑ nos votum exp̃ſſum ꝛ clerici ãnexum. fugere occaſiões. vi tar̃ mulierꝝ familiaritates ꝛ loqutões. de longe ſimus amici. uitare oppoꝛtũi tates. Dicebat. b. hier. Ad Ruſticuz monachum. Feminaz quã bene cõuer ſantem didiceris. mente dilige. nõ coꝛ poꝛali pꝛeſentia. Et ille. Quid de nr̃e mea. Rñdit. b. hieronimꝰ. Matrẽ tuã ita diligas vel videas. ne per illã al̃s videre cogaris. hꝫ. n. famulas. habꝫ pediſſequas: ꝛ quãto vilioꝛ eoꝛuz cõdi tio. tãto facilioꝛ eſt ruĩa. Jn iſto ꝑlio ꝗ̃ plures ĩterficiũtur: qꝛ neſciunt expel lere ſagittã tẽptatiõis. nec recipe tria cham abſtinentie. Dicatur etiã de ipe dimentis matrimõij. ſi materia hoc re quirat.

Dico tertio. ꝙ vicit diabolũ ꝛc. Dicat̃ quõ cum ſemel. b. A. ſtaret in ſua con tẽplatiõe in heremo. Demones qui te nuerant cõſiliũ vt ipſum expellerent a cella ne ipſi perderent illam habita tionem. in ſpẽ hoĩum venerunt ad euz di. Et quid antoni tu vis nos expellerẽ de nr̃a habitatiõe? Et nũquid ciuitateſ ꝛ ville ſunt habitationes hoĩum. ꝛ d̃ ſerta demõiorꝫ? Jõ recedas. vadas ad ciuitatem: al̃ ꝛc. Reſpõdit b. A. Dñs mihi adiutoꝛ nõ timebo quid faciat mi hi homo. eo quia ipſi erant in ſpẽ hoĩs Qui nolẽs recedere fuit grauiter a de monibus percuſſuſ. in tm̃ ꝙ quidã ſan ctus homo qui ueniebat viſitare euz. tunc venit ꝛ inuenit ipſum moꝛtuum vt credebat credens ipſum a latrõibꝰ occiſum. planxit euz ꝛ poꝛtauit ꝛc. Cũ qꝫ vt moꝛis eſt vigilaret ĩ nocte iuxta coꝛpus btĩ. A. Antoniꝰ virtute dei foꝛ tificatus aperuit oculos: ꝛ admiratus vbi eſſet cogitauit negotium ſicut eue nerat. Et dum vigiles doꝛmirent. A. ſurrexit. ꝛ ſecrete receſſit: ꝛ reuerſus eſt ad heremũ. Ecce qualis miles xp̃i Cogitate qñ non inuenerũt eũ vigiles quõ debuerunt admirari. Cum aũt. b. A. fuit in fouea ſua ſtatim incepit pro uocare demones di. hic ſum ꝛ huiuſ modi. Statim venerũt demões ĩ ſpẽbꝰ diuerſaꝝ beſtiaꝝ de vnicoꝛn. leo. thoꝛ. lepoꝛ. ſerpen. ꝛc. Et crudeliter ĩuaſe runt eum. Cũqꝫ iam eſſet ad moꝛtem dicebat vt poterat iheſꝰ iheſus. Et ſu bito ſpelunca magna claritate reſplẽ duit. ꝛ demones fugerũt. Tunc. b. A. vidit dñm ihm xp̃um. Cui dixit. O bo ne iheſu. vbi eras? Et quare nõ affui ſti a pꝛincipio mihi. vt ſanares vulne ra mea? Reſpõdit iheſus. Antoni. hic eraꝫ: ſed expectabam videre certamẽ tuum. Et qꝛ tã foꝛtiter dimicaſti ꝛc. Et curatus eſt ſubito. nec demones d̃ cetero auſi fuerunt ad eum accedere. Ergo cer. foꝛte ꝛc. Per qõneꝫ intrabi mus moꝛalitatẽ. Qr̃ deus voluit ꝙ. b. A. haberet tam magnum pꝛelium cuꝫ demonibus. viſibiliter etiam ſibi appa rentibus: qꝛ inuiſibiliter ẽt multi ipu gnantur ab eis. Sed ſic viſibiliter nõ

legitur niſi de btõ. A. Rñdeo  prim⁹
heremita in nouo teſtamēto notorius
poſt xpm fuit btũs. A. i veteri āt te. le
guntur aliqui tenuiſſe vitã heremiti
cã ſicut helyas. ⁊. b. ioh. baptiſta. Jn
nouo aūt teſtõ. xps fuit prim⁹. Deinde
b. paulus heremita. ſed erat ſecretus
⁊ icognitus. ſed btõ. A. fuit reuelatus
Jõ videntes demones  btũs. A. oſtē
debat multis cum ſequētibus in futu
rum viá paradiſi: ꝗtum in eis fuit vo
luerunt ipſum occidere. ſed deus non
permiſit: qꝛ cōiter i prelijs ille ꝗ pōtat
bāderiá plus ipugnatur. vt ceteri ſeqn
tes timeant ⁊ fugiant. Et qꝛ fuit pri⁹
⁊ princeps huius vite. deus ſibi ꝓmi
ſit  faceret eũ noīari in toto orbe.
Moraliter. Jlli qui icipiunt bonã vi
tam. portant banderiá ſaluatoris dādo
bonũ exēplum alijs. Sic ēt illi qui inci
piunt malam vitá vel vanitatē. i idu
mētis vel ornamētis portāt banderiã
dānationis. Dicũt mulieres. Bene co
gnoſcimus  vanitates ⁊ ſupfluitates
quas facimus faciūt nos ⁊ viros dā
nare. Sed que erit illa que incipiet di
mittere: qꝛ ſi vna incipet ⁊c. hoc vult
dicere. quis portabit banderiam ⁊ lu
crabit coronā: Et lꝫ oēs martires ha
beant coronã glorie. ſinglr tñ. b. Ste
fanus qui fuit primus. Jtem lꝫ regula
riter oēs penitētes ſaluētur ⁊ habeāt
coronã. ſpālius tamen. b. Ma. Mag.
Jdeo dñs dicebat. i. parali. xi. Dis qui
pcuſſerit iebuſeũ. i. diabolũ i primis:
erit princeps ⁊ dux. Jta xps. oēs ꝗ hñt
victoriá de dyabolo facit pricipes ⁊ re
ges in paradiſo. Sed pricipalr icipien
tes bonã vitã ⁊ eam cōtinuātes. Vir
tus. n. boni opis perſeuerantia ē vt di.
grego. Et qꝛ btũs. A. icepit: cōtiuauit
⁊ perfecit bonã vitam ⁊ ſanctá: Jdeo
qñ fuit nonagītanouē annoꝝ. receptis
ſacramētis ⁊ cōgētio a diſcipulis ac ſi
deberet ire vltra mare eos oſculādo
leta facie. vidit ſcõs angelos ad ſe ve
niētes ⁊ emiſit aīam ſuá ſcām. Et ſtati
coronatus fuit i glīa. Et ſicut i h mun
do noīatur ex ſingulari ſcītate: ita ēt i
celo nominat ex magna dignitate. Et
poteſt dicere. Bonum certamen cer.
quantum ad primũ militem. curſum ꝯ
ſumaui. ꝗtũ ad ſm militē. fidē ſeruaui
quātũ ad tertiũ. Jõ i re. ſ. ſeculo re. eſt
mihi co. iuſti. ſ. glīa eterna. Deus nob
cōcedat iſtas tres victorias. Amen.

¶ Jn feſto ſcõꝝ martiꝝ Fabiāi ⁊ Seba.

Poſuit me quaſi ſignũ ad ſagit
tam. habetur originaliter vbũ
iſtud in libro trenorum ⁊ lamē
tationum tertio capi. Licet hoc feſtũ
ſit duoꝝ btõꝝ ⁊c. tamē de ſancto fabia
no nõ hēmus i ſua hyſtoria. niſi  fuit
papa bonus ⁊ ſcũs ⁊ poſt fuit martir
xpi. ſed i vita. b. Sebaſtiāi legim⁹ mlt
tas virtutes de quibus recipere poteri
mus bonam doctrinā ad regēdũ vitã
nrã. S; prius ſalutet v. ma. Pro bre
ui declaratōe thematiſ. Sciēdũ  doc
trina ē generalr. cōis. ⁊ vera i ſcá theo
logia.  deus ſolũ ē rō cā ꝑncipiũ. ⁊ ac
tor oīum maloꝝ pene: nō tñ culpe niſi
pmiſſiue: qꝛ mala culpe ex libero arbi
trio hoīs procedunt quē deus ñ ipedit
qꝛ hāc libertatē deus nō aufert viato
ri. Tho. ſo ſen. di. 25. Sꝫ mala pene ñ
ſolũ a deo permittūtur. imo ab ipſo in
ſliguntur. ſicut ſunt dolores. infirmita
tes: ⁊ ſilīa. Rō ē. qꝛ oīa mala penalia
licet carni ſint doloroſa ⁊ aliquotiens
verecūda. ſunt tñ aīe medicina. ⁊ ad
ꝑfectũ quēadmodũ medic⁹ qñ āputa
uit vulnera dat purgam. vel cauteria
Talia licet ſint doloroſa. tñ ſunt medi
cinalia: qꝛ dātur pro ſalute cōſequēda
Sunt. n. multi qui in ſanitate ⁊ ꝓſpe
ritate nō curant de deo. viuūt i pecca
tis. totam aīam habēt vulneratā ⁊ gra
uiter infirmā. O dicit deus vt bonus
medic⁹. Jſte ꝗ iſti idigēt bōa medicina
curatiua ⁊ infligit dolores. infirmita
tes. miſerias. paupertates. ⁊ tuncillu

conuertunᷣ ad deū. ꝛ cōfitentur. ſatiſ
faciūt. remittūt. ꝛ huiuſmodi. Jō dicit
dō. ps. 15. Multiplicate ſunt īfirmi. eo
ruꝫ. poſtea accelerauerūt. ſ. cōuerti ad
deū. Uel ſunt aliquotiēs ut medicina
ꝓſeruatiua: qꝛ licet homo nō ſit in pec
catis. deꝰ tamen qui uidet ꝛ ſcit omnia
quādo homo hꝫ aliqꝫ magnā gratiā. ꝓ
prietatem. uel uirtutē. ſuperbiret uel
alˢ caderet in peccatis. Deꝰ aūt ut bo
nus medicꝰ dat medicinā ꝓſeruatiuaꝫ
ſ. aduerſitatē. aliqꝫ infirmitatē ꝛ huiuſ
modi. ut patet ī paulo qui de ſe dicit.
2. cor. 12. Ne magnitudo reuelationum
extollat me datꝰ eſt mihi ſtimulꝰ carnis
mee. angelꝰ ſa. Uľ ut medicīa nutriti
ua. ſ. ut augumētēᷣ in uirtutibꝰ. Quā
do deꝰ īmittit aliqua mala penalia ali
cui nō pro peccatis ad puniendū. ſed ꝓ
meritis ꝛ virtutibꝰ augumentādis. vt
patet de iob. qui poſt omnia mala illa
fuit ſanctioꝛ. Cui nō dedit deꝰ illā me
dicinā ut ipꝫ curaret: qꝛ non hēbat pec
cata. ſed ut ꝓſeruaret ꝛ nutriret. Auc
toritas yſa. 45. Ego dn̄s ꝛ nō eſt alter.
formās lucē. ſ. itellectꝰ ī claritate ſcie.
per ſciam acqſitam vel īfuſam. ingenij
uel ſubtilitatis ad cognoſcendū deum
ꝛ diligendū. Et creās tenebras. ſ. igno
rantie ꝛ ruditatis qꝛ eſt malū pene ꝛ
medicina ꝓſeruatiua. Quia mľti ſunt
qui ſi haberēt ſcientiā ſuperbirent: iō
ut ſint humiles ꝛc̄. Jtē faciens pacem
ut ſibi ſeruaᷣ. Et creans malū. ſ. guer
ras ut gētes corrigaᷣ. qꝛ ciues ꝛ mili
tes tempore pacis qn̄ nihil habēt face
re. dāt guerrā mulieribꝰ. cas īperēdo.
Quādo aūt ſunt in guerra. nō curant
ſed cōfitenᷣ. ꝛ timent deum. Jtē alia
auctoritas. eccľi. xi. Bona ꝛ mala. vita
ꝛ mors. pauptas ꝛ honeſtas a deo ſūt:
Jtē alia auctoritas. Amos. 3. Si ē ma
lū. ſ. pene ī ciuitate qđ dn̄s nō fecerit ꝗ
ꝗſi dicat nō. Ergo cōcluſio eſt vera. ꝙ
omnia mala penalia ſunt a deo. Jō. b.
Sebaſtianus ſciens iſtam doctrinaꝫ.

ſuā malum pene. ſ. ſagittaꝝ attribuit
deo di. Poſuit me ꝛc̄. ſuple deus. qꝛ im
perator ꝛ aliȷ̄ ſagittātes. ſoluꝫ fuerunt
miniſtri. Patet thema. Jn eius tamen
vita notaui. 3. excellentias. ſiue perfe
ctiones.

Prima vita virtuoſa. ibi poſuit me.
Scđa doctrina gratioſa. ibi q̄ſi ſignū.
Tertia paſſio doloroſa. ibi ad ſagittā.

Quantū ad primū ꝛc̄. ſ. vita virtuoſa
que notaᷣ ibi. Po. me. ſuple deus. Jaꝫ
ſcitis ꝙ ille qui facit pulcrū viridariū.
perquirit arbores bōas ꝛ fructiferas.
vt plātet ī ſuo viridario. Jſtū modū fec
xp̄s. qui fecit vnuꝫ viridariū pulcrum
ſ. ſanctā eccľiam xp̄ianā. vbi vult per
ſonas virtutibꝰ fructificantes. Jdeo ď
nemore huiꝰ mūdi elegit. b. Sebaſtia
nū ut arborē fructiferā ꝛ plantauit in
giardio ſuo. Jdeo dicit Poſuit me. Jo.
15. Ego elegi vos ꝛ poſui vos vt eatis ꝛ
fructum afferā. ꝛ fru. vr̄ ma. Nota. ut
catis. uadūt. n. arbores per. 3. dietas
ſ. producendo flores: folia. ꝛ fructus.
Jta qlibet bonus xp̄ianus debꝫ facere
iſtas. 3. dietas: qꝛ non poniᷣ ut ſit ocio
ſus. Jō dicit ut fructū affe. Dicāᷣ hic
fructꝰ. b. Seba. de quo dicit hyſtoria.
ꝙ vir erat totius prudētie. ꝛ vniuerſa
moꝝ honeſtate ꝓclarus. ꝛ neceſſe erat
vt quē deus perfuderat gratia ab om
nibus amareᷣ. Si ergo ego dico vobis
aliquas virtutes ſuas nō poſſum erra
re. cum ī omni moꝝ honeſtate fuerit ꝓ
clarus. Uirtutes. n. ſue erāt in triplici
gradu quēadmodū alique virtutes or
dināt hominē erga deū. alique erga ſe
ipuꝫ. alique erga proximū. Jſtas virtu
tes debent habere diuites ꝛ milites q
nō habēt proprijs manibus laborare.
Pria virtus que ordinat erga deuꝫ eſt
deuotio. Fuerat. n. prio ciuis narbōe.
deide mľi. poſtm̄ ſꝫ rome. fuit. n. officia
lis īpatoris. ꝛ cottidie regratiabaᷣ đo
quia dederat ſibi vitaꝫ opulentā. quia
proprijs manibus non oportebat eum

laborare. ꝛ illud tempus qd̄ expendiſſꝫ
in vite acquiſitione expendebat in de-
uota oratiōe. ſurgens ante aurorā. ꝛ fa
cta die ibat ad miſſaꝫ quā audiebat de
uote ꝛ cum ſilentio. Poſt miſſā āt ibat
ad negotia vel cōſilia impatoris. de ho
iterū orabat ꝛ examiābat vitā illi⁹ diei
ſi in aliquo offenderat. cōfitebat. confi
tebatur in omni die dominica. Ita de
bet eſſe vita militum ꝛ diuitum erga
deum. Sed hodie homīes paruꝫ curāt
de deo. Si ſunt pauperes laborāt pro
vita ꝛ bene: ſi autē ſunt diuites. nūq̄
eſt finis in acquirēdo. baruc. 3. Argē
tum theſaurizant ꝛ aurū in quo confi
dunt homines: ꝛ nō eſt finis acquiſitio
nis eoruꝫ. Secūdo. erga ſe ipſum. Pri
mo non faciebat exceſſum in cibo. ſer
uabat ieiunia eccleſie. Itē in veſtimen
tis ſatis honorabiliter ſecundū ſtatum
ſuuꝫ. ſed nō faciebat ſupfluitates ꝛ va
nitates in fimbrijs. vel campanul'. ꝛ
militibus ſilueſtrib⁹. quia hitus eſt al
badanoꝝ. i. militum ſilueſtriū. Milites
debent portare veſtem non nimis lon
gam nec nimis breuē: ſed medio mo-
do. ꝛ honorabili. Itē in ſcutiferis non
patiebat̄ ꝙ eſſent leniones ꝛ robatores
ſicut multi faciūt modo: nec erat expe
diens ꝙ ipi iurarēt. al's ipſe puniebat
eos. Meli⁹ eſt. n. habere paucos ꝛ bo
nos: q̄ multos ꝛ malos. Non placebat
ſibi audire vilitates nec truffas d̄ mu
lieribus ꝛc̄. Et ſic cuſtodiebat ſe ipſuꝫ
ſecūdū dei preceptū. d. illud deutero.
4. Cuſtodi temet ipſum ꝛ animā tuam
ſollicite. Tertio. erga proximum: quia
omnibus amabilē ſe exhibebat ex ſua
ſapientia ꝛ bono regimine. Dicit hiſto
ria. ꝙ imperatoribus diocletiāo ꝛ ma
ximiano valde carus fuit. ꝛ a tota eo
rum curia reuerebatur. Erat. n. in cō
ſilio prouidus. nō ſuſtinebat ꝙ alicui
fieret iniuria. defendebat cauſas vi-
duarum ꝛ pupillorum ut ſuas. ꝛ paci-
ficabat diſcordantes. Iſtud eſt officiū
militum. ꝛ diuituꝫ. Sed modo milites
ꝛ diuites grauant ꝛ moleſtāt viduas
iuuenes ꝛ puellas. vt ſint eorum puta
ne. Idem de monialib⁹ totum eſt leno
cinium ꝛ meretriciū. De reditibus ſu
is expendebat certū quid pro victu. ꝛ
certum quid pro veſtitu. ꝛ certum qd
pro animalibus. ꝛ certum quid pro ani
ma in elemoſinis. Ita debent facere
milites. Sed hodie milites nullam re
gulam ſeruant. Deberent iam ordina
re. Ecce ego habeo mille vel duo milia
flore. in reditibus. Et expendam tot ꝑ
ſeruitio corporis ꝛ tot pro anima. ꝛ re
ſtringere ſe. a vanitatibus. ꝛ nō face-
rent illas rapinas vel exactiones ſub
ditis. ꝛ poſſent facere el'ias. eccl'i. 17.
Deus mandauit vnicuiqꝫ de proximo
ſuo. Ita faciebat. b. Seba. Ideo ſi etiā
nō fuiſſꝫ mātir fuiſſꝫ excellētiſſim⁹ ꝓfeſ
ſor. Iō poſſum⁹ dicere d̄ eo. Quaſi vaſ
auri ſolidū pp caritatē. ornatū oī la. p̄
tioſo. ſ. v̄tutib⁹ mľtis ꝛc̄.

¶ Quātū ad ſ̄m ꝛc̄. Doctrīa gratioſa ibi
q̄ſi ſignū. Et hec ſeq̄t ad p̄mū. q2 prīo
hō dꝫ hr̄e vitā v̄tuoſaꝫ. deiñ doctrinaꝫ
gratioſaꝫ. Si āt fieret oppoſitū. ꝙ prīo
hō vellet hr̄e doctrinā. ſcdo vitā ꝛc̄. ē
ordo prepoſter⁹. uerba enim ſūt ſigna
homīs ꝛ ei⁹ ꝯditōis. Iō dic̄ q̄ſi ſignuꝫ
ꝛc̄. v̄. g. Qui loq̄t d̄ honōib⁹. vāitatib⁹
ꝛ pōpis. i hec cognoſcit̄ creature ꝯdi
tio. ſignū ē ſupbie. Si āt loq̄t d̄ nego-
tijs. ferijs ꝛ huiuſmōi. ſignū ē auaritie
Si āt de mulierib⁹ ꝛ imundis. ſignum
ē luxurie. Si loq̄t malū de pxīo ꝛc̄. ſi
gnū ē inidie. Iō dr̄. i. pyāmeias. Uoceſ
ſūt note. i. ſigna eaꝝ q̄ ſūt ī aīa paſſio-
nū. Et ī boeth. Qual' vnuſq̄ſqꝫ ē. talia
loq̄t ꝛ opat̄. Idē pꝫ ī theo' Dixit ille ma
gr̄⁹ theolog⁹ ih̄s xp̄s dñs nr̄ Ma. 12. Ex
abūdātia cōdis os loq̄t. Bon⁹ hō d̄ bo
no theſauro cordis ꝓfert bōa: ꝛ mal⁹
homo de malo theſauro cordis profert
mala. Item deutero. 6. Erunt hec ver
ba que ego precipio tibi in corde tuo.

⁊ ligabis ea q̄ſi ſignum in manu tua.
Ideo dicitur q̄ſi ſignum: i quo oſtendi
tur doctrina gratioſa beati Seba. Nō
intelligatis ꝙ predicaret in catedra. ſ;
dabat bonas doctrinas. ſicut tenet̄ fa
cere quilib; bonus xp̄ianus particula
riter inſtruendo vel corrigēdo. Dicat̄
quomodo illo tempore ab iperatorib⁹
fuit data magna perſequutio xp̄ianis.
In tantū ꝙ beat⁹ Seb. cum mantello
militari cooperiebat xp̄ianitatem. non
timore. ſed ut poſſet xp̄ianos uiſitare ī
carceribus. ⁊ ad conſtantiā animare
ne deficerent in fide. ⁊ deus cōfirma-
bat doctrinā ſuā miraculis. Dicat̄ hic
miraculum de illo magno domīo infiō
li infirmo. qui audiens famā ⁊ miracu
la beati Seb. vocauit eum rogās ut ip
ſum curaret ſicut curauit talē ⁊ talē.
Rn̄dit ꝙ nō erat medic⁹. nec faciebat
miracula niſi ſecundū gentiū deuotio
nem. Si ergo habes deuotionē ad xp̄;
proijciendo ydola a domo tua. xp̄s da-
bit tibi ſanitatē. Qui proiecit oīa ydo
la. Et in xp̄m credidit. ⁊ curatus fuit.
Ecce teſtimoniū ꝙ deus dedit doctrīe
ſue. Moralr̄. Qui vult habere ſanita
tem ī domo ſua vel perſona. ſ. diuinos
vel putanas ul' luſores taxiloꝝ qui re-
negant deum. qd̄ eſt mai⁹ peccatū in
xp̄iano q̄ȝ de idolatria in īfideli: q2 de il
lis ut de beſtijs modicū curat deus: ſ;
de xp̄ianis pro quib⁹ tot fecit. reputat
ſe grauiter iniuriatū. iō fora ut poſſim⁹
dicere illd̄ nūeri. 23. Nō ē ydolū ī iacob
nec videt̄ ſimulacrū in iſrael. Dicatur
cum ſemel. b. Se. iret per romā. ⁊ vi-
deret duos honorabiles ciues marceli
anum ⁊ marchum fratres carnales ⁊
xp̄ianos in tormētis poſitos. vt. ſ. abne
garent fidē xp̄ianam vl' morerent̄. ad
quos venerūt vxores nobiles. filij ⁊
amici flentes. vt animos coꝝ emolirēt
cum iam īcepiſſent deficere ⁊c̄. O di-
xit. b. ſe. hoc non debet ſuſtineri. ⁊ in
medium ſe obiciens dixit. O fortiſſimi
milites ⁊ diuini prelij bellatores. per
nimiā virtutē peruenistis ad palmā. ⁊
nunc per miſera blandimēta deponitiſ
coronam ſempiternā. Dicat̄ quomodo
cōfortauit eos. adeo ꝙ nō ſolum ipſi.
ſed vxores. filij. parentes ⁊ amici oēs
fuerunt martires effecti. Ideo poſſim⁹
dicere illud deutero. 33. Perfectio tua
⁊ doctrina tua. a viro ſancto tuo. quē
probaſti ī tēptatione. S; hodie alia do
ctrina pratichar̄ ⁊ particulariter doce
tur. de fortilegijs de fatalerias ⁊ vani
tatibus.

Quātū ad tertiū ⁊c̄. Quia dicit paſſio
doloroſa ad ſagittā. nō dicit paſſador.
ſiue vereton qui ſtatim occidit. ſ; ſagi
ta que maiorē dolorem infligit. ⁊ poſi-
tus eſt ad ſignū. Inter alias martiru;
mortes. iſta fuit magis doloroſa. Ideo
iob. volēs oſtendere ſuos dolores. dic̄
6. c. Verba mea dolore ſunt plena: q2
ſagitte dn̄i ī me ſunt ⁊c̄. Alia praticha
Dicatur eius martiriū. Poſtq̄ȝ ſic ɔfor
tauit eos. dictū fuit iperatori ꝙ erat xp̄ia
nus: Et furibund⁹ imperator vocauit
b. Seb. ⁊ di. Dicit̄ ꝙ tu xp̄ianus es. Rn̄
dit. Ita. ⁊ volo eſſe. Et iperator. O pro
ditor decepiſti me. Rn̄dit. Ego ſum fi
delis ihu xp̄o ⁊ uobis pro quo oraui.
ſed ex peccatis veſtris eſtis indignus
vt xp̄s audiat oōnes meas. Et tc̄ cogi
tauit quō poſſ; maiorē penā īfligē. p̄cipi
ens ip̄; ſagittāi p̄mittēs ſibi rēiſſionē
ſi vellet xp̄; abnegar̄. Dicat̄ p̄richa del
al ſagitare ⁊ ī quol; ictu dicebat. ihs.
Dic̄ iſtoria ꝙ fecit eum q̄ſi erītiū īpleri
ſagittis. ita ut mortuus ab oībus puta
ret̄. De nocte aūt deuoti xp̄iani volen
tes ip̄; ſepelire. ip̄m viuū inuenerunt.
⁊ ſecrete portauerūt eū ad q̄ndā domū.
Dicat̄ ō magno ei⁹ dolore extrahēdo ſa
gittas a vulnerib⁹. ⁊ pōebāt vnguētū
ī vulnerib⁹ in noīe ihu xp̄i. ⁊ curat⁹ fu
it. Mō cogitate quomō dicebatur ſibi
a xp̄ianis ꝙ fugeret. Rn̄dit. Et qualis

miles eſſem? Nūquid xp̄s venit obuiā
crucifixoribus. d. quē queritis? tc̄. Be
ne poterat dicere cū dd̄ p̄s. 37. Qm̄ ſa
gitte tue q2 pro xp̄o eas recepit. infixe
ſunt mihi. et cōfirmaſti ſup me manū
tuam. Deinde cū dioclitianus et maxi
mianus irent adorare ydola. fuit eis
obuiam. Quibus mirātibus de eo di-
xit eis. Deus ſuſcitauit me vt rep̄hen
dam vr̄am malitiam. Tunc fuſtigatuſ
in ypodromio p̄cepto iperatoris acce-
pit coronā martirij Ja. p2io. Btūs vir
qui ſuf. tem. q. cū p. fu. ac. co. vite. q.
re. deus di. ſe. Moral'r ſi volum9 coro
nam glorie obtinere. O3 hic nos ſagit
tari et fuſtigari. Na3 īcipientes deuote
viuere. Dicatur de quol3 ſtatu ſtatim
ſagittātur deriſionibus et detractioni
bus maloꝝ. Multi timēt iſtas ſagittas
in tm̄ q̄ nō audent īcipere. Sed n̄ ſunt
timende q2 debiles ſunt. p̄s. 62. Sagit
te puuloꝝ facte ſunt plage eoꝝ. Dicaſ
de baliſtis pueroꝝ ſagittātibus muſ-
chas tc̄. Scd̄o fuſtigamur. P2io a dia
bolo per varias temptatōes. Secus d̄
illis qui ſolutis habenis viuūt. grego.
Eos tēptare dyabol9 negligit. quos ge
to iure poſſidere ſe ſentit. Scd̄o a car
ne per infirmitates et dolorēs. Sed ac
tu. 14. diciſ. Per multas tribulatiōes
o3 nos intrare in regnum dei.

In feſto ſancte agnetis martiris.

Collaudabo te deum ſaluatore3
meū. eccli. vltio. hoc feſtū. b.
agnetis poſitum ē īter martires
ſcil3. b. ſebaſtianū et. b. vincentiu3. q2
optime cōuenit vna roſa alba p virgi
nale3 puritatē. inter duas rubeas per
martirij acerbitate3. Et de ipſa erit ſ
mo. et habebim9 multas doctrinas bo
nas p vite gubernatiōe. Sed ſaluteſ
v̄. ma. Thema propoſitū in perſona. b.
Agnetis xp̄o loquentis de beneficijs
receptis ſibi regratiātis dic̄. Collauda
bo te deum tc̄. Pro cuius declaratiōe
et materie ītroductiōe. ſciendū q̄ in ſa
cra ſcriptura īueniūſ due ſpēs laudis
ſcil3 laus mētalis: et laus vocalis. La9
enim mentalis ē quādo perſona actua
liter ſeu mentaliter cogitat gratias et
beneficia a deo recepta cū cordis affe
ctione cogitando. O quot gratias fec̄
mihi deus. P2imo q2 creauit me crea
turam rationalē. ad imaginem vel ſi-
militudinē ſuā. Cum potuiſſet me feciſ
ſe lapidem. vel lignū. vel aīal brutū
O dn̄e et tm̄ teneor vobis. Jde3 d̄ xp̄ia
nis. et īter xp̄ianos fecit me naſci: q2 ſi
d̄ infidelib9 et inter infideles fuiſſe3 na
tus. etiam fuiſſe3 infidelis vt ipſi. Jtē
quia me redemit. Uoluit enim ſuſpen
di in ligno crucis. ne aliquis ſibi cre
dens et obediēs ſuſpenderetur ī ligno
īferni. Jtem quia ad ſanctū baptiſmū
pduxit me. Quot. n. ſunt filij xp̄iano-
rum qui moriuntur ſine baptiſmo. Jtē
de peccatis que feci nō me ſtatim pu
niuit. imo ad penitentiam expectauit.
Jſtam gratiā domie angelis peccanti-
bus nō conceſſiſtis. Et ſic de alijs bn̄fi
cijs. Per tales. n. cogitationes mentis
abſq3 uocali expreſſione deū laudam9
Et iſte ſunt laudes mentales. que mul
tum placent deo. Jſto modo angeli ſā
cti et beati qui ſunt in celo. laudant do
minum mental'r. De iſta laude dicit
dauid. Laudate dn̄m de celis. laudate
eum in excelſis. Secūda laus ē vocaſ
quādo predicta bn̄ficia a deo recepta
nō ſolum ꝯtemplanſ mente. ſed profe
runtur ore dicendo. O domie quot gra
tias mihi feciſtis. P2imo in creatione
tc̄. Jſto duplici mō tenemur deū lau-
dare. Rō. q2 eſſentia humana ī duob9
cōſiſtit. ſ. in corpore et aīa: quia nō eſt
homo diſiunctim ſiue diuiſim. ſ3 totu3
cōiunctim faciūt hominē. ſ. aīa et cor
pus. Jō tenemur ad duplicē laudē. ſ.
mentalē que eſt principalis et plus pla
cet deo: et vocalem. P2ia correſpondet
anime. ſcd̄a corpori. P2ia nō eſt perfe
cta ſine ſcd̄a. nec ſcd̄a ſine prima: qui

corp⁹ ſine aīa non eſt homo. Ideo apl's
hebr. vi. Offeramus hoſtiā ſemꝑ lau
dis deo. i. fructū labrorū cōfitētiū no
mini eius. Propter plurima ergo dōa
a diuina miſericōdia ſuſcepta dicit. b.
agnes. Collaudabo. i. ſimul mēte l' cor
de ⁊ ore laudabo. ſ. ī qualꝫ ſpē laudis
te deum ſaluatorē meū. Patet thema
Nota. 7. dona magna que deus dedit
beate agneti. S.

Primo dedit ſanctam caritatē.
Secundo veram fidelitatem.
Tertio dignam honeſtatem.
Quarto altam ⁊ perfectam puritatē.
Quinto claram ſanctitateꝫ.
Sexto plenam firmitatem.
Septimo ſublimem felicitatem.
Ex iſtis gratijs ⁊ beneficijs a deo rece
ptis dicit. b. agnes ī themate xp̄o regi
⁊ deo ſaluatori ſuo. Collaudabo te de.
ſal. me.

Dico primo ꝙ. b. agnes recepit a xp̄o
ſanctam caritatē. Caritas enīꝫ ē amor
dei ⁊ proximi ordinatus. Amor dei dꝫ
eſſe in corde xp̄iani ſicut oleum in lam
pade ſuper aquam oīa mūdana deſpi
ciens propter deum. Iſtam caritatem
habuit. b. agnes. Cum. n. eſſet puella
in ciuitate romana valde nobilis ⁊ ge
nerosa. recepit tantū amoreꝫ ⁊ deuotō
neꝫ ad dn̄m noſtrū ybꝫ xp̄ꝫ ꝙ ſicut cre
ſcebat corporal'r. ita creſcebat virtua
liter in aīa in dī amore. Et iſta ē optia
proportio. Vn̄ cū eſſet. 13. annoꝝ erat
deuotiſſima ī aīa: ⁊ pulcra in corpoꝛ.
Ratio: qꝛ ſicut laterna criſtalli iā ð ſe
ē pulcra. pl'crior tn̄ eſt qn̄ candela ar
dens in ea ponitur. Ita de perſona q̄ ē
pulcra corpoꝛ. qn̄ intra tenet lucernā
diuine gratie pulcrior efficiꝛ. Cuꝫ aūt
ſm̄ ꝯſuetudinem antiquā romanorum
puelle nobiles adiſcerent artes libera
les in certa ſcola. Iuuenes romani ſel'
voluerunt videre puellas a ſcolis re
deuntes. Et poſuerunt ſe iuxta portaꝫ
ſcole. Inter quos erat filius prefecti.
qui prefectus erat quaſi rex. ⁊ ſꝫs poſt
īperatorē. Attēdētes pl'critudīes puel
larū lupi vadunt ad carnes. Inter al's
puellas. b. agnes fuit iudicata pl'crior
Et in tm̄ filius prefecti adamauit eaꝫ
ꝙ quaſi rabidus effectus ē pre amoriſ
magnitudine. Et vt inclinaret eaꝫ ad
cōſētiendū vt eſſet eius vxor. obtulit
agneti iocalia que cōiter placent mu
lieribus. ſicut piſcator volens cape
re piſces. ponit eſcaꝫ in hamo quā ſcit
piſcib⁹ placibilē. B. aūt agnes vidēs
ſuas ſtultas ſimulatiōes. noluit ioca
lia recipere. ſed ad terraꝫ proiecit ⁊ pe
dibus calcauit di. Diſcede a me pabu
lum mortis. qꝛ iaꝫ ab alio amatore pre
uenta ſum. quē cū amauero caſta ſuꝫ.
Cum accepo virgo ſum. Cum tetigero
munda ſum. Diſcede a me fomes pec
cati. nutrimētū facinoris. qꝛ iā ab alio
amatore ꝑuēta ſum. Eius generoſitas
celſior. poſſibilitas fortior. aſpect⁹ pul
crior. eius gr̄a elegantior. Anulo ſuo
ſubarrauit me. dexterā meā ⁊ collum
meū cinxit lapidib⁹ pretioſis. Induit
me ciclade auro texta. i. veſte rotūda
ſuperius ſtricta ⁊ infra lata. et īmen
ſis monilib⁹ ornauit me. Poſuit ſignū
ī faciē meā. vt nl'lū aliū ꝑter ipſum aſ
ſumam: ⁊ ſanguis eius ornauit genas
meas. Iam amplexibus eius caſtis
aſtricta ſum. Iam corpus ſuum corpo
ri meo ſociatū ē. Oſtendit mihi theſau
ros īcomparabiles. quos mihi ſe datu
rū ſi in eo perſeuerauero repromiſit
qui lōge te nobilior eſt ⁊ genere ⁊ no
bilitate. cui⁹ mater virgo eſt. cuius pa
ter feminam neſcit. cui angeli ſeruiūt
cuius pulcritudinem ſol ⁊ luna mirā
tur. Cuius opes nūq̄ decreſcunt ſiue
deficiunt. cuius odoꝛ reuiuiſcunt mor
tui. cuius tactu liberantur infirmi.
cuius amor caſtitas. tactus ſanctitas.
vnio virginitas. Et ſic eo deſpecto re
ceſſit. Cogitate quid dixerunt alie do

micelle . O de la ſuperbia. Et nūquid
poſſet habere meliorem viꝝ ⁊c̄ . Ecce
quomodo habuit ſanctam caritatē ad
xp̄m deſpiciens omnia mūdana. Et po
terat dicere. Regnū mundi ⁊ omneꝫ
ornatum ſeculi cōtempſi propter amo
rem dn̄i noſtri yeſu xp̄i. queꝫ vidi. quē
amaui. in quē credidi. quē dilexi vt cā
tat eccleſia. Moraliter hic hn̄t do
ctrinam oēs mulieres cuiuſlibꝫ ſtatus
ſi volūt eē caſte ⁊ bone. ꝙ non recipi
ant aliquid. quia munera que accipiū
tur ligant. Sicut enim piſces capiunt
hamo. ſic mulieres capiuntur dono.
Mulier pauper ⁊ vidua. monialis ſeu
puella pōt recipere exyam. qꝛ aliud ē
recipere exyam aliud recipere iocale.
Dr̄aꝫ pōt cognoſcere in tribꝰ. Reſpec
tu doni. reſpcū dantis. ⁊ modi dandi.
Nec mirum ſi mulieres capiūtur ⁊ ob
ligantur donis. qꝛ magni domini ⁊ iu
dices etiā obligātur. ⁊ capiūtur mūe
ribus. Ideo dn̄i iudices ⁊ aduocati q
volunt eſſe caſti in iuſticia. caueāt ne
munera recipiant: qꝛ ⁊ leges ſubuer
tunt. excecant oculos iudicuꝫ ⁊ capiū
tur capiēdo. Ideo dicit lex diuina de
utero. 16. Nō accipies perſōaꝫ nec mu
nera: qꝛ munera excecant oculos pru
dentum. ⁊ mutant v̄ba iuſtoꝝ. Iō an
tiquitus qn̄ aliqȯ magnū negotiū vo
lebant cōmittere alicui. perquirebant
iudices qui nō reciperent dona. Sed
modo non inueniuntur.

Dico ſo ⁊c̄. Uera fidelitas. Quia valō
fuit fidelis ſuo ſponſo dn̄o yheſu xp̄o.
quia nec doniſ ſeu ꝓmiſſis ſeu minis
voluit eum dimittere. Cui per votum
caſtitatis ſe dederat. Poſtq̄ autē filꝰ
prefecti vidit ſe ab iſta deſpectum. le
cto ꝓſternitur. de febre amoris ſui ra
bie. Et per alta ſuſpiria. amor a medi
cis aperitur. Dicunt patri. ꝙ patie
batur febrem amoris. Ideo vos qui
eſtis pater. ſecrete queratis quid eſt.
Cumqꝫ pater interrogaſſet eū di. Quid
eſt hoc fili mi. apuit cor ſuum patri
di. qualiter agnes filia talis nobilis ip
ſum deſpexit: ⁊ niſi ipſa eſſet uxor ſua
ꝙ moreretur. Reſpondit pater. Fili n̄
dubitetis in aliquo. habeatis bonam
ſpem. quoniam ipſa erit uxor ueſtra.
uel concubina. Statim prefectus mi
ſit pro ea. Et. b. Agnes cum parenti
bus ⁊ amicis ſuis. venit coram pre
fecto. Qui primo blandiendo dixit ea
dem verba que filius dixerat. Et prīo
eam blandis ſermonibus ſecretius pl̄
ſat: poſt terribilioribus. Ipſa vero eo
dem vultu. eodem animo perſeuerāſ
⁊ terrentem ⁊ blandientē animo de
ridebat. Sequenti die iterum ⁊ iteꝝ
idē repetijt. ⁊ dixit ſibi qm̄o dij fecerāt
ſibi magnam gratiam ꝙ eſſet vxor
filij ſui qui poterat ducere filiam re
gis in vxorem ⁊ ſimilia verba. Reſpō
dit bē. Agnes. Iam ab alio amatore
preuenta ſum. Ipſi enim ſum deſpon
ſata cui angeli ſeruiunt. cuius pulcri
tudinem ſol ⁊ luna mirantur. Tunc
prefectus cognouit eam eſſe chriſtia
nam. ⁊ voluit eam terroribus incli
nare. quia tunc erat maxima perſequ
tio chriſtianoruꝫ. di. Filia oportet vnū
de duobus eſſe. vel ꝙ ſis vxor filij
mei vel tormentis interire. Sed ipſa
terrenteꝫ ſicut blandientem derride
bat di. Nunq̄ ſe ducere homineꝫ mor
talem in virum. Ecce vera fidelitas
ad ſuū ſponſum: de quo dicebat. Anu
lo ſuo ſubarrauit me dominus meus
yheſus chriſtus ⁊ tanq̄ ſponſam deco
rauit me corona. Poſuit ſignum in fa
ciem meam. vt nullum preter eum
amatorem admittam. Nota. Anulo
ſuo. Anulus eſt fides chriſtiana figu
re circularis: quia voluitur in. 12. ar
ticulis. Lapis pretioſus eſt meritum
fidei. Signum in facie eſt caracter
quem recepit in baptiſmo. Modo hic
habent exemplum mulieres maritate

ſeu moniales. que receperunt xp̄m ſponſum. Ex quo. n. ſe dederūt vni. nō recipiant aliū. al' eſſent īfideles nō ſeruādo ꝓmiſſum. B. aūt agnes licet ſecrete xp̄m in ſponſum receperit p votum caſtitatis. nō tamē fuit excōicata pp ſētentiā de clādeſtinis. Dicat' cōtra hoc quia multe clandeſtine deſpōſantur. ⁊ poſt timore parentū nō audent reuelare. ⁊ cōtrahūt cū alijs. ⁊ nihil faciūt. vel ſi reuelāt parentes contradicūt. ⁊ male. Sed optima puītio eſſ; ꝙ pater nō daret ſibi dotē ex quo ſiñ ſcitu ſuo diſpōſauit ſibi viꝝ. De his dicit ſcriptura. i. cor. 7. his āt qui matrimōio iūcti ſunt p̄cipio nō ego ſed dñs. vxorem a viro ñ diſcedere. Qđ ſi diſceſſerit manere īnuptam. aut viro ſuo recōciliari. Et vir vxorem non dimittat.

Q Dico tertio ⁊c̄. Digna honeſtas: quia deus voluit eā hōeſte cōſeruare. Alia pratieba. Uidens autē prefcūs ꝙ nec amore. nec timore voluit ſponſari cu; filio ſuo. qui moriebat' amore ſui: oppoſuit ſibi titulum xp̄ianitatis. ⁊ dedit ſn̄iam ꝯtra eā ꝙ duceret' ad lupanar p̄miſſo precone ꝙ oēs iuuenes q vellēt cū tali dōicella hauer plaſere ⁊c̄. quouſq; moreret'. hoc aūt fecit vt ſaltem filius eius videret ea; nudā ⁊c̄. Iſta ſn̄ia fuit ſibi durior ꝗ̄ ſn̄ia mōtis Prefcūs mandat vt dee veſte ī virginitate ſeruiat. Et. b. Agnes dixit. Si filiū tuu; rōnis capacē q ſenſibus vtitur. nolo pp xp̄um. quō poſſum ydola adorare? Prefcūs. Noli temetipā; deſpicere vt met⁹ deoꝝ īcurras. Agnes. Noli infantiā metiri meā. fides. n. nō in annis ſed in ſenſibus gerit'. ⁊ deus oīpotens magis mētes ꝓprobat ꝗ̄ etates. Prefcūs. Si ergo nō vis in proſtibulo poneris. Tūc. b. Agnes cū īgenti conſtantia dixit. Quia ego noui virtutē dñi nr̄i yeſu xp̄i ſecura ꝯtemno minas tuas. credens ꝙ neq; ſacrificē ydol' tuis. neq; polluar ſordibus alieīſ Nam vnigenitus dei filius quē ignoras murus mihi ē īpenetrabilis: ⁊ cuſtos ē mihi nō dormiens. defenſor mihi ē nunꝗ̄ deficiens. Tūc ipſa eleuatiſ oculis ī celū ad ſuū ſponſum xp̄m flēs orauit di. O dñe. placeat vobis ne ſubſtineā tantam cōfuſionē. ne iſti hoīes videant me nuda;: ⁊ ne corpus meum polluat'. Tū qꝛ vos dñe nudus fuiſtis ī cruce. parata ſu; ſubſtinere ſicut vobis placuerit. Dicat' quō cū denudaretur angeli ſubmiſerunt eius capillos ī tanta denſitate īuiſibiliter. ꝙ ita pfcē fuit coopta ac ſi veſtem fuiſſet īduta. Ita ꝙ nihil videbat' de eius corpore. Et ſicut cōuerti debebant viſo hoc miraculo. dicebāt ꝙ arte magica ⁊ incātatione hoc factū fuit. Et p̄cepit p̄fcūs vt duceret' ad lupanar. Ducebat' aūt ad lupanar vt ouis ad macellū. Et introduxerūt ea; in domū cuiuſdā meretricis. ⁊ ibi īuenit angelū circūdante; eam tāto lumine. vt nullus eā pre ſplēdore videret īduens eam veſtem cādidiſſimā quā ſuus ſponſus ſibi miſit. quā induit grās agens deo. Et potēat dicere illud yſa. 61. Gaudens gaudebo in dño ⁊ exultabit aīa mea ī deo meo. quia īduit me veſtimētis. Nota veſtimentis. ſ. capilloꝝ denſitate. Capilli. n. ſunt volatiles. ⁊ ſignificāt cogitatōes volatiles ⁊ diuerſas. quas induere debemus per honeſtatē. nihil īhoneſtu; cogitare ī corde. Scđo ī corpore induamur veſte candida honeſte cōuerſatōnis. Cauere ab ope īmunditie carnal'. Iſte veſtes ſunt nobis neceſſarie. Al' qñ aīa ſine iſtis apparet corā deo ⁊ ſāctis. ē ita abominabil' ꝙ ſtatim mittitur ad īfernū. Iō dic̄ iohānes apoc. 16. Beatus qui cuſtodit veſtimēta ſua. ne nudus ambulet ⁊ videant turpitudinem eius.

Q Dixi quarto ⁊c̄. Alta ⁊ perfecta puritas. Triplex ē gradus puritatis. ſcil;

ꝯiugal'. uidual' ⁊ ỽginal'. Beda. Bõa ē
caſtitas ꝯiugal'. melioꝛ ē ꝯtinentia vi
dualis. Opt'a perfectio virgialis. Ma
gnã gratiã fecit creature deus quã cõ
ſeruat in puritate uirginitatis cũ ſit ui
tro ꝯbilioꝛ. Uitrũ .n. nõ frangit' niſi tã
gatur: uirginitas aũt ſolo viſu cõcupi
ſcentie frangit'. B. Agnes fuit a dõ in
pura virginitate ꝯſeruata. vnde cum
eſſ; i domo meretricis ⁊ m'ti iuuenes
eſſent ibi congregati. ⁊ aliqui itraſſẽt
ad eam. videntes tantũ lumẽ timebãt
⁊ egrediebant'. Interi; ãt venit prefec
ti filius cũ ſodalib' ſuis. ⁊ deridens
alios ingreſſus ē audacter. ⁊ vidẽs tm̃
lumen circa uirginẽ ⁊ irruẽs in eam in
ipſo lumĩe priuſq; ea; mãu tangeret ce
cidit in faciẽ ſuam. ⁊ ſuffocat' a dyabo
lo expirauit. Uidens aũt unus q̃ morã
faceret credens ipm̃ cu; ea delectari.
ingreſſus eſt ad iuuenem. ⁊ inuenit
eu; moꝛtuum. Et exclamauit di. Pijſ
ſimi romani ſuccurrite. Meretrix hec
magicis artib' ꝑfecti filiũ interfecit.
Prefectus aũt audiens uenit illuc. ⁊
uidens filiũ unigenitũ moꝛtuũ dixit. b.
agneti. Crudeliſſima feminarꝫ. in filio
meo uoluiſti tuã magicã artẽ demõſtra
re: Reſpõdit. b. agnes. Ille cuius vo
luntatẽ volebat facere. in eo potãtem
accepit. P; ergo alta puritas. b. agne
tis. Jõ apl's. 2. coꝛ. xi. Deſpondi .n. vos
vni viro virginẽ caſtam exhibere xp̃o.
Nota cum dicit virginẽ caſtam. M'te
perſone ſunt caſte ſine virginitate. vt
illi qui fuerũt de matrimonio vel al'r.
ſed poſt viuunt caſte. Alie ãt ſunt vir
gines ſine caſtitate. q2 nũquã fecerunt
actũ. ſed bene ſuſtinẽt tactus. ample-
xus. ⁊ oſcula. Talis uirginitas parum
ualet. De talib' ieremias fecit plantũ
di. tre. i. Uirgines ſyon ſqualide. i. ſca
broſe ⁊ ferẽteſ. ⁊ ipa. ſ. uirginitas opreſ
ſa amaritudĩe. Uirginitas nõ ſolũ cõſi
ſtit cauẽdo ab actu illo: ſed o; cauere
ab actu ⁊ cogitationib' malis. imo etiã
oẽs ſenſus coꝛpoꝛales debẽt cuſtodire
uirgines. ſ. nolle uidere uilitates. nec
audire loqui. al's eſt uirginitas fetenſ.

Q Dico quito. Clara ſanctitas. Aliqui ha
bent ſanctitatẽ ſed nõ claram mũdo.
imo eſt obſcura ⁊ abſcondita: q2 abſcõ
dunt eam timoꝛe vane gloꝛie. ⁊ bñ fa
ciunt iuxta conſiliũ xp̃i. mat. 6. Attẽdi
te ne iuſtitiã veſtrã faciatis coꝛam ho
minib'. vt videamini ab eis ⁊c̃. Sed
alia ē ſanctitas clara aliquoꝛũ quam
deus publicat ⁊ clarificat ẽt miraculo
rum teſtimonio ad laudẽ dei. Dicit xp̃s
iſtis. Mat. 5. Sic luceat lux veſtra co
ram ho. vt vi. opa veſtra bona. ⁊ glo.
p. u. qui i c. ẽ. Talem ſanctitatẽ clara;
habuit. b. Ag. Unde cũ prefectus ge-
nibus flexis ⁊ flẽdo ſupplicaret ſibi di
cẽdo. In hoc appebit q̃ nõ arte magi
ca iſta feciſti. ſi deprecata fueris ange
lu; tuũ. ⁊ reſtitueris mihi filiũ. Reſpõ
dit. b. Agnes. Quia temp' eſt vt vir-
tus dei mei dñi ihu xp̃i manifeſtetur.
egredimini foras: Orãte aũt beata. A.
apparuit ei angelus dñi ⁊ eleuauit ea;
flentẽ. ⁊ iuuenem ſuſcitauit. Cogitate
qualiter petijt veniã. b. Agneti. Qui
egreſſus foras cepit clamare. Omnia
tẽpla ⁊ ydola vana ſunt. Unus ē de' i
celo. in terra. ⁊ in mari. q eſt de' xp̃ia
noꝝ. O dixerũt ſibi aliqui. Quid dicis:
Rñdit. Scio qd' dico. Cogitate q̃uo di-
xit multa ꝺ alio mũdo. de iferno i quo
fuerat. de purgatoꝛio. de paradiſo. q2
dãnati vſq; ad die; iudicij poſſunt bea
tos videre in gl'ia. ⁊ multi ex hoc fue-
runt cõuerſi. Dicatur contra illos qui
dicũt q̃ null' venit de a'io mũdo. imo
multi venerunt. Nũquid xp̃s venit. la
zarus. ⁊ q̃plures alij. ⁊ iſte filius pre
fecti: Jõ xp̃s Jo. 14. Qui credit in me
opera que ego facio ⁊ ipſe faciet. ⁊ ma
ioꝛa hoꝛum faciet. Tunc fuit completa
iſta promiſſio in beata. A. Dicit. b. au
guſtinus. Que ſunt iſta maioꝛa q̃ mo

tuos ſuſcitare: cecos illuīare. ⁊ lepro
ſos mūdare. Maius eſt de ipio iuſtuʒ
facere. ꝙ celū ⁊ terram creare. In hoc
miraculo nō duas reſurrectiones ma
gnas. vna corporis qua diuīa virtute
aīa q̄ erat in iferno fuit unita corpo
ri orationibus. b. Agnetis. ſcda fuit re
ſurrectio aīe. q2 de ifidelitate ⁊ mala
vita. ad fidē xpi ⁊ bonā vitam fuit con
uerſus. hoc ē maius ꝙ ſuſcitare corpꝰ.
Sed aliqui plus admirant̄ de miracu
lis corporalibꝰ ꝙ de ſpiritualibus que
ſunt maiora Dicūt aliqui. O ſi modo
fierent iſta miracula. Dico ꝙ maiora
ſūt. Magnū miraculum eſſet ſuſcitare
aliqͤ tem qui iam per menſem. vel per
āuum fuiſſet mortuꝰ. maius miraculū
eſt ſuſcitare. x. xx. in aīa ex peccatis. ſ.
vl. x. āńis mortuos. Itē magnū mira
culū ē cecos illūinare maiꝰ miraculū ē
illuīar iſidel ceccos ī fide. It magnū mi
raculū ē leproſos curare. ſʒ maius ē lu
xurioſū ⁊ corruptū corrigere ⁊ emēda
re. Itē magnum miraculū eſt ꝯtractū
curare. ſed maius miraculū eſt cōuer
tere peccatorem ad graciā. q2 modo va
dit ad miſſaʒ ⁊ ambulat per bona ope
ra. Itē de mutis. q2 non loquūt̄ cōfitē
do peccata ſua. Iteʒ orando de nocte.
Itē de ſurdis q2 raro audiūt ſermōes
eccl'ie. q̄re dicit ⁊ maiora horum faciet
Itē magnum miraculū eſſet ſi homo
mortuus vel membratiʒ diuiſus ſuſci
taretur. ſed maius miraculum quādo
corpus miſticū. ſ. domus. villa. vel ci
uitas ⁊c̄. vel regimen diuiſum vnit̄ ⁊
viuificatur in vno. ſ. ſpirituſancto bo
na pace ⁊ cōcordia. homines autē car
nales ſolum attēdunt ad carnalia pec
cata. quibꝰ dicit dō. Uenite ⁊ vide. op.
dñi que po. ꝓ. ſup ter. au. bel. vſqʒ ad
fi. terre. Nō prodigiū eſt miraculū qđ
fit ſupra naturā. qđ itellectus non pōt
vix concipere nec itelligere.

Dico ſexto ⁊c̄. Plēa firmitas. ſ. i marti
rio. cum eſſet tenera ⁊ delicata. 13. an
norum. Uiſo miraculo prefectus de fi
lij ſuſcitatione voluit eam liberare: ſʒ
templorum pontifices timentes perde
re lucra ſi populus ad xpm cōuerteretur.
tur. cōmouerunt populum totum ⁊ cō
turbarunt. Prefectus autē hoc vidēs
obſtupuit: ſed ne videretur cōtra tem
plorum pontifices aliquid dicere. vica
rium dereliquens receſſit cuʒ filio ſuo
triſtis: quia eam liberare non potuit.
Tunc vicarius copioſo igne accēſo iuſ
ſit eam iactari in medio. Qđ cum fuiſ
ſet factum. flāma in duas partes diui
ſa ipſam in nullo contingebat incendi
um. ſed miniſtros exurebat. Tunc. b.
Agnes ſpanſis manibus. ⁊ genibus fle
xis orationē fecit. di. Omnipotētes ho
norande. colende. tremende pater do
mini mei ihu xpi benedico te. quia per
ſanctū filium tuū euaſi minas ipioruʒ
⁊ ſpurcicias cānis que imaclato calle
trāſiui. Et ecce venio ad te. queʒ ama
ui quē queſiui. quē ſemper optaui. Ec
ce qđ concupiui iam video. qđ ſperaui
iam teneo. qđ concupiui complector.
Ecce ad te venio vnū ⁊ veruʒ deum.
Uidentes hoc gentiles multi conuer
tebantur. alij autē cōtradicebant. Aſ
paſius autē populi ſeditionē nō ferēs.
gladium in eiꝰ gutture imergi fecit. ⁊
ſic migrauit ad xpm. Patet eius plena
firmitas. pō. vl. Fortitudo ⁊ decor in
dumentū eius. ⁊ ridebit in die nouiſſi
mo. Modo habemus hic exempluʒ de
b. Agnete perſeuerandi in bona vita
incepta. non deſiſtere timore verborū
detrahentium. nec temptationibꝰ dya
boli. nec occaſionibus mundi. Ideo di
cit apl's. i. cor. 15. Itaqʒ fratres mei di
lecti ſtabiles eſtote ⁊ imobiles abun
dantes in omni opere dñi. ſemper ſciē
tes ꝙ labōr veſter n̄ ē ianis i dño.

Dico ſeptimo ⁊c̄. Alta felicitas. Licet
n. ſit doctrina firma ꝙ martires ſunt
in felicitate paradiſi. ſingulariter tamē
fuit oſtenſum de. b. Agnete. Fuit eniʒ

eius corpus ſepultū honorabiliter. Et cum ſecūdum patrie cōſuetudinē parē tes eius flentes vigilarent ad corpꝰ ſuum. ad ſuum ſepulcrū. viderūt exercitum virginū pretereūtem cū ingenti lumīe. que oēs erant indute cicladibꝰ auro textis. ꝛ palme in manibꝰ earū in ſignum victorie. Inter quas viderūt b. Agnetē ꝛ ad dexterā eius agnū niue candidiorē. que ſtans dixit eis. Uidete ne me quaſi mortuā lugeatis. ſed cōgaudete: qꝛ cum his omnibꝰ lucidiſſimas ſedes accepi. ꝛ ptrāſiuit. Ex iſto miraculo fit feſtū Agnetis ſcd̄o. Dicat̄ ꝯtra illos qui flent indiſcrete illos de quibꝰ ſunt certi ꝙ ſūt ī paradiſo: ſicut ſunt pueri inocentes. Jo non ſunt flendi. niſi parū ſatiſfaciēdo nature. Sicut ſi rex duceret filiū veſtrū ſecum vt ipſū faceret magnum dn̄m: ꝛ in congerio plorareti. Idē in propoſito. Ideo dicit apl̄s. i. theſa. 4. Nolumus autem vos ignorare fratres d̄ dormiētibus vt nō contriſtemini ſicut ꝛ ceteri qui ſpem non habent. Flendi ſunt enim mortui qui damnantur ꝛc̄.

In feſto. b. vincentij martiris.

Beatus vir qui in ſapientia morabitur. Habet̄ hoc verbum originaliter. Eccl̄i. 14. Per totum mundū īter xp̄ianos fit hodie feſtū. b. vincentij. Sed ſingularē rationē feſtiuandi habemꝰ nos. qꝛ fuit de regno noſtro aragonie. natiōe valentinꝰ. ſingularis autē ꝛ excellēs mātirij coronatōne. Salutetur virgo ma. ꝛc̄. Beatꝰ vir ſ. hic per gratiā ꝛ in futuro per gl̄iā. ꝗ in ſapiētia morabit̄. Pro declaratōe verbi ꝛ ītroductiōe huiꝰ materie ſcieñ ē ꝙ qḋ fuit īter antiquos ph̄os. imo ēt īter theologos. que dr̄a eēt īter ſapientiam ꝛ ſcientiam. qꝛ ſacra ſcriptura loquens de ſapiētia dicit ꝙ ſaluat creaturā. vt dicit thema. Beatus qui ꝛc̄. De ſcientia aūt dicit ꝙ damnat creaturā ſ. occaſionalr̄. i. cor. 8. Scientia inflat

Modo autē dimittēdo opiniones ph̄orū ꝛ theologorū. in textu biblie oſtēditur quid ē vā ſapiā. Di. eccl̄i. 6. Sapiā doctrine ſm nomē eius eſt ꝛ nō in multiſ eſt manifeſta. quibꝰ aūt agnita eſt permanet uſq; in conſpectū dei. Nō ſcd̄o nomē eius ē: qꝛ ſapientia ſcd̄m nōis ethimologiam idē ē qḋ ſapida ſcientia Sciētia. n. dicit cognitionē veritatis d̄ deo. ꝛ de creaturis. Sapiētia aūt plus dic̄. ſ. cogitionē de deo. ꝛ de creaturis cum ſapore deuotiōis. ꝟ. gr̄a. In theoꝰ multi ſunt qui hn̄t ſcientiā theologie ī ītellectu ad diſputañ. argueñ. ꝛ ſidēdū legeñ. predicandū. ſed ī corde nō ſentiunt ſaporem ſpiritual' deuotiōis ꝛ dulcedinis. Tales habēt ſcientiā ſ; non ſapientiā. Tu enī ſcis legendo. ſtudendo. p̄dicando ꝙ eſt vnus deus ī eſſentia ꝛ triniꝰ in pſonis. ꝛ filius dei fuit īcarnatus. natus ꝛc̄. vſq; mortuus. paſſus. In iſtis ſentis tu ſaporē amoris ꝛ deuotiōis? Si ſic. tunc hēs ſapientiā: ſi ſi. tunc habes ſcientiā ſolum. Idem ſi volumus loqui de iure canonico. vel ciuili. Qn̄o vos domie doctor legitis vl' diſputatis quādo cogitatis diuinam ꝓuidentiā ꝙ iſto modo deus regat mundum. ſ. ꝙ homines ſapientes regant alios velut habeāt meritum iuſtitie per eos adminiſtrandam. per bonorū premiationes. ꝛ malorum punitiones. S; in his ſentitis ſaporem. ſapientiam habetis. alias ſciētiā: ꝛ debetis dici ſciens. ꝛ non ſapiens. Idē; de magnis ph̄is ꝛ medicis. Si ſcientes motum celi. ꝛ ſtellarum. ꝛ cōſtellationes. virtutes herbarum. ꝛ lapidum. in tali ſcientia ſentitis in corde deuotionem dicendo. O benedictꝰ deus. ꝛ qualiter diſpoſuit ꝛ ordinauit ut iſta inferiora regātur a ſuperioribus corporibus. ꝛc̄. tunc habetis ſapientiam. alias ſcientiam. Ecce ōre dicit. Sapiētia doctrīe ſm nomē eiꝰ eſt. Sed heu ſequit̄. ꝛ nō in multis manifeſta eſt: qꝛ licet multi

habeāt ſcientiā. tamen pauci habēt ſapientiā. habēt. n. magnā ſcientiā ⁊ malam cōſcientiā. Jō apl's loquendo de illis magnis phis dicit Ro. i. Qui cū cognouiſſent deū. non ſicut deum glorificauerūt aut gratias egerūt: ſ; euanuerunt in cogitationib' ſuis. ⁊ obſcuratū ē cor eorū. Dicētes' enī ſe eſſe ſapiētes ſtl'ti facti ſūt. Quib' āt cognita ē pmanet vſq; ad cōſpectum dei. Jō dicit thema. Beat' vir. ſ. beatitudie vie ⁊ poſt beatitudine patrie. qui ī ſapiētia morabitur. Appropriando autē thema ad. b. vincentiū. inuenio q in mūdo habuit. 5. ſapientias.

Prio hūit ſapiām philoſophicā.
Secūdo ſapientiā theologicam.
Tertio habuit ſapientiā apl'icam.
Quarto habuit ſapientiā angelicā.
Quīto hūit ſapientiā ciroycham.

Jſtis. 5. ſapiētijs deus in hoc mūdo dotauit. b. vin. Jdeo de eo appropriate dicit thema. Beat' vir. i. virtuoſus. qui ī ſapientia morabitur ⁊c.

Dico prio q. b. vin. habuit ſapientia; philoſophicā. Sapiētia. n. antiquorum phoꝝ in hoc erat. ſ. ut hērent cognitionē veritatis de pri'a cā: ⁊ abſtinebant ſe ab omnib' delectationibus marie luxurie que hebetat ⁊ obturat itellectū. Uitabāt etiā negotia vt haberēt itellectum recollectū: quia vtus vnita forti or ē ⁊ cauebāt a peccatis. Jō Salomō magn' phus ō ſe dicit. eccl's ſcdo. Cogitaui i corde meo abſtrahē a vino carnē meā. vt animū meū trāſferrē ad ſapiētiā. Uinū. n. ſignificat illa tria. Prio luxuriam. q; hebetat. Jdeo apl's. ad ephe. 5. Nolite inebriari vino ī quo eſt luxuria. Scdo negotia tempoꝛalia que dant fumoſitates. Tertio delectatōes in cibo potu ⁊c. que īpediunt profectū ſapientie. ps. Uinū letificat cor homis ⁊ p. 20. Luxurioſa res vinū. ⁊ tumultuoſa ebrietas. Quicū ꝫ his delectaī. nō erit ſapiēs. Jſta. n. ſapentiā hūit. b. Uin. Dicaī cū eſſet Aragonenſis. ō ciuitate oſtenſi. de nobili genere. ⁊ ī domo patris eſſ; occaſio peccatoꝝ. delectationū. negotioꝝ. ⁊c. ⁊. b. vin. vellet habere ſapientiā. dimiſſa domo patris iuit ad ceſaraugustā. vbi tunc erat ſtudiū; generale de phia. vbi tm̄ profecit q in phia omnes alios pceſſit. Tenebat iſtu; modū: quia ſūme vitabat peccata. Dicaī hic ad correctionē ſtudentum ne expendant ī vanum pecunias parentū. Jſta peccata vitabat. b. vin. qui virginē ſe cōſeruauit. ſciens illud ſap. prio. Jn maliuolā aīa; non introibit ſapiētia. nec habitabit ī cōpore ſubdito peccatis. Nota ī maliuolā animā. p inuidiā. vindictā. ⁊c. ū itroibit ſapia l; ītret ſcia. Jō. b. uin. ꝯſuabat ſe ieiunādo. ⁊ orādo. ⁊ tenebat itellectū claꝝ ⁊ tenebat portā apertā ad ſapientiam. Jtē uitabat negotia hūana que ſpgunt cor homīs. nec pōt comprehēdere. Jō oportet q ſit vacuū a negotijs. Jtē dicī ſapientia eccl'i. 38. Sapientiā ſcribe ī tpe vacuitatis. ⁊ q minoraī actu ſapiētiā pcipiet: q; ſapiētia replebiī. Tertio vitabat oēs delectatōes carnis. Jmo macerabat corp' vt ad ſapientiā eleuaret itellectū. ſciēs illō eccl'i. prio. Oiſ ſapientia a domio deo ē. ⁊ cu; illo fuit ſemp. ⁊ ē ante euū. Nō ſolū occupabat ſe ī libris temporalib' phoꝝ ſed etiam in libro ſpirituali amoris dei ⁊ deuotōnis: q; ſicut aqua de alto fonte deſcendit in ortū. ita ſapiētia deſcēdit ab illo fonte. de quo. eccl'i prio. Fons ſapiētie verbū dei ī excelſis. Jō ſi vultis q deſcēdat ī ortū cordis vr̄i ſiue ītellect'. ponatis canale orōnis ⁊ deuotionis. iuxta cōſiliū. beati iacobi apl'i. prio. c. Qui idiget ſapientia poſtulet a dō qui dat oib' affluēter. ⁊ nō improperat. ⁊ dabiī ei. Jta faciebat. b. vin. Jō hūit magnam ſcientiam phica;. Jdeo ī laudem ⁊ honore; beati vin. cantat eccleſia. Sanctus vin. a pueritia ſtudijs lit

terū traditus.ſupna ſibi ꝓuidente cle
mētia.gemīa ſcīa efficaciſſime claruit
Nota gemīa ſcīa. Vbi ponit duplicem
ſciam.ſ.ſpeculatiuā.ꝛ praticham quā
dicūt praſis .qn̄.ſ.ſcīa ſpeculatiua de
ſcēdit ī corde ꝑ deuotionē ꝛ ſaporē.ꝛ ī
vita ꝑ ſcām cōuerſationē. Sed mō ſo
lū curaṫ de ſcīa ſpeculatiua vt appa-
reāt ꝛc̄.Nota efficaciſſime ī ſuplatiuo
qꝛ tres ſunt gradus phie ſcie. vt dicit
hieronim⁹ ad paulinum.cap.6.ſ. rō-
nalṫ.ꝛ moralṫ.naturalṫ.Rōnalṫ āt oſten
dit modū ratiocinandi ꝛ diſputādi. vt
gramaticha. logica . rethorica.Et in
iſto gradu claruit b.Vin.Naturalṫ eſt
cognoſcere motus celorum ꝛ ſtellaꝝ:
naturas elemētorum . ꝛ ſimilia. ꝛ in
iſta efficacius claruit b. Vincentius .
Moralṫr vero docet quō ē viuenduꝫ .
ſcꝫ quattuor virtutes morales erga
ſe ipſum.ꝛ erga ꝓximū ſuū.tā ī ꝓſpe
ritate q̄ꝫ ī aduerſitate:ꝛ in iſta b. vi.
claruit efficaciſſime. Jō dicit thema.
Btūs vir a virtute.ſ.meritoria qui in
ſapīa ꝛc̄.Mō eſt totū oppoſitū.Nā mlṫ
ti curant de phia rōnali diſputādo . le
gēdo ꝛc̄.Alij aūt de nāli ſciētes mot⁹
ꝛ nās.mutatiōes.generatōes.corrup
tōes.ꝛ alteratōes reꝝ.ꝛ aſtrologiam.
Sed de tertio gradu phie ꝛ pricipali.
nullus curat mō ordīare vitam ſuaꝫ.
Multi ſunt q hn̄t itlṫlēm ſuuꝫ plenum
cōcluſiōibus . ꝛ plenū ſophiſmatib⁹.ꝛ
volūtatē īfectaꝫ ꝛ plenā corruptōib⁹ ꝛ
vitā plenā diſſolutōibus.Melius eſſet
hēre ignorātiā:qꝛ ignorātia q̄ n̄ ē affec
tata.excuſat aliq̄lṫr.Jō dic̄ xp̄s luc.12.
Jlle ſeru⁹ qui cognouit volūtatē dn̄i
ſui ꝛ nō fecit ſm volūtatē eius vapu-
labit a multiſ.Qui āt nō cognouit ꝛ fe
cit digna plagis. vapulabit a paucis .
Ergo meli⁹ eēt neſcire.q̄ꝫ ſcire ꝛ malā
vitā tenē.Jō dr̄ de b.Vi.efficaciſſime
claruit.

¶Dico ſo ꝛc̄.Scilꝫ ſapīa theologica que
maior ē q̄ꝫ philoſophica.que ī hoc cōſi
ſtit.ꝙ creatura teneat bonā vitā in ſe
ex ſcīa quā hꝫ.ꝛ cū ꝟ oñdat alijs veri
tates creatoris ꝛ creaturarū.nō ſoluꝫ
v̄bo ſed ēt exemplo opere īplendo.Jta
ꝙ non ſolum dicat.vadatis ad paradi
ſuꝫ.ſed veniatis.Sicut.n. bon⁹ pictor
inſtruit puerū nō ſolum ore loquendo
ſed ēt m̄ibus operando.ꝛ limādo ꝛc̄.
ita eſt ď bono theologo.Jdeo dr̄ de eo
eccli.39.Jpe tāq̄ꝫ imbres mittet eloq̄a
ſapientie ſue.ꝛ palam faciet diſciplinā
doctrine ſue . Nota ipſe.ſ. predicator
theologic⁹ tāq̄ꝫ ībres:qꝛ predicatio tan
q̄ꝫ aqua diuinaꝝ ſcripturaruꝫ ꝛ doctri
narum refrigerat ardorem ſuperbie ī
ſuperbiſ . auaritie ꝛc̄.ꝛ ſicut pluuia fa
cit fructificare in bonis operibus ꝛ me
ritis.Nō ipſe palaꝫ faciet ꝛc̄.Ne dicaṫ
iſte frater loquiṫ et dicit multa bōa de
hūilitate.ſed ipſe ē ſupbus . pulcros ſ
mones fac̄ ď miſicōdia ꝛ liberalitate.
ſed ipe eſt auar⁹.multū ꝯmendat caſti
tatē.ſed ipſe ē luxurioſus ꝛc̄.Jſtā ſapi
entiā hūit.b.v.excellēter.ex quo.n.ha
buit primā ſciaꝫ.ſ.philoſoficā dedit ſe
ad ſtudēdū bibliā:ꝛ poſtq̄ꝫ ī ea fuit bn̄
īſtruct⁹ incepit p̄dicare nō ſolū v̄bo.ſꝫ
etiā exēplo.Poſtq̄ꝫ.n.ſua fama fuit di
uulgata ꝙ eſſet deuotiō.ſanctior.ꝛ ap
tior alijs.ep̄s ceſarauguſtan⁹ valerius
nomīe volens ꝓuidere ouibus ſuis de
predicationis paſtura.vocauit beatuꝫ
vin.ꝛ ordinauit eum ep̄m vſqꝫ ad dya
conatuꝫ.Et quia ep̄s erat ſenex ꝛ bal
buciens.cōmiſit ſibi officiū predicatio
nis per totam dioceſim. Nam predicā
di officiū eſt ep̄i.ut patet in primis ep̄iſ
ſ.apoſtolis vt ait petrus de ſe ꝛ alijs .
actu.6.Nos vero oratōni q̄ꝫtuꝫ ad miſ
ſam que eſt principalis oratio . ꝛ miſte
rio verbi inſtantes erimus . Jdeo qn̄
ep̄s cōſecratur .in eius dorſo poni ur
euangeliſtarium apertum: ꝛ dicitur ſi
bi.Vade.predica verbum dei vt dicit
decretalis cum ex miſ[illegible]cto extra de he
reticis cum ibi notatis per doc . hoc

oﬀicium fuit pꝛincipaliter filij dei ī hoc
mundo. Mar. i. Eam⁹ ī ꝓximos uicos
⁊ ciuitates. vt ibi pꝛedicem. ad hoc. n.
veni. Tunc. b. vi. cogitauit imitari pꝛi
mū ⁊ maioꝛē pꝛedicatoꝛē. ſ. xp̄ꝫ qui ce
pit facere ⁊ docere. Nō ſoluꝫ cepit pꝛe
dicare verbo: ſed etiaꝫ exemplo ⁊ ope
re. Pꝛimo enim fundauit vitam ſuam
in magna humilitate. adeo ꝙ nec ge-
nere. nec ſcientia. nec dignitate ſuper
biebat. Ideo poterat pꝛedicare contra
ſuperbiam. Item deſpiciebat pꝛo deo
omnia tempoꝛalia: Ideo pꝛedicabat ꝯ
tra auaritiam. vſuram. rapinam ⁊c̄.
Item quia conſeruabat ſe in virgini-
tate. poterat pꝛedicare contra luxuriā
repꝛehendēdo homines. mulieres. cle
ricos. ⁊ religioſos: quia habebat faciē
ferream. Item quia erat fundatus in
caritate: pꝛedicabat cōtra rancoꝛes
⁊c̄. Quia erat abſtinens: audacter po
terat pꝛedicare contra guloſos. ebꝛio-
ſos. ⁊ ieiunioꝛum fractoꝛes. Et q̄ꝛ erat
patiens. pꝛedicabat cōtra iracundos.
Item q̄ꝛ erat diligens. nunꝙ̄ erat ocio
ſus. ſed laboꝛabat in operibus. Ideo
pꝛedicabat cōtra ocioſos qui perdunt
tempus eis a deo conceſſum ad penitē
tiaꝫ. Pꝛelatis pꝛedicabat: vt magis cu
rarent de aīabus. ꝙ̄ de redditibus ⁊c̄.
Clericis ꝙ haberent deuotionem. reli
gioſis obedientiam. dn̄is villaꝝ ⁊ cō
tatum. rectoꝛibus. vt facerent iu-
ſtitiam: ⁊ vitarent peccata notoꝛia. ſb
ditis fidelitatem. diuitibus miſericoꝛ-
diam. pauperibus ⁊ tribulatis patien
tiam. Ecce quomodo habuit ſapientiā
theologicam. Ideo de eo cantat eccle
ſia. Sanctitate quoq; inſignijs dyaco
nij. arce ſcilicet archidiaconatus ſuſce
pta. vices pontificis diligenter exeq̄-
batur. Moꝛaliter pꝛo illis qui pꝛedicāt
cū dicit. Diligēter exeq̄bat̄: q̄uo tā glo
rioſum offīm dꝫ exequi diligēter. ⁊ qđ
peccatū ē illoꝝ q ſolū curāt exeq offīm
pꝛedicatoꝛis v̄bo ⁊ nō ope. Vultis itelli
gere qđ peccatū eſt? Ac ſi aliqs iret ad
papam vl' regē ꝓ aliqua dignitate ſeu
beneficio obtinēdo. ⁊ de hoc rex vl' pa
pa facit ſibi lr̄am vel bullā optīe ſcri-
ptam. Tn̄ ille non curat ꝺ ſigillo. nihil
obtinebit qn̄ volet itrare poſſeſſionem
dignitatis: q̄ꝛ non adhibebit̄ ei fides.
Ita ē de pꝛedicatoꝛibus. q̄bus de⁹ pꝛo
mittit magnā dignitatē ⁊ beneficiuꝫ ī
celis Mat. 5. Qui fecerit. ſ. bona opa.
⁊ do. ſic hoīes. ſ. alios oꝛe vt faciant.
hic magnus vocabit̄ in regno celoꝝ
Si ergo nos volum⁹ hr̄e lr̄am de iſto
beneficio. ſeu bullam. i. ſermonē bene
oꝛdinatum. coloꝛe rethoꝛico adoꝛnatū
cum magnis auctoꝛitatib⁹ ⁊ oꝛiginali
bus. realibus. ⁊ uocalibus. ſed ſi ibi n̄
ē ſigillum bone vite. nō datur fides v̄
bis. nec penetrant coꝛda gentiū vt cō
uertant̄ ⁊ coꝛrigant̄. Iō neceſſe ē ſigil
lum qđ dat auctoꝛitatē doctrine. Ideo
ex ſigilli defectu multi amittūt bn̄fici-
um a xp̄o ꝓmiſſuꝫ. dicente xp̄o. Mat.
5. Qui. ſ. ille qui habet pꝛedicare ſolue
rit vnū de mādatis iſtis minimis ⁊ do-
cuerit ſic hoīes. minimus vocabit̄ in
regno celoꝝ. Minim⁹. glo. i. nullus: q̄ꝛ
nunꝙ̄ intrabit in eo. Iō dicebat apl's
vniuerſal' pꝛedicatoꝛ. ad ro. 15. Nō au
deo aliquid loqui. ſ. in pꝛedicatione eo
rum q̄ ꝑ me n̄ efficit xp̄s ⁊c̄.

Dico tertio. Scilꝫ ſapia apoſtolica. q̄ ī
hoc cōſiſtit. ſ. ꝑdicare verbo ⁊ ope. ⁊ ꝓ
ꝑꝑ honorē dei ⁊ ſaluationē aīaꝝ labo-
rādo. per mūdū diſcurrere. de villa in
villam ⁊c̄. exēplo xp̄i ⁊ ꝑcepto Mar. i.
Euntes ī mūdū vniuerſum ꝑdicate euā
geliū ⁊c̄. q̄madmodū mercatoꝛes ꝑ ter
raꝫ. ⁊ ꝑ mare marinarij laboꝛant cū
magnis periculis ⁊ modico lucro. Ita
apl'i ⁊ pꝛedicatoꝛes apl'ici laboꝛant ꝑ
mūdum. vt xp̄ꝫ lucrifaciāt. O quod lu
crum poꝛtabunt apl'i in iudicio. Petr⁹
paulus. ⁊ alij. Iō pꝛedicatoꝛibus apl'i
cis dr̄ apl's. Ad ephe. 5. Videte itaq;
fratres q̄uo caute ābuletis. nō q̄ſi inſi

piētes ſ; q̄ſi ſapiētes. redimētes tp̄us. qm̄ dies mali ſunt. Iſtā ſp̄ia; hūit b. Vin. q2 nō ſolū ī ciuitate ceſarauguſta laborabat p̄dicādo. Sed ēt p villas ⁊ caſtra cū magnis pericul' pp infideles Tūc. n. tp̄is fuit maxia perſecutio xp̄ianor; in ptibus illis a diocletiano ⁊ maximiano. Qui miſerūt vnu; guberna torem noīe datianū crudeliſſimū in yſpaniā: qui diuerſis gen̄ribus tormentorum cruciabat xp̄ianos qui nolebāt fidem xp̄i abnegare. Crudel' dn̄s. ſed crudelior magiſter. Et fuit ſibi dictum qūo b. vi. p̄dicādo cōuertebat multos Ideo ſi vellet de xp̄ianis hēre victoriā hēret vincētiū. q2 ſi ille abnegabat fidem xp̄i. factū ē. q2 oēs xp̄iani ad illu; reſpiciūt. Tunc b. u. fuit captus de p̄cep o datiani. Qui captus ⁊ cathenatus pedeſter miſit ipſum apud valentiam. vbi ſunt. 5. dicte. qui iuit oneratus cathena ⁊ ferro. Et quale tormtū. Et fuit primū. Sed cogitans onus xp̄i qd̄ xp̄us portabat qn̄ ducebat' ad crucifigēdum. patienter portauit. Attēdēſ aūt ad verbum xp̄i di. Mat. 16. Si qs vult poſt me venire abneget ſemetip; ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me. Secundū tormētū fuit: q2 datian9 noluit vt ſtatim preſētaretur ſibi. vt magis timeret ⁊ manſueſceret: ⁊ precepit vt poneretur in carcere ſine potu ⁊ cibo. 3. diebus. ⁊ dum corpore eſſet ibi detētus. anima ibat per plateas paradiſi contemplando. ⁊ cum iſto con'ortamento tranſiuit. Cogitate quomodo oneratus ferro dormiebat in terra ⁊ erat ſine cibo. Et poterat dicere recte cum ap'lo ad phil. 3. Noſtra cōuerſatio ī celis ē. q̄tū ad aīa; Tertiū tormētu; fuit qn̄ illo die fuit datiano p̄ntatus ⁊ videns ipſum pulcrū iuuenem ⁊ rubicundum ⁊ in nullo alteratum. credēs q9 cuſtodes miniſtraſſent cibaria. voluit eos occidere. Dixit btūs vin. Non occides eos: q2 bn̄ tenuerūt tuū crudele p̄ceptu;. tunc dicit ſibi datianus q9 abnegaret fidem xp̄i vel oīa tormenta experirentur in eum. Tunc rn̄dit b. vin. Scito nepharium eſſe apud xp̄ianos deitatis cultum abnegare. tormta tua non timemus: quia p ipſa deducimur ad coronā. ⁊ per mortem in vitam. Inſurge ergo ⁊ toto malignitatis ſp̄ū debachare. videbis me dei virtute pluſ poſſe dum torqueō: q̄ poſſis ipſe q torques. O qualis xp̄i miles itrepidus ⁊ ſtati denudauerunt eum. Quartū tormentū fuit: quia ſtatim poſitus fuit in eculeo. Et cogitans penam xp̄i ī cruce pendentis. patienter ſubſtinuit illud tormentum. Cui dixit datianus. O miſer miſerē tui ⁊c. B. aūt vi. alacri vultu reſpōdit. hoc eſt qd̄ ſemper optaui qd̄ modis omnibus exqſiui. Quintum tormentum. qn̄ cum pectinibus ferreiſ eius caro crudeliter lacerabatur. ip̄o autem dicente illud ap'li ad ro. 7. Non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Sextum tormentu; fuit de laminis ferreis ignitis ad ei9 latera. ip̄o dicēte illd̄ dd̄ ī p̄s. 16. Probaſti cor meū ⁊ uiſitaſti nocte. ſ. tribl'atōiſ. igne me exa'aſti ⁊ n̄ ē īuēta in me inigtas. Septimū tormētum eſt; qn̄ depoſit9 de eculeo poſitus fuit in craticula vt b. laurentius. De hoc cantat eccleſia. Aſſumptus ex eculeo leuita vincentius. atq; ad patibulum raptuſ moras carnificum arguendo. ad pena; alacriter properabat ⁊c. Dicatur cum fuit ī craticula cum furcis voluebant eum proicientes ſal in igne. xp̄i miles p̄tioſus leuita uicentius ut tribunal ſponte rogum. i. focum conſcendit intrepidus cuius ſalis crepitantis minutie per corpus ſparſim ibant. atq; prunc uernabantur ſanguine. Octauum tormentum fuit. quia amotus de craticula poſitus fuit in carcere tenebroſo. ſpedib9 conſtructis ligno. ſ. cep. ſub ſ

ſternunſ fragmēta teſtaꝝ. ut quocūqȝ
ſe vⁱteret vulnera ipſa inueniat. Priua
tur omni ɔſortio humano vt ſi nō mo
rereſ alˀ darenſ ſibi alia tormenta no
ua. Sed adſunt angeli. lux refulget i
carcere. laxanſ ligna a pedibꝰ. teſtaꝝ
aſperitas vⁱtiſ in floꝝ molitiē: Dantur
deo laudes ꝛ angelice uocis modulata
ſuauitas ꝑcul diffundiſ. Euigilātes cu
ſtodes hoc uidētes cū multis alijs cer
nentibꝰ. ad deum cōuertunſ. Ecce pri
cipalia tormenta que beatus uin. ſuſti
nuit in dei honorē ꝛ aīaꝝ ſaluatiōem.
Ecce hic ſapientia apl'ica. Et poterat
dicere illō. 2. ad thim. 2. Oīa ſuſtineo
ꝑpter electos vt ꝛ ipſi ſalutem ɔſequā
tur q̄ ē in xp̄o ihu in glīa celeſti. Ergo
beatꝰ vir qui in ſapientia ꝛc̄. Moralr
melius foꝝ poſſumꝰ habere nos ō para
diſo. Cōtemplate quomō uendit caruȝ
xp̄s paradiſuȝ ſuis amicis. Jdeo facia
mus penitētiaȝ ꝛ laboremus in bonis
oꝑibus. De illis qui nolūt laborare di
cit dō. Jn labore hominū nō ſunt ꝛ cū
ho. nō fla. glo. ſed cū demōibꝰ i iferno.

Dico q̄rto ꝛc̄. Sapīa euāgelica q̄ i hoc
ɔſiſtit. ꝙ in oībꝰ angeloꝝ oꝑibꝰ ipſi pre
ferunt ꝛ ꝓponūt honorē dei ꝛ glīaȝ ſu
per oīa. hoc declaraſ ſic. Jn principio
n. mūdi anteq̄ȝ deꝰ creaſſet hoīeȝ deus
creauit angelos īter quos lucifer erat
maior ꝛ ſactior vt dicit gregoriꝰ. Qūi
uoluit deo parificari ꝛ reuelauit hoc
alijs angelˀ multi ɔſenſerūt dicētes ꝙ
erat bonū. ſicut adulatores volentes
dn̄is cōplacere. Bōi aūt angeli ut mi
chael gabriel. raphael. nō cōſenſerunt
imo ɔtradixerūt ꝓferentes honoreȝ ꝛ
glīam dei. Ecce ſapīa angeloꝝ. Jō ɔfir
mati ſunt i grā. Sap. 9. Per ſapīaȝ ſa
nati ſunt quicūqȝ placuerūt tibi dn̄e a
principio. Nō ꝑ ſapīaȝ ſanati ſūt. ſ. ab
īfirmitate. ſ. creaturaꝝ que eſt peccabi
litas: q2 oēs creature erāt peccabiles
ſȝ ſanati fuerūt tūc ſancti angeli q2 cō
firmati fuerūt tunc i grā ꝛ i glīa quā
habuerūt. Jſta eſt ſapīa angeloꝝ. Jſtā
ſapiam hūit beatꝰ vin. q2 i nullo gene
re tormentoꝝ motus fuit ut datiāꝰ cō
funderēſ ꝛ deus haberet gloriā ꝛ hono
rem. Qū. n. datianꝰ audiuit miraculū
de his que in carcere viſa ſūt ꝛ audi
ta. ꝛ de cōuerſione mlīoꝝ dixit. Victi
ſumꝰ. Et iſanies dixit. Reponaſ i lecti
molitie. vt pꝰ ꝛnouēſ iterū torm̄ta. Et
habuit medicos. Et fingens ip̄m diuī
ſuiſſe. ꝑmiſit ut xp̄iani curarent de eo.
vt cito fortificatꝰ duriora tormenta ſi
bi daret. Qō cuȝ fieret. pijs credentiū
manibus ſpiritū xp̄o tradidit. vt deus
haberet glīam ꝛ honorē: q2 nullo mō
nullus pōt aliquē interficere. niſi deꝰ
velit ꝑmittere. Et poterat dicere cum
apl'o. ad phili. prio. Magnificabiſ xp̄s
in corpore meo ſiue per vitam ſiue per
mortē. mihi aūt viuere xp̄s eſt ꝛ mori
lucrum. Nō. mihi aūt viuere xp̄s eſt:
q2 miraculoſe ꝛ ſupnālr uixit in tam
duris tormētis. ꝛ mori. ſ. īter xp̄ianos
receptis eccl'iaſticis ſacramētis lucrū
Moralr iſtā ſapiam debemꝰ nos hr̄e.
vt i oībꝰ dictis ꝛ factis ꝓferamꝰ dī ho
norē ꝛ glīaȝ. nō decipiēdo. nec ꝓximū
mentiendo. nec iurādo. nec renegādo.
nec blaſfemādo. Jn oībꝰ honorificeſ dē
us. ꝑ ihm xp̄ȝ dn̄ȝ nr̄m. cui ē glīa. ꝛ ipi
um i ſecula ſeculoꝝ.

Dico quīto ꝛc̄. Sapīa heroica. i. diuīa.
Jſta eſt alijs maior. q̄ i hoc ɔſiſtit. ꝙ dē
us obtinet ō creatura finē queȝ ipe itē
dit ifallibiliter: q2 nulla cā pōt ipediri
quī eueniat qō ipe ordīauit ō creatura
Jmo ɔ̄ regulas loycaleſ. Dicit. n. loycꝰ
prio poſte. ꝛ prio ꝑoꝝ ꝙ ex puris negati
uis nō ſeqˀ ɔcluſio affirmatiua vt ſibi
placet. Phus aūt dicit. ꝙ ex ɔ̄rijs non
ꝓduciſ ɔ̄riū. Jmo deꝰ ex ɔ̄rijs ꝓducit
effectū ɔ̄riū. ut pȝ i Joſeph ō quo ordi
nauit deꝰ ꝙ eſſet dn̄s fratrū ſuoꝝ qō i
telligentes fratres ſui ipȝ uendiderūt
ut eſſet captiuꝰ ꝛ nō dn̄s eoꝝ. Et ex ciꝰ

nē.litōe ſequtū fuit ꝙ fuit dn̄s eoꝝ. Ec
ce q̄uo ex ꝯ̄rijs de⁹ cōcludit ꝓpoſitū ſu
uꝫ. Ad hoc auctoritas Sapi. 7. Sapiaꝫ
ſuple diuinā non uincit malitia creatu
raꝝ. Attingit ergo a fine vſqꝫ ad fineꝫ
fortiter. ⁊ diſpoſuit oīa ſuauiter. Iſtaꝫ
ſapiam hūit beat⁹. vin. ſ. dei volūtate
q̄ꝛ eā cōicauit. iō dr̄ vincentius q̄ſi vin
cens datianū: q̄ꝛ datianus ordiauit ꝙ
morerēt i tormētis. ⁊ q̄n̄ audiuit ꝙ mō
tu⁹ fuerat i lecto dixit. victꝰ ſum⁹. Sꝫ
ex quo i vita nō potuit ipſuꝫ vicere. co
gitauit ipm̄ vincere i morte. ⁊ hr̄e vic
toriā ꝯ̄ corpore. Ecce malitia. Et māda
uit corp⁹ proici i campū a feris ⁊ au-
b⁹ ꝯ̄ſumendū. ſed affuit coruus ⁊ lup⁹
q̄ aues cū feris abigebāt. Credit̄ fuiſſe
angelus. Quo audito. fecit ipꝫ ꝓhijci
in mari cū mola funib⁹ i collo ligata.
Sed nō erit ita: q̄ꝛ ſapia diuina alr̄ or
dinauit. Et dū ſubmerſores redirēt ad
denuntiādū q̄uo ꝓiecerāt in mare. ꝯ̄i
v̄tute corp⁹ delatū eſt ad litt⁹ quoddā.
Et facta reuelatōe cuidā viro fideli. ⁊
cuidā vidue. ꝯ̄currentib⁹ illuc fidelib⁹.
reptum corp⁹ ſepultū ē ab eis in q̄daꝫ
ꝑua baſilica ibi ꝓpe. Ceſſāte aūt rabie
ꝑſecutōis. honorabiliter eū deuotio fi-
deliū extra muros ciuitatis valētie ſe
peliuit. Iō cantam⁹. Vicentē munduꝫ
adorem⁹ dn̄ꝫ. i quo p̄ſſurā mūdi martir
vicit vincenti⁹. Ergo. b. vir. q̄ in ſapia
morabit̄. ſ. diuina. Amen.

¶ In cōuerſione ſancti pauli apl̄i.

Vas electiōis mihi eſt iſte. Act.
9. hodie fit feſtū ꝯ̄ ꝯuerſiōe bt̄i
pauli apl̄i. De nullo fit feſtū cō
uerſiōis niſi ꝯ̄ beato paulo. n̄ ſolū q̄ꝛ fu
it miraculoſa: ſꝫ ēt q̄ꝛ ē peccatorib⁹ fru
ctuoſa. Sꝫ an̄q̄ꝫ ꝓcedat̄ vlteri⁹. ſalutet̄
v̄. ma. Pro breui ꝯ̄claratōe ⁊ materie
itroductōe. ſciendū ē ꝙ p̄ꝛicipale fūda
mentū ⁊ p̄ncipiū ſaluatōis hoīuꝫ. ē ele
ctio ꝯ̄i etn̄a. An̄q̄ꝫ de⁹ creaēt celū ⁊ t̄rā
nec aliq̄d aliō. iā i ſecreto ꝯſiſtōij trini
tatis fuit fcā electio ꝯ̄ ſaluādis tali mō

Tot dn̄i. imꝑatorſ. reges. duces. cōitel
⁊c̄. erūt i m̄do. De iſtis dic̄ pr̄. ⁊ fil⁹ ⁊
ſpūs. s. tot ſaluabūt̄ ꝑ iuſtitiā quā fa
ciēt i ſubditoꝝ correctōe. It̄ tot p̄lati.
pape. cardiales. archiepi. epi ⁊c̄. erūt i
mūdo. ꝯ̄ iſtis tot ſaluabūt̄ v̄tute carita
tis ⁊ dilectōis ſuaꝝ ouiū. It̄ tot religio
ſi erūt. ꝯ̄ q̄b⁹ tot ſaluabunt̄ v̄tute obie
ſuū ordinē ſuando diligēt. It̄ tot cl̄ici
v̄tute ꝯ̄uotiōis. tot diuites v̄tute miſi
cordie. tot pauperes virtute pacie. tot
mr̄es v̄tute honeſtatis ⁊ ꝯtinētie. Ita
iſta electio ē p̄mū fūdamētū ⁊ p̄ncipa
le. ⁊ p̄ncipiū ſaluatōis hominū ⁊ mr̄ꝝ.
iux̄ illō ad eph. i. Elegit nos in ipo ante
m̄di ꝯſtitutiōeꝫ ut eſſem⁹ ſci ⁊ imacula
ti i ꝯſpectu ei⁹ i caritate. q̄ p̄deſtinauit
nos i adoptionē filioꝝ ꝑ ih̄ꝫ xp̄ꝫ dn̄ꝫ nr̄ꝫ
Et iſta electio dr̄ p̄deſtiatio. Et q̄ꝛ bt̄s
Pa. fuit a ꝯ̄o etnal̄r elect⁹ vt eēt ꝯ̄ ma
iorib⁹ ſcis ꝑadiſi iō ꝯ̄ eo dic̄ xp̄ſ i th̄eate
Vas electiōis. i. electū paſſiue. ē mihi
iſte. ſ. paul⁹. Sꝫ q̄ꝛ diuina electio facta
ſ. i etnitate. hꝫ exequtionē i tp̄e. dicam
vobis praticā exequtōis electionis bt̄i
p. prout i epl̄a hodierna ꝯtinet̄. Dicat̄
hiſtoria ꝓut dicit. b. luchas i epl̄a hodi
erna. q̄uo ꝑſequebat̄ xp̄ianos ut lupus
oues. i t̄m̄ ꝙ multi xp̄iani fugerunt de
ierl̄m. Nō erit ſic dixit paul⁹. Ego inſe
quar illos. Vn̄ ꝑſecutio facta ē magna
i eccl̄ia q̄ erat ierl̄mis. ⁊ oēs diſpſi erāt
ꝑ regiōes iudee ⁊ ſamarie poſt apl̄os.
Sequit̄ Saul⁹ aūt deuaſtabat eccl̄iā.
ꝑ domos itrans ⁊ viros ⁊ mr̄es tenu
it i cuſtodia. Dicat̄ q̄uo furijs iuectus
ibat damaſcū. vſqꝫ ſaule q̄d me ꝑſeq̄-
ris. Nō dicit cur ꝑſequeris meos xp̄ia
nos ſiue meos ſuitores: q̄ꝛ tantus eſt
amor xp̄i ad ſuos ſuitores. ꝙ illoꝝ pſe
cutio reputabat ſuā. Sicut. n. boni ꝙ
ſuis ſuitorib⁹ fit amore ſui recipit i ꝑ
ſonā ſuā: ita ⁊ malū. Iō dicet i iuditio
vniuerſali v̄bū Ma. 25. eſuriui ⁊ n̄ ꝯ̄di
ſtis mihi māducare. ſitiui ⁊ nō ꝯ̄diſtis
mihi potum. hoſpes erā. ⁊ nō collegi

ſtis me. nud⁹. ⁊ nõ ↄ̄uiſtis me. īfirm⁹
⁊ ī carcē. ⁊ nõ viſitaſtis me. Tūc r̄ñde
būt ei ⁊ ipi di. Dñe qñ te vidim⁹ eſuriē
tē. aut ſitientē. aut hoſpitē. aut nudū.
aut īfirmū. aut ī carcē. ⁊ nõ miniſtraui
m⁹ tibi. Tūc r̄ñdebit ill' di. Amen dico
uobis. q̄ꝺdiu nõ feciſtis vni ꝺ̄ minorib⁹
his. nec mihi feciſtis. Hic p; q̄ꝺtū hõ d;
cauē ne diſpliceat ſuitorib⁹ xp̄i: q2 ip̄e
recipit in pſonā ſuā; quēadmodu; rex
recipit ī ſe qñ offendit' miles. vl' ei⁹ offi
cial'. Et ꝓ hoc tm̄ timet' ne offendant'
r̄gis officiales. Jō dixit xp̄s. Saule ſau
le: q2 ante ↄuerſionem ſic vocabat'. qd
me pſequeris? Ecce amor quem portat
xp̄s xp̄ianis. Et paulus tremens ac ſtu
pens dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego
ſum ih̄s nazarenus quē tu pſequeris.
dur; ē tibi ↄ̄ ſtimulū calcitrare. Hic no
ta ꝙ paul⁹ ante ↄuerſionē ſuā habebat
q̄ttuor credētias. ſeu opiniões ⁊ errores
ↄ̄ dñm nr̄m ih̄m xp̄m.

Pr̄ia q2 nõ credebat ip̄m eē deū ſ; pur;
hominem.

Scd̄a ꝙ n̄ erat ſaluator m̄di ſ; ↄ̄ceptõ.

Tertia ꝙ n̄ ſurrexit a mortuis.

Quārta ꝙ n̄ erat iudex malo; ⁊ bono;.

Sed xp̄s ī reſponſione ſua informauit
paulū qñ dixit. Ego ſu; ieſus nazaren⁹
⁊c̄. ⁊ extirpauit ab eo iſtos q̄ttuor erro
res ⁊c̄. Primū qñ dixit. Ego ſum. qd̄ ē
nomē diuinitatis: q2 ꝓprie deus hab;
eſſe. Noſtrū aūt eſſe nobis a deo ē cõi
catū. Jō nõ d; dici eſſe. ſicut nullus d;
dici diues ꝺ̄ pecuniis mutuo acceptis
Totum. n. eē noſtrū mutuatū eſt a ꝺo.
Ideo ꝓprie loquēdo null⁹ h; eē niſi de
us. Ideo legim⁹ exo. 3. ꝙ quādo de⁹ vo
luit mittere moyſen vt liberaret ppl'm
iſrl' ꝺ̄ egipto. dixit ſibi moiſes. Si dixe
rit mihi qd̄ eſt nomē ei⁹. qd dica; eis?
Dixit dñs ad moyſen. Ego ſum q ſum.
Sic dices filijs iſrl'. Qui ē miſit me ad
vos. Ecce q̄re r̄ñdit paulo. Ego ſu;. Et
dicit Auguſtin⁹ ī libro de vidēdo deū.
ꝙ xp̄s oñdit tunc paulo diuinā eſſentiā
⁊ diuītatē. Scd̄m errorē ab eo extirpa

uit. quando dixit ih̄s. qd̄ idem eſt ꝙ
ſaluator: ſibi oſtendens clare ꝙ null⁹
poteſt intrare paradiſum nec ſaluari:
niſi ſibi credendo. ⁊ obediendo. Cõtra
tertiū errorem dixit. Nazaren⁹. i. flori
d⁹: q2 eius corp⁹ in reſurrectione ſua
glorioſa floruit. 4. florib⁹ pulcerrimis.
Prim⁹ ē impaſſibilitas. Scd̄s eſt ſubti
litas. Terti⁹ eſt leuitas ſiue agilitas.
Quart⁹ eſt claritas. Jō dixit nazaren⁹.
Quārtū errorē extirpauit cū dixit. dur;
ē tibi ↄ̄ ſtimulū calcitrar'. Stimul⁹ eſt
ſentētia dura quā dabit vt iudex vniuẽ
ſal' bono; ⁊ malo;. qñ dicet malis illõ
Mat. 25. Diſcedite a me maledicti. Tē
paul⁹ tremēs ac ſtupens dixit. Dñe qd
me vis facere. ſ. ut poſſim ſaluari? Nõ
enī video clare errores in qb⁹ era;. Et
dñs ad eū. Surge ⁊ ingredere ciuitatē
⁊ dicet' tibi qd te oporteat facere. Sur
rexit āt Saul⁹ ꝺ̄ t̄ra. apertiſq; oculis ni
hil videbat. Tāta fuit claritas q̄ eū cir
cumfulſit. ꝙ pdidit viſum ac ſi diu ho
mo aſpicēt ſolē amittēt viſum. Ad ma
nus aūt illū trahētes. ſ. viri q comita
bant' cū illo q ſtabāt ſtupefacti. itrodu
xerūt damaſcū. ⁊ erat ibi trib⁹ diebus
nõ videns. ⁊ nõ māducauit neq; bibit
Dicūt doc. ⁊ magiſter hyſtor. ꝙ ill'. 3.
dieb⁹ didicit ⁊ uidit ī ſcola pađiſi quic
qd poſtmodū p̄dicauit. Interī aūt xp̄s
appuit cuidā diſcipulo ſuo in damaſco
exiſtēti. q dicebat' Ananias. Et dixit
ei. Anania. Et ille. Ecce ego dñe. Ait
illi ih̄s. Surge. ⁊ vade ī uicū q vocat'
rect⁹ dito. ⁊ quere in domo iude ſau
lū noīe tarſenſem. Et timuit ananias
d. Dñe audiui a multis ꝺ̄ viro hoc q̄ꝺta
mala fecerit in yl'rm Jam noli me mit
tere ad lupum illū. Tunc dixit dñs ad
eum. Uade qm̄ vas electionis eſt mihi
iſte ut portet nomen ⁊c̄. Quia ſicut in
vaſe auri vel argenti portantur ⁊ pre
ſentantur fructus dñis: ita iſte porta
bit nomen meum coram regibus ⁊c̄.
Perficiat' hiſtoria ep̄le concludendo
thema. Uas electionis ē mihi iſte. Ec

ce electio eterna quõ fuit executa tem
poraliter.

Quantũ ad ꝫm dico ꝙ ĩ ꝯuerſione btĩ
p. oſtenditur mod⁹ cõuenientiſſim⁹ cõ
uerſionis peccatoris ad deũ. Ideo ec-
cleſia facit feſtũ ſolum de iſta ꝯuerſio
ne pauli. Et ſunt. 7. modi quib⁹ pecca
tor conuertitur ad deum vt paulus.
Prim⁹ modus ẽ illuminatio diuinalis
ſ. qñ peccator ꝯuertit̃ ad deuꝫ ut paul⁹
a deo ſubito illuminat̃: q2 peccator ꝗ
diu exiſtit ĩ peccatis cecus eſt. Non. n.
videt illud piculũ in quo ẽ. Sicut. n. il
le qui trãſit p vicum. ⁊ modo cadit. vł
trãſit p lutum. modo iter lapides. mõ ĩ
ter vepres cecus eẽ iudicat̃. quia ſtatĩ
dr̃ vere ille ẽ cec⁹: ita de peccatore trã
ſeunte per viam hui⁹ vite. mõ. n. cadit
in luto. ſ. ĩ peccato fetẽtis luxurie: mõ
inter ſpinas pungẽtis auaritie: modo ĩ
ter lapides iracundie ⁊ malitie. Ideo
ſcriptura ſacra iudicat tales cecos So
pho. i. Ambulabũt vt ceci. q2 dño pec-
cauerũt. Ideo neceſſaria ẽ lux diuina
illuſtrans mentẽ peccatoris. Iſto lũi
ne illumĩatur peccator quãdo dicit in
tra ſe. O miſer quot ãnis fui ĩ luto lu
xurie. vł auarus ĩ ſpinis auaritie ⁊c̃.
O miſer quid erit de me ⁊ de aĩa mea?
Et ſic qñ diuinũ lumẽ irradiat ꝯſciẽtiã
eius. tũc cognoſcit ſua peccata: q2 lux
nãlis itellect⁹ nõ ſufficit. nec ẽt lux ſci
entie acqſite. Sꝫ lux diuina ẽ neceſſa-
ria. hoc oñdit̃ in ꝯuerſione apłi pa. cũ
dicitur. Et cũ iter faceret. ꝯtigit ut ap
propiquaret damaſco. Et ſubito circũ
fulſit eũ lux ð celo. Nõ lux ð celo. ñ di
cit de itellectu nãli ſeu hũano ingẽio.
Iſte mod⁹ ꝯuerſiõis ẽ multũ dulcis. ſ.
qñ dñſ illũinat ſbito peccatorẽ ĩ domo.
cãera. vł lecto vł ĩ via exiſtentẽ. vt co
gnoſcat peccata ſua di. O miſ ⁊c̃. Iſtð
lumẽ petebat dð qñ orãdo dicebat. Il
lumĩa oculos meos. ne unq̃ obdormiã
ĩ morte ⁊c̃. Scðs mod⁹ ẽ hũiliatio vel
deiectio tpał. Qñ. n. pſone pompoſe q̃
nõ curãt niſi ð mũdaniſ. O dic̃ de⁹. iſti
alio mõ ĩdigent ⁊ facit eis pdẽ bõa tpa
lia. amorẽ dñoꝝ ĩ qb⁹ ꝯfidebãt. ⁊ tũc ꝯ
uertunt̃ ad dñꝫ: q2 ałs nõ curarent de
ðo. Iõ dic̃ dð. Imple facies eoꝝ igno.
⁊ q̃. nomẽ tuũ dñe. Oꝗ bñdicta ẽ taliſ
adũſitas ſeu tribulatõ. paupṫatiſ. ĩfirmi
tatiſ. atqꝫ pſequtõis dñoꝝ. q̃ ꝯũtit pcto
rẽ ad deũ. Iſte mod⁹ oñdit̃ ĩ pau. q ibat
furijs ĩuect⁹. ⁊ toto pectore virus efla
bat. Et cadẽs ĩ trã. ex pſequtore fact⁹ ẽ
vas electõis. d. Dñe. qd me vis facer̃.
Ecce quõ ex aduerſitate fuit ꝯuerſ⁹ ⁊c̃.
Terti⁹ mod⁹ ẽ rephẽſio frĩnał. Sũt. n.
aliq q nec pzio. nec ꝫo mõ ꝯuertũt̃: q2
de⁹ ñ executat̃ ea ĩ eis. ſꝫ qñ aliqs. ut a
mic⁹. ſiue ſoci⁹. pr̃. ł vicin⁹. dulcit̃ cõ
rigit amicũ ſociũ. frẽꝫ ł filiũ. d. hoc dr̃
ð vob. iã gẽtes obloqunt̃ ð vob. iõ amo
re dĩ cõrigatis voſ. Iſto mõ mł'ti ꝯũtũt̃
ad xpꝫ Dix̃ ãt xpſ. ma. i8 Si ãt peccavit
ĩ te fr̃ tu⁹. vade ⁊ cõripe eũ iṫ te ⁊ ipm
ſolũ. Iſte mod⁹ oñdit̃ ĩ pa. qñ corripiẽ
do eũ dixit xps Saule ſa. qd me pˢ ⁊c̃.
Quart⁹ mod⁹ ẽ oñſio iudicial̃. ſ. qñ de⁹
p ſe ĩuiſibilit̃ ł p os alicui⁹ ſui ſci ⁊
deuoti hois oñdit. ſibi rigorẽ iuſtitie. d.
ſi vis pſevar̃ ĩ iſta malitia ſeu mala vi
ta. qd dices ĩ iudicio. ⁊ qd rñdebis xpo
dicẽti. qd feciſti ꝓ me. oñdẽs vulnera
⁊ dicẽs. Ecce qd ego feci ꝓ te: Cogno-
ſcis iſta vulnera: videam⁹ qd tu feciſti
ꝓ me. Quid dices miſ q mõ ſtas ĩ pec
catis ⁊ nih boni facis: Quõ euades pe
nas ĩferni: Tales oñſiões iudiciales fa
ciũt ꝯuerti mł'tos. Ipi. n. ꝯfitent̃ ⁊ fa
ciũt pñiaꝫ ⁊c̃. vt poſſint oñdẽ ĩ iudicio
aliqd. Iõ dic̃ dð ps. 9. Cognoſcet̃ dñs
iudi. faci. iop. ma. ſuaꝝ ꝯ. ẽ peccator.
Cõuci tãt̃ pe. ĩ ĩfernũ ⁊c̃. ſ. p cogitatio
nẽ. Iſte mod⁹ oñdit̃ ĩ pa. qñ xps oñdit
ſe pa. ĩ forma iudiciali. quẽadmodũ dꝫ
ſtare ĩ iudicõ ĩ die iudicij. qñ dixit ſibi:
Durum eſt tibi ⁊c̃. Et ſtatim dixit. Do
mine quid me v. fa. Quint⁹ ẽ Inſtruc
tio doctrinalis. ut predicatio ad quam

multi veniunt peccatores ⁊ in magnis peccatis ĩuoluti. ⁊ redeũt cõuerſi ad d̃ um. Quia ĩ p̃dicatõe qñ predicator ſe/minat bõas doctrĩas pecõres cognoſ/cũt ſuá malá uitá ⁊ dicũt. O miſer ⁊c. Sic ẽ ꝟʒ hoc qđ dic̃. ĩ malo ſtatu ſũ ego Et iſto mõ conuertũtur plures ꝙ̃ alijs ſupradciſ. Jõ dicebat apl̃s ad ro. i. Nõ eñi erubeſco euãgeliũ. uirtus. n. dei ẽ ĩ ſaluté oĩ credẽti. Nõ. ñ erubeſco euá geliũ. Sic illi qui magis curát de poe tis ꝙ̃ de euãgelijs. Doctrina poetarum nemieʒ ſaluat. Jõ predicatores euáge lice doctrĩe. ſingularé coroná hñt ĩ pa radiſo. Jſte modus cõuerſiõis oſtẽſus ẽ ĩ pa. cũ dixit ei xp̃s. Surge ⁊ ĩgredẽ ciuitaté ⁊ dicet̃ tibi qđ te oporteat fa/cer̃ ⁊c. Si ſaulus voluiſſet dicere. dñe oñdatis mihi vos qđ debeo facer̃. Cur me ad aliũ remittitis: Dixiſſet ihs. Ua de: qꝛ ĩ te do ĩſtructõem xp̃iáis ut quo tu iuiſti. ita ⁊ ipſi faciát ⁊ ĩſtructiõem hẽant. Nõ. Jlla ciuitas ad quá xp̃s re miſit paulũ di. Surge ⁊ ĩgredere ciui. ⁊c. dicebat̃ damaſcus q̃ ĩterpretat̃ ſá guinoſa. ⁊ ſignificat eccl̃iá vbi xp̃i cor pus ⁊ ſanguis cõficit̃ ⁊ ſumit̃. Qñ er go dixit ĩgredere ciuitaté. i. eccl̃aʒ ad audiẽdũ miſſam ⁊ ſermones. Jbi. n. di cetur tibi qđ te oporteat facer̃. Sext⁹ modus ẽ exẽplũ vite virtual̃. Qñ. n. vi dent ꝙ aliqui tenent boná vitá ⁊ ſcáʒ ẽt ſi nõ loquátur p̃dicãdo exẽplo tñ il lor̄ multi ꝯuertũtur. Dicat̃ hic exẽplũ de cõuerſiõe cuiuſdá pricipis latrõuʒ ĩ quadá via ad predãdũ exiſtẽtis. Qui daʒ. n. ſcũs abbas volẽs ipſum ad xp̃ʒ cõuertere. iuit ad eum. ⁊ ſtatim capt⁹ eſt. vt euʒ denudaret. Abbas ṽo inter rogauit eũ de quo viueret ĩ tali herẽo O dicit abbas cũ magno labore ⁊ peri culo viuitis. Si vultis venire mecum ad monaſteriũ ꝓuidebo uobis opulen ter. Jlle timens de captõe nõ audebat ire. Sed abbas ipſuʒ aſſecurauit. ⁊ ſe quutus ẽ eũ. ⁊ dedit illi optimá camerá ⁊ unũ monachũ deuotiſſimũ ĩ ſeruitia

lẽ vt ſeruiret ei. dans ſibi. ⁊ miniſtrãſ ꝗcquid volebat. ſ. galinas. capones. ⁊ ſil̃ia. Et poſtꝙ̃ ipſe erat pranſus mona ch⁹ ille ſeruitor ſuus corá eo comede/bat pané ⁊ aquá. Jtẽ qñ ipſe iacebat ĩ lecto. ſemꝑ orabat genib⁹ flexis cũ la chrymis ⁊c. Uñ accidit ꝙ poſt m̃ltos dies ille capitãe⁹ dixit fratri. Et qualẽ vitá tenuiſtis vos ĩ mũdo: qꝛ tantá pe nitẽtiá facitis: Rñdit frater ꝙ fuit ma gnus peccator. Et ille. He dicatis mihi ĩ qbus peccaſtis. Et fr̃. Jn multis. Do mine dicatis mihi ſi vobis placet. Ego dicá. Riſi exceſſiue ſparſi oleũ d̃ lucer na. ⁊ ſic de ſil̃ibus. Capitane⁹ rñdit. O miſ. Et qđ erit de me q tot hoies p̃/datus ſũ. ⁊ ĩterfeci eoſdẽ: qꝛ vos d̃ tá ꝑuis peccatis facitis tátá pñiaʒ. De ce tero volo viuere vt vos. ñ detis mihi amplius capones nec galinas nõ pare tis mihi lectũ ⁊c. Et ſic fuit exẽplo illi⁹ ꝯuerſuſ ad deũ. Jõ dicit Jſidorus de ſummo bono. De⁹ nõ reſpicit q̃les ãte vixerim⁹: ſed quales ĩ fine erim⁹ ⁊c. Et grego. dicit Plus mouent exẽpla. ſ. bõe vite. ꝙ̃ ṽba. Forte ſi aliqs centum ãnis p̃dicaſſet illi. ñ ꝯuertiſſet eũ: ⁊ in exẽplo bõe vite ꝯuerſus ẽ. Legit̃ ẽt ꝙ tp̃e b. petri apl̃i qñ ipſe p̃dicabat ĩ ro/ma aliq̃ m̃lres iá ad xp̃m ꝯuerſe hẽbát viros ꝑuerſoſ. ⁊ petierát ꝯſiliũ a petro qđ poſſent facẽ vt poſſẽt eos ꝯuerter̃. Quib⁹ oñdit petr⁹ mõʒ. d. prĩe petri. 3. M̃lres ſb̃dite ſint viris ſuis. vt ⁊ ſi q ñ credũt ṽbo ꝑ m̃lier̄ ꝯuerſatõeʒ ſine ṽbo lucrifiát. Jſte mod⁹ oñſus fuit in paulo. qñ ad man⁹ eũ trahẽtes ĩtrodu xerũt damaſcũ. Man⁹ ſĩgificát opa: qꝛ cũ máib⁹ opamur. Jõ dic̃. Ad man⁹ il lũ trahẽtes. Jn quo innuit. ꝙ exemplo operum trahunt̃ peccatões ad deum. Septius mod⁹ ẽ afflictio pñial̃ dicẽdo Dñe. lʒ ſim mal⁹ ⁊ pecõr tñ ſpero ꝙ ex iſta pñia exhibetis me de pcõ. ⁊ ꝯuerte/tis me ad boná vitá. Jõ lʒ hõ ſentiat ſe eẽ ĩ pcis. nõ dʒ pñiam dimittere. quia diſpoſitiua ẽ ad cõuerſioné ⁊ finaliter

ad ſaluationē iuxta v̄bū xp̄i. Mat. 3.
Pn̄iam agite appropiquabit .n. regnū
celoꝝ. Iſte modus oſtendit̄ in cōuer-
ſione b. pauli .q tribus diebus nō mā
ducauit nec bibit. Qualis afflictio pe
nitētialꝭ. Signū fuit ꝙ ex pn̄ia deꝰ du
cit peccatorē ad cōuerſionē ⁊ finalem
ſaluationē. Ecce quare eccl'ia facit fe
ſtum de cōuerſione b. pauli. Nō ſolum
quia fuit miraculoſa: ſed ēt peccatori
bus fructuoſa. ⁊c̄. Amen.

In feſto purificationis v̄. marie.

Dies purificatiōis marie luc. 2.
Iſtud pn̄s feſtum eſt ꝺ maiori
bus totius anni. Ratio. q2 tres
ſunt gradus ſanctorū de quibus faci-
mus feſtū. Primus ē ꝺ perſona emine
ti .i. alta. Secūdus maior. ſ. de pſona
ſancta excellenti. Tertius maxius. ſ.
de perſona ſancta trāſcēdēti. De p2io
gradu fuit quilibet apl'oꝝ. petrꝰ. pau.
⁊c̄. Joh. baptiſta. Martires. cōfeſſores
⁊c̄. Jō coꝝ feſta ſunt magna. De ſc̄ꝺo
gradu ē virgo maria. que nō ſolū ē ſā
cta. ſed habet excellētiā ſuper oēs ſan
ctos: Jō eius feſta ſunt maiora. In ter
tio gradu ē ſolꝰ xp̄s. qui trāſcēdit oēꝫ
altitudinē creaturaꝝ. Ideo eius feſta
vt natiuitatis. epiphanie. pn̄tationis.
reſurrectionis ⁊c̄. ſunt multo plus ma
iora. Iſtos tres gradus ſc̄ōꝝ inuenio
ī feſto hodierno: q2 hodie fit feſtū ⁊c̄.
De ſymeon ſancto eminenter.
De virgine ſcā ſup omnes excellēter.
De xp̄o ſanctiſſimo tranſcēdēter. Qui
hodie ī templo fuit pn̄tatus a virgīe
maria. Sicut modo mulieres pꝰ ptum
veniūt ad eccl'iam cōpletis. 40. diebꝰ
Jō iſtud feſtum habet tria nomina.
Inquantum ē ſymeonis. dicit̄ dies ob
uiatōis ſymeonis. inquātū ē ihū xp̄i.
dicit̄ dies pn̄tationis. iquātū ꝺo ē dies
virgīs marie. Intitulat̄ dies purgatō
nis marie. Et q2 ſp̄ali' hodie fit feſtuꝫ
de virgine maria. Jō ſingulariter dic̄
thema. Dies purgatiōis ⁊c̄. Jō p2imo
loquar de virgine. Secundo de xp̄o.
Tertio de ſc̄ō ſymeone.

Quātum ad p2imū inquātū pn̄s feſtuꝫ
tangit virginē. dicit̄ dies purgationis
marie. Qn̄ auditis iſtud nomē purga
tio: nō itelligatis ꝙ virgo maria indi
geret purgatiōe: q2 nunq̄ȝ peccauit ali
quo modo. nec corde male cogitādo.
nec ore vane loquēdo. nec corpore ma
le operādo. Imo fuit purior ſole. ītm̄
ꝙ ſp̄ūs ſc̄ūs de ea philocaptus de ſua
puritate fecit vnā cantilenaꝫ dicens.
Cāticoꝝ. 4. Quā pulcra es amica mea
q̄ȝ pulcra es. Oculi tui colūbaꝝ abſqꝫ
eo ꝙ itrinſecus latet. Et ifra. Tota pl'
cra es amica mea. ⁊ macula nō eſt ī te.
Nō ꝙ q̄ȝ eſt dictio admirātis. Et dicit̄
ter pulcra: q2 pulcra fuit in anima. q2
nūq̄ȝ hūit malā nec vanaꝫ cogitationē
Secus de nobis miſis. Sc̄ꝺo pl'cra in
ore: q2 nūq̄ȝ vane vl' ocioſe ſeu īdiſcre
cte loquuta fuit. Nos ꝺo nō ſic. quia n̄
habemꝰ os pulcrū. Tertio pulcra ī toto
corpore: q2 ſine omni ꝺfectu ⁊ negligē
tia. tempata in cibo ⁊ potu. diligēs in
ſeruitio dei. Secus ꝺ nobis. Quare er
go dic̄ thema. Dies purgatōis marie.
Iſtam qōnem declarat ſc̄ūs Lucas in
euāgelio hodierno di. Dies pur. marie
ſtati dixit. ſm̄ legē moyſi. ⁊ nō dixit ſꝫ
pſonā ſuā: q2 nō idiguit. Mō videamꝰ
q̄ lex ē moyſi quā dedit mĺrib' pietibꝰ
maſculos. Dic̄. n. leui. 12. Mĺr q̄ ſuſce
pto ſemie. Nō ꝙ n̄ tangit virginē ma.
peperit maſculū imūda erit. 40. diebꝰ
nec igredict̄ ī ſanctuariū donec imple
ant̄ dies purgatiōis ſue. Queſtio ē hic
qr̄ deus ordinauit iſtam legē. Nunqd
eſt peccatū generare filios ī ſtatu ma-
trimonij? Nō. Multe rōnes aſſignant̄
a ſanctis doctoribus ſꝫ unā ſolaꝫ volo
ꝺclarare. Rō illius .l. ē. Oīa p̄cepta le
gis reducūt̄ ⁊ ſcludunt̄ in. 10. p̄ceptis
decalogi. que frangunt̄ 4. ſ. operatōe
ommiſſione. loquutione. ⁊ cogitatione.
⁊ quater decies. faciunt numeruꝫ qua

dragenariū. Mulieres aūt ī cōcipiēdo portādo. parturiendo. ꝛ nutriēdo. iſtis quattuō modis peccant ꝯtra diuina p̄cepta. Jō prohibuit lex. ne mulier pariēs maſculū ante quadrageſimū die; īgrederetur tēplū. Jō fuerunt dies purgationis. Primo dico ꝙ mulieres peccant opatione in concipiēdo. Nam deꝰ ordinauit actū generatiōis ad cōſeruatione; humane nature. Et multotiens nō mouētur ad eā niſi ſicut equꝰ ꝛ mulus. canis vel porcus. ſm carnis ſenſualitatē. cū tñ deberent p̄dicatoris intentionē hēre cum p̄dicat. vt cōuertat gentes ad deum. vt paradiſus ipleat filijs dei. Jta genitores debēt hēre itētionē generādi filios p paradiſo. Uirgo aūt maria nō peccauit opatione: qꝛ non ab hoīe. ſed a ſpūſancto cōcepit. q formauit illud cōpus dñi nr̄i ihu xp̄i vt formatur granū infra auelanā. vel amigdalā. Jō eccl'ia cātat. Non ex virili ſeīe ſed miſtico ſpiramine. Ūbum dei factū. caro fructꝰq; vētris floruit Secūdo peccant mulieres ommiſſiōe portando: qꝛ ſi primo faciebāt pniā;. oratōnes. ieiunia. peregrinatōes. ꝛ huiuſmodi. qñ ſunt grauidē totū dimittūt Et licet ſint ſatis faſtidioſe. Tñ ipſe ſe faciunt plus faſtidioſas. ꝛ magis delicatas ſe fingūt. Sed virgo maria in h̄ non peccauit aliqd cōmittēdo: qꝛ dicit Bern̄ ī. ꝙ erat grauida ſuī grauamīe Jmo pregnatus portatꝰ portabat ea;. Sicut de nube que nō pōt eleuari. ſed quādo radius ſolis tāgit eam eleuatur ꝛ ē magis leuis. Jta radius ſolis eterni in vtero virginis exiſtēs. Jō non dimittebat aliquid de ſuis deuotōnibꝰ Jmo plus faciebat. Quēadmodū ſacēdos quādo portat cuſtodiā. i. vas vbi eſt cōpus xp̄i. eſt deuotior. ita virgo q̄ cuſtodia erat tunc corporis xp̄i. Tertō mulieres peccant loqutiōe parturiēdo Qñ. n. ſentiunt dolores partus dicūt multa ūba vana ꝛ īdiſcreta. Cū tñ deberēt recurrere ad xp̄; dicēdo. Jhs. Et ad ūginē mā. q̄ ſiñ dolore pepit. ꝛ ēt ad ſcōs dei. Jpſe āt aliq̄ maledicunt eūā. Alie viros. Ala dic. n. Si nō euada;. ñ mi tornare. Alie clamāt vt captꝰ. tñ debēnt dicē ihs ihs. S; virgo maria ī h̄ nō peccauit: qꝛ ſine dolore ꝛ miſeria pepit. ſicut radiꝰ ſol' trāſit p feneſtra; vitreā ſine ruptura. Jmo pl'criorē reddit eā. Jō yſa. 35. Germinās germiābit ꝛ exultabit letabūda ꝛ laudans. Glīa libani data ē ei. decor carmeli ꝛ ſaron Quarto mſ'res peccant cogitatione nutriēdo. n. cogitāt. Mō hēo hr̄dē. mō ſum dña. mo lo ſi vir dicat mihi buf. ꝛ ego dicā sibi baf. Cū tñ deberēt eē in magno timore. dicēdo O dñe. vos dediſti s mihi iſtū filiū. qd ſcio nō quid erit de iſto filio meo. Si erit malꝰ hōtal'r vt me iterficiat. vel ꝙ faciat aliqō malū vt ſit ſuſpēſus. ꝛ final'r damnatus. S; ūgo ī hoc nō peccauit. Sciebat. n. ſcripturas. Jō qñ ī ptu ipſa vidit mirabilia q̄ fcā fuerūt. cogitabat ſuā paſſionē. Jō dicit lucas. luc. 2. Maria cōſeruabat oīa ūba hec: conferēs ī corde ſuo. Qñ vidit puer ibm natu; ꝛ nudū. Cogitauit in corde ſuo. d. heu mihi miſera. Sic filꝰ meꝰ erit ī cruce nudꝰ. Deinde pānis eū īuoluit cogitās ꝙ ſic corpus eiꝰ inuolueretur ſyndone ī ſepultura. Deide poſuit eū ī pſepio in medio duoꝝ aīaliū. Cogitans ꝙ ſic ſuſpenderet ī cruce ī medio duoꝝ latronū. P; ergo ꝙ ū. ma. nl'lo nō peccauit nec cōcipiēdo opatione. nec portando ommiſſiōe. nec pariēdo loqutōne. nec nutriēdo cogitatiōe. tñ voluit hūiliari ad ſeruādū legē moyſi. ac ſi eēt imunda ꝛ peccatrix vt cetere mulieres. Recte dicit b. bernardꝰ. ꝙ fuit ſimul' filio ſuo: q voluit circūciſionē ſcipe ad quā nō tenebat: qꝛ dabat ī ſignū peccati. vt ſcidūtur aures latroni ī ſignū furti. Jta virgo voluit ſeruare iſtā lege; ad quā nō tenebat. Dicit pratice quō

fuit ab ea leḡ iſta ſuata. qꝛ ī. 40. die
a natiuitate filij ſui vt ē dies hodierna
venit ad tēplū dñi ī quo ſeorſu; ſtabāt
mulieres nobiles. generoſe. ⁊ diuites
⁊ ſeorſu; ſimplices. ⁊ paupes. ⁊ ſeorſū
virgīes. Uirgo aūt maria ī igreſſu tē-
pli reſpexit. cogitans q̄b⁹ ſe aſſociaret
Et lꝫ eēt nobil̄ ⁊ generoſa de gn̄re dd.
tñ erat paup ⁊ ſimpl̄r induta: qꝛ totū
patrimoniū dederat amore dei. ⁊ totū
auꝝ qd̄ ſibi obtulerāt reges oriētis. ⁊
volebat viuere manib⁹ ꝓpriis. Jdeo ſi
iūgeret ſe mulieribus diuitib⁹. potuiſ
ſent ſibi dicere ille vadatis cū paribuſ
vr̄is. Bn̄dictus de⁹. Uxor viri⁹ paupis
carpentarij. vult ſe nob̄ iūgere. Si cu;
virgibus lꝫ fuiſſet virgo. dixiſſent ſibi
Et vos q̄ hētis filiū ⁊ viꝝ venitis nob̄
cū. Et vnde hoc ⁊c̄. Jō poſuit ſe cum
ſimplicibus ⁊ paupib⁹ mł̄ibus. Et fuit
cōpleta q̄dā prophetia quā ꝑdixit ſpūs
ſcūs. p os ſalomōis. d. Cātico. 2. Sicut
lilium ſuple. ē īter ſpinas. Sic amica
mea. ſuple ē īter filias. Sicut mal⁹. ſ.
arbor pomi. īter ligna ſiluaꝝ. ſic dilec-
tus meus inter filios. hēm⁹ hic exē-
plum humilitatis. Tñ mō quilibet ſe
īgerit ante. Quilibet vult ſedere ī ca-
pite cōuiuij ⁊c̄. Et iō virgo maria re-
gina paradiſi. ponebat ſe retro. Jdeo
ē exaltata ſup oēs ꝓp humilitate;. Uñ
ipſa dixit ī cantico. Quia reſpexit hu-
militatē ancille ſue. Nō dixit caritate;
nec virginitatē. Ecce. n. ex hoc btām
me dicēt oēs generati. Jtē nō aliā ma
gnam humilitatē ī v̄gine maria. qꝛ di-
cit euāgeliū hodiernū. vt facerent ſꝫ
cōſuetudinē legis pro eo. Conſuetudo
enī; legis erat vt pꝫ leui. 12. ꝙ qñ poſt
partū in 40. die mł̄ier veniebat ad tē-
plū. flexis genibus corā ſacerdote dice
bat. Ecce dñe oblatio mea. offeratis p
me ſacrificium. vt deus remittat mihi
peccata que cōmiſi cōcipiēdo. portan
do. nutriēdo. ⁊ ꝑiendo. Sacerdos aūt
recepta oblatōe ⁊ ſcō ſacrificio dabat
mulieri bn̄dictionē. ⁊ recedebat mł̄r.
Jſta; cōſuetudinē voluit virgo ma. ho
dierna die ſuarē veniēs ad tēplū dī. ſacē
doti. nō ſymeōi: qꝛ ñ legit̄ ī textu ipm
fuiſſe ſacerdotē. ſꝫ hoīem ſcū; ⁊ iuſtu;
hodie ē 40. dieſ ꝙ pepi hunc filiū ⁊. 8.
die fuit circūciſ⁹. ⁊ vocat⁹ fuit ihs. Et
dedit ſibi oblatōem. par turtuꝝ. aut du
os pullos colūbaꝝ. d. ꝙ oraret pro ea.
O maxia hūilitas. Sāctiſſima dicebat
peccatori. Ora pro me. Et ſacerdos nō
cognoſcebat eā. Melius cognoſcebat
eā yſa. q ī. 7. c. dicit. Ecce virgo conci
piet ⁊ pariet filiū. Tūc fuit cōpleta ꝓ-
phia ſalomonis. d. ī ꝑſona virgis cāti.
.1. Nigra ſum ſed formoſa filie yerl̄m
Nolite me cōſiderare ꝙ fuſca ſim: qꝛ
decolorauit me ſol. Uirgo aūt erat ni
gra ocul̄ ignaris eā nō cognoſcentib⁹
ſed erat formoſa āgelis dei. Nolite me
cōſiderare ſuple deſpiciēdo: qꝛ decolo-
rauit me ſol: qꝛ ardō diuini amoris ſic
eā hūiliari faciebat ſuple icedēdo. Jō
pōt dicere nob̄ illud. Mat. xi. Diſcite a
me. qꝛ mitis ſum ⁊ humil̄ corde.
Quātu; ad ſm̄. Jnq̄rtū hoc feſtū tāgit
dn̄; nr̄; ihm xp̄;. īticulatē dico ꝑificatōis
ihu xp̄i. Nō itelligatis ꝙ xp̄s indigeret
ꝑificatōe: qꝛ nuq̄ꝫ fuit elongat⁹ a dō pre
nec vnq̄ꝫ fuit abſens. imo ſic ſol mittit
ad nos ſuū radiū. ⁊ tñ ſemp ē cū ſole:
ita de xp̄o. Nos aute; peccatis elonga
mur a deo: ideo indigem⁹ ꝑificatōe: xp̄ſ
aūt ſemp fuit pn̄s pr̄i ēt in vtero virgi
nis exiſtēs dō die ⁊ ēt de nocte. Jdeo di
cebat pr̄ ad eū luc. 15. Tu fili ſp mecu;
es. licet miſim te in mūdū ad illuminā
dū in fide euangelica. calefaciendū. in
amore dī. ⁊ fructificādū ī bonis opib⁹.
Jdeo hodierna die xp̄i ꝑificatio nōn fuit
neceſſitatis ſꝫ hūilitatis. ſic v̄gis mr̄is
purificatio ſiū purgatio. Uoluit. n. xp̄s
ſuarē legē ꝑificatōis dicētis. Exo. 13. Sci
fica mihi oē priogēitū qd̄ apit vuluam
in filijs iſrl̄ tam de hominib⁹ q̄ꝫ de iu-
mētiſ. Mea ſ. n. oia. Nō lrāl̄ hui⁹ legiſ

ſt: qꝛ in egreſſu filioꝝ yſrael de terra
egipti. occidit dn̄s omne pꝛiogenitum ī
terra egipti a primogēito hoīs vſqȝ ad
primogenitū iumētoꝝ. Sed rō moral
ē iſta. Sicut. n. inter virum ꝛ vxorem
fit matrimoniū ad ꝓles generādas ſic
īter ſpūm ꝛ carnem ē quaſi mr̄imōial
cōiunctio ad generādas pꝛoles. ſ. act⁹
virtuoſos ꝛ opa meritōia: qꝛ caro ſine
ſpiritu nihil valet. Nā carnē mouet ſpi
ritus ad opa virtutū ꝛ meritoꝝ exer-
cēda. que ꝓles dicūr. Dō. Filij tui ſicͤ
nouelle oliuaꝝ in circuitu menſe tue.
De iſtis filijs. ſ. actibus uirtuoſis. De⁹
vult primogenitū ſibi offerri. Sȝ quis
ē pꝛimogenitus? Regula e phie ꝙ illō
qō ē vltimū in exequtōe. ē pꝛimū in in
tētōe. pꝛimogenitus ergo ē actus pꝛīe
intētiōis erga deū. v̄. g. Qr̄ hodie ve-
niſtis ad miſſam? Que fuit veſtra pꝛīa
intentio? Si dicitis ꝑꝑ honorem dei ꝛ
virginis. ꝛ ꝑꝑ oꝛdinatōem eccl'ie. tūc
bene ſtat. qꝛ primogenituȝ offert deo.
Si vero dicas. veni ad eccl'iam vt vi
deam mulieres ꝛc̄. tūc pꝛimogenitum
offert dyabolo nō deo. Jdeo vos bona
mulier. qr̄ vaditis ad miſſam. cōpleto
riū. veſperas ꝛc̄. ſic oꝛnata ꝛc̄. Dn̄e ꝑꝑ
honorem dei. Pꝛimogēitū dat deo. Si
vero vt videat ꝙ ē pulcrioꝛ mlr̄ tunc
dat pꝛiogenitū dyabolo. Jdem de el'ya
ſi datis eā ītētōe vanegl'ie ꝛ huiuſmōi
pꝛiogēitus dat dyabolo. Si aūt datur
ꝑꝑ honoꝛē dei. ꝛ vt deus faciat vobis
elemoſinā de gratia quā ſibi petitis vl
qn̄ aīa veſtra veniet ad poꝛtā paradiſi
pulſans ꝛ petens el'yam: tūc offertur
deo. Jō in quolibet opeꝛ ꝛ actu virtuo
ſo queratis īfra vos cui dat ꝛ offertur
pꝛimogenitus. ne meritū perdatis ex
mala ītentiōe factū. Et ml't'a ꝛ magna
opera virtuoſa pdūtur ex mala ītētōe
qꝛ pꝛimogenit⁹ nō offert deo. Ecce qr̄
deus ꝓcipit ſibi offerri pꝛiogenita. Jō
apoſtolus pꝛīe. coꝛ. io. Siue ergo man
ducatis ſiue bibitis vel aliō gd facitis

omnia ī gl'ia dei facite. Jō dn̄s nr̄ ihs
xp̄us vt pꝛimogenitus ꝛ vnigenitus v̄
ginis marie. voluit ī templo pꝛeſētari
deo patri. ꝛ ī maībus ſacerdotis offer
ri. 25. ſiclis. quaſi. 5. groſſis regalibus
argēti redimi iuxta legē que habet nu
meri. i8. Quicqd pꝛimū erūpet e uula
cuncte carnis quā offerūt dn̄o ſiue ex
hoībus ſiue de pecoꝛib⁹ fuerit tui iu
ris erit. Jta dūtaxat ut pꝛo hoīs pꝛioge
nito ꝓciū accipias ꝛ oē aīal qō īmūdū
eſt redimi facias. Cuius redēptio erit
poſt vnū mēſem ſiclis argēti. 5. ponde
re ſanctuari. Alias niſi redimēt erat
ſacerdotis. ꝛ ſeruiebat ī tēplo. Dicat
pratica pn̄tationis. Uirgo. n. ma. obtu
lit filiū ſuū xp̄m in manib⁹ ſacerdotis
ꝛ ſacerdos obtulit eū dn̄o. O fatue. ſi
cognouiſſet eū. Deinde voluit ipſuȝ re
tinere. videns virginē matrem paupe
rem. Et v̄. ma. dixit Pr̄ nō retineatis
eum. Ecce. 5. ſiclos quos paulatiȝ con-
gregauerat. ꝛ de oꝛe ſibi ſubtraxerat.
vt filiū redimēt. Et apuit burſaȝ non
de auro vel de ſerico. ꝛ ſoluit. 5. ſiclos
ſm̄ cōſuetudineȝ. Qō ē qr̄ xp̄s voluit
redimi. 5. ſiclis cū eſſet mūdi redēptoꝛ
ꝛ hac de cā fuerit miſſus a deo patre.
Nota duas rn̄ſiones. Unā alegoꝛicam
aliā moralē. Alegoꝛica eſt iſta. Uoluit
5. ſiclis redimi. quēadmodū ipſe redē
pturus erat mūdū. 5. pꝛīcipalibus pla
gis in quibus cōſiſtit tota ſalus nr̄a ꝛ
redēptio. Jō dō Apud dn̄m miſericoꝛ
dia ꝛ copioſa apud eū redēptio. Scōa
rō eſt moral'. dās nobis exēplū. ꝙ qn̄
homo ē venditus dyabolo ex peccatoꝛ
qꝛ peccare moꝛtal'r ē ſeipſum vēdere
dyabolo. v̄. g. Jlle qui facit pōpā. ꝛ va
nitatem ꝛc̄. pꝛetio ſupeꝛbie vendit ſe
dyabolo. Auarus recipiens vſuras.
Uſura ē pꝛetiū quo venditur dyabolo.
ꝛ ſimil'r eſſet ꝑ furtū. rapinā ꝛc̄. ꝛ ſic
de alijs ſpēbus auaritie. Luxurioſus ꝓ
pter illam delectatiōem dat aīam ſuāȝ
dyabolo. Jdē de alijs peccatis. Jō nos

oportet redimi.5.ficlis ſi volumꝰ ſalua
ri:ſ.operibꝰ.5.penitẽtie que infra enu
merantur.Primũ eſt cordis ꝯtrictio.
ꝓponendo ñ redire ad peccata.Scḋm
eſt oris confeſſio.Tertiũ ẽ corporis af
flictio.Quartũ eſt debitoꝝ reſtitutio.
Quintũ eſt iniuriaꝝ remiſſio.Et veriſi
catur illud verbũ ſacre ſcripture eccľi
20.Eſt qui multa redimat modico ꝓcio
⁊ reſtituens ea i ſeptuplum.

Quantũ ad tertiũ.Jnq̃tum hoc feſtũ
tangit ſanctũ ſymeonẽ.dicit̃ dies ob-
uiationis ſymeonis.Dicatur praticha.
Tũc temporis.qñ virgo peperit filium
ſuũ.omneſ iudei,docti ⁊ in.l.eruditi ꝓ
certo hẽbant ꝙ meſſyas erat natꝰ:qꝛ
videbant tẽpus in prophiis aſſignatuȝ
completũ.ſȝ non cognoſcebãt eum.ꝑꝑ
hoc dixit iohãnes bap.Joh.pͥo.Me
dius vr̃m ſtetit quẽ vos neſcitis.Jdeo
multũ orabant vt oſtẽderet ſe eis.Sin
gulariter ſanctꝰ ſymeon ſenex ſãctꝰ.⁊
iuſtus.Et rñſum accepit ſymeon a ſpi-
rituſancto nõ viſuꝝ ſe mortẽ niſi vide
ret xp̃m dñi.Et ſciens illam prophiaȝ.
Malach.3.Statiȝ veniet ad tẽplum ſu
um dñator quem uos queritis.⁊ ange
lus teſtamẽti quẽ uos uľtis.ꝓpter hoc
quolȝ die ueniebat ad templũ.Et quã
do videbat aliquã mulierẽ venientem
ipſe petebat.Eſt filꝰ vel filia:Et ſp̃us
ſanctꝰ nih ſibi dicebat uſqȝ i hodiernã
diem i qua ſibi dixit Simeon.hodie ob
uiabis in templo meſſie regi.ipſumqȝ
videbis.Jõ bonꝰ ſenex bono mane ſur
rexit.⁊ iuit ad tẽplum ad mũdandũ ⁊
ornãdũ ip̃m.qꝛ quãdo rex debet itrare
domũ dȝ ⁊c̃.Jdeo cantat eccľia.Ador
na thalamũ tuum ſyon.⁊ ſuſcipe regẽ
xp̃ȝ:Et cũ magna deuotiõe expectabat
eum videre.Nõ ſic ſacerdos qui expe
ctabat eum ut acciperet potiꝰ ⁊ habe-
ret turturã ⁊ colũbaȝ.Ad phil.2.Om
neſ.n.que ſua ſunt querũt nõ que ihu
xp̃i.Tres cõditiones perſonarum ſũt
que non attendiantur.pueri in ludendo
Mulieres in tripudiando.⁊ ſacerdoteſ
i offerẽdo.Sȝ de alijs que ſunt ihu xp̃i
ſtatim attendiantur.Cum autem virgo
cum ioſeph intrauit in templum.ſp̃us
s.dixit ſymeoni.Symeon.Jſta eſt ma
ter eius.⁊ filius eius eſt ⁊ rex ⁊ meſſy
as in.l.promiſſus.Statim ſenex flens
pre gaudio adorauit eũ.Et ipſum reci
piens i vlnas ſuas.incepit cãtare vnã
pulcrã cãtilenã di.Nũc dimittis ſeruũ
tuum dñe ⁊c̃.Ecce dies obuiationis ſy
meonis.Jõ cantat hodie eccľia.Cũqȝ
inducerent pueꝝ ihȝ parentes eius.ac
cepit eum ſymeon in vlnas ſuas.⁊ di-
xit.Nũc dimittis ⁊c̃.Eſt hic qõ quare
ſymeon ip̃m accepit i vlnas ſuas.quia
hoc nõ fuerat ſibi ꝓmiſſum a ſpirituſã
cto.ſȝ ꝙ non moreretur niſi prius ui-
deret xp̃m dñi:Unde ergo ſibi tantus
auſus ꝙ ip̃m accepit:Reſpõdeo ꝙ ad
noſtram ſaluationẽ nõ ſufficit videre
xp̃m per fidem:ſed ip̃m recipere in ma
nibus per bona opera.Jdeo Mar.vi.
Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fuerit ſal
uus erit.Diceret aliquis.Ego hab[illegible]o
iſtos oculos aie.ſ.dextruȝ credẽdo xp̃i
diuinitatẽ.⁊ ſiniſtrũ credendo xp̃i hu
manitatẽ.Sic uidet̃ xp̃s a nobis i uia.
Quid ergo oportet me aliud facere:Di
co ꝙ ſic.vt ſymeon.ſ.ꝙ accipiat̃ xp̃s i
manibus ꝑ bona opera.Quid ꝓderit
fratres mei ſi fidem dicat quis ſe habe
re.opera aũt non habeat:Nũquid pote
rit fides ſaluare eum:Jaco.2.Fides ſi
ne operibꝰ mortua eſt.Jn ſignũ huius
hodie portamꝰ candelas accenſas i ma
nu.que ſignificãt tria que ſũt i xp̃o.Ce
ra mollis ſignificat carnẽ xp̃i quã hũit
paſſibilẽ.q̃ liq̃facta fuit i paſſione.Stu
pinũ albũ ſignificat aiaȝ xp̃i puriſſimã
Lumẽ ho ſiue ignis ſignificat xp̃i diui
tatẽ.Nõ.n.ſufficit vidẽ lumẽ i altari.
nec xp̃m ꝑ fide:ſȝ oportet i mãibꝰ ꝑ bo
na opa ip̃m recipẽ.Jõ Apľs.i.cor.6.
Glorificate ⁊ portate deũ in corpore uro

Lu͡c.n.portaᷓ xp̄s a nobis.qn̄ eiꝰ amo
re peccata vitamus . Et ſic peruenie
mus ⁊c̄.Amen.

¶ In feſto ſancti Blaſij ep̄i ⁊ martiriſ.

GRanū frumēti cadens in terra
mortuū.Jo.12 . Sicut tota ſolē
nitas hodierna eſt bt̄i blaſij ep̄i
⁊ martiris gl'ioſiſſimi :ita erit ⁊ ſermo
maxime:qꝛ in eiꝰ vita ſunt mlt̄e v̄tuteſ
⁊ exēpla.de qbꝰ poterimꝰ recipere bo
nā inſtructionē ꝓ bono vite nr̄e regi-
mie.Sꝫ priꝰ ſaluteᷓ vir.ma.Thema ē
reſpōſio ad.q.quitā ꝑ aliquē ignorātē.
Quis fuit iſte ſanctꝰ blaſius ⁊ cuiꝰ cō
ditionis:Rn̄det thema.Gra.fru. Uer
ba ſunt figuratiua.i.ſecrete indicātia
virtutes ⁊ excellētias bt̄i bla. que ſūt
5.iuxta.5.verba thematis.

¶ Pria hūilitas v̄tuoſa : quia granum ⁊
non palea.

¶ Scd̄a ſublimitas gratioſa:qꝛ frumen
ti ⁊ non ordei.

¶ Tertia aduerſitas rigoroſa. qꝛ cadens
.ſ.a dignitate.

¶ Quarta acerbitas doloroſa : quia in
terraꝫ.ſ.per tormenta.

¶ Quīta felicitas precioſa vel glorioſa :
quia mortuum.

¶ Primū dico ꝙ pria v̄tꝰ magna ⁊ excel
lēs.b.blaſij fuit hūilitas v̄tuoſa.Lꝫ.n.
fuiſſet pleñꝰ alijs v̄tutibꝰ . tn̄ eas ꝯſua
bat i capite hūilitatis.al's.n.ꝑderenᷓ.
Un̄ gregoriꝰ.Qui v̄tutes ſine hūilita-
te ꝯgregat.q̄ſi i ventū puluerē portat.
Nō hic duplicē hūilitatē.quaꝝ pria ē v̄
tuoſa.2ª vitioſa.Uirtuoſa aūt ē.qn̄ hō
ex una pte cogitat d̄i imēſitatē ⁊ potē
tiā īfinitā.⁊ ex alia pte cogitat ꝓpriaꝫ
ſuā ꝑuitatē ⁊ defectꝰ ſuos.⁊ ſic d̄o hūi
liaᷓ.Talꝭ hūilitas q̄ ē ī ſpectu d̄i ē ⁊ dᷓ
v̄tuoſa ⁊ mlt̄ū placet d̄o. qꝛ dicit deꝰ.
mō iſta creatura nih̄ ſe reputat nec p̄ſu
mit d̄ ſe.Iſtam laudat.b. Jaco.4.⁊.1.
pet.5.d.hūiliāmi i cōſpectu d̄i ⁊ exal-
tabit vos.Nō i ꝯſpectu d̄i.n̄ dic̄ hoīuꝫ
ſꝫ dei. hūilitas ē vitioſa. qn̄ qs i ꝯſpec
tu hoīuꝫ hūiliaᷓ .⁊ tn̄ itꝰ hꝫ cor īflatū .
vt venē mlt̄is grande.⁊ corā hoībꝰ fa
cit ypocriſiā.iuxta illō.Eccli.19.Eſt q
neqter hūiliat ſe.⁊ iteriora eiꝰ plēa ſūt
dolo.hūilitas āt.b.bla.fuit v̄tuoſa:qꝛ
hūiliabaᷓ i ꝯſpectu dn̄i. Abſcondebat
n.ſua opa ⁊ ſc̄itatē vt vitaret vanā gl'i
am.Pernoctabat.n.orādo ⁊ ꝯtēplādo
⁊ ſecrete tenebat lectū pn̄ie.⁊ pōtabat
ciliciū.⁊ ex̄ ibat honeſte īdutꝰ ⁊c̄. ieiu
nabat ⁊c̄.Et q̄tū poterat ex hūilitate
abſcōdebat ſuā ſc̄itatē.Sed deꝰ exalta
uit illū:qꝛ dic̄ auct̄.allegata.hūiliami
in ꝯſpectu d̄i.⁊ exaltabit uos :qꝛ deus
vult eū māifeſtare ad gl'iā ſuā.⁊ bonū
exēplū hoīuꝫ. Mat.5.Nō pōt ciuītas ab
ſcōdi ſup̄ montē poſita .glo. Aug.i.pꝰ
ſuꝑ ingētē; vitā.Secꝰ d̄ ypocritis q ap
petūt videri ⁊ laudari . ⁊ ficte faciunt
mlt̄a bona opa.ſꝫ vt fumꝰ trāſit totū:
qꝛ nō hn̄t fundamētū i deo . iuxta illō
Job.20.Gaudiū ypocrite ad iſtā pūcti.
hūilitas āt uirtuoſa.b. blaſij notaᷓ ibi
cum dᷓ granū.nō palea q̄ ſignificat ſu
perbos qui plures ſunt ꝙ hūiles. ſicut
palea plus eſt ꝙ granū.Scd̄o palea eſt
magna ⁊ leuis.⁊ ſp'emīet . granuꝫ v̄o
ꝑuū ⁊ ſemꝑ abſconſū ſtat in palea ⁊ ſē
per ſe ſubicit.Sic hūiles.Iux̄ hoc dic̄
ſcriptura ſacra.1.cor.15. Qd̄ ſiatuꝝ eſt
ſ.pꝰ ſancta ſeminas.ſ.i hoc mūdo.ſed
nudū granū.ſ.a vanitatibꝰ.Ecce vani
tas.Ideo deus q̄tomagis.b. blaſiꝰ ab
ſcōdebat ſuā ſanctitateꝫ . tantomagis
eam publicabat i miraculis que facie
bat.Dicaᷓ qm̄o erat d̄ ciuitate capado
cie ⁊c̄.Dicaᷓ miraculū de puero cura
to filio vidue.i cuiꝰ gutture ſpina piſciſ
trāſuerſa iꝑꝫ ſuffocabat ⁊c̄.Chriſtꝰ v̄o
ꝯceſſit ſibi ſanitatē pro illo. ⁊ ꝓ oībꝰ q
pro malo gutturis ipm̄ inuocarēt . Ex
hoc hodie bn̄dicitᷓ paniſ.vinū .fructꝰ
⁊ ſilia.Un̄ i ipſo v̄ificaᷓ illō luc . 18 .
Oiſ q ſe hūiliat exaltabiᷓ.Nō q ſe hūi
liat.ſ.d̄ v̄a hūilitate exaltabiᷓ a d̄o.
Dico ſcd̄o ꝙ virtꝰ magna ⁊ excelens

btī.b.fuit ſublimitas gratioſa.ſ. in di
gnitate: q2 fuit eṗs ciuitatis ſebaſten
Jō dicitur frumēti: q2 frumentū iter
alia grana ē melius. Et iō prelati qui ī
populo ſūt maiores ꝛ nobiliores. ſigni
ficant̄ per frumentū. Unde zacha. 9.
Quid. n. bonū eius eſt. ſ. ppl'i xp̄iani. ꝛ
qd pulcrū eius niſi frumentū electoꝝ
i. prelatoꝝ. Et vinū germinās virgi
nes? Et q2. b. bla. fuit eṗs: Jō dicitur
frumēti. Dicat̄ quō fuit electus nō ſo
lum a canonicis. ſed ēt ab omnibus lai
cis ſebaſtie orantib⁹. Et ſubito deus ī
ſpirauit in cordib⁹ oīuz vt peterēt bla
ſiū in eṗm alta voce. Jpo aūt ꝯdicente
oīo elect⁹ fuit. ꝛ flens aſſumpt⁹ ē. Rō
q2 in iudicō eṗi hñt reddere rōnē non
ſolū de aīabus ſuis. ſed ēt de omnibus
ſub ſe ꝛ ſibi cōmiſſis. vnde Sap. 6. Ju
diciū duriſſimū in his qui preſūt. fiet.
Exiguo. n. ꝯcedit̄ miſicordia: potētes
āt potēter tormēta patient̄. Nota Judi
ciū duriſſimuz. Tria iudicia fiūt p̄lato
in morte. Primū eſt. ſ. qñ intrauit. ſ. p
portam. qñ. ſ. ſine ſcitu eius eligitur.
vel papa ꝓuidet ſine ſui ꝛ ſuoꝝ requi
ſitione ꝛc̄. Si vō aliter. nō intrat per
hoſtiū. ꝛ fur ē ꝛ latro. nec ſaluari pote
rit niſi renūciet. Joh. 10. Amē amen di
co vobis qui nō intrat per oſtiū ī ouile
ouiū. ſ; aſcendit aliūde. ſ. per litteras
regias vl' ꝑces armatas vl' p dona ꝛc̄.
ille fur ē ꝛ latro. Et ad hebr. 5. Nec qſ
q̄ ſumit ſibi honorē. ſ; qui vocat̄ a deo
tanq̄ aaron. Nemo ergo ī ouili ꝛc̄. q2
duꝝ iudiciū fiet. Scōm durius iudiciū
fiet ei. Si quō debuit viuere nō uixe
rit poſtq̄ intrauit. ꝛ ſi reditus nō bene
expēdit: q2 tres ptes dz facere de eis.
Tertiū fiet iudiciū qñ reddet ꝯputum
de aīab⁹ ſibi cōmiſſis. Jā videtis quō
ꝛ qualiter curat̄ de aīab⁹. Ecce q̄re di
cit duriſſimū iudiciū ꝛc̄. Jſta conſide
rātes antiq ſcī cū mario tiore accipie
bāt on⁹ eṗat⁹. ꝛ ꝯdicebāt quouſq; co
gnoſcebāt voluntatē dei. ꝛ tūc ꝯfiden

do d̄ diuio auxilio acceptabant. Dicat̄
quō. b. bla. fact⁹ eṗs ñ mutauit ſtatuz
ſuū. vt faciūt m'lti mali. Stati. n. m'lti
faciūt m'ltas nouitates ī ſcutiferis. di
uiſas ī eqs: pōpis. vi. honores mutāt
mores. raro ī meliores ſ; ī malis. q2 in
bōis raro. Et q2. b. bla. nō mutauit ſta
tū ſuū. iō nec de⁹ abſtulit ſibi ſuā grā;
miraculoꝝ imo augumētauit: q2 ñ ſolū
curabat hoīes. ſ; ēt aīalia ferociſſima
domabat: ꝛ ſibi obediebāt. Dicat̄ mi
raculū d̄ m'liere paupcula q̄ hēbat vni
cū porcū q a lupo fuit capt⁹. que cum
maxia d̄uotōe recurrit ad beatū. b. vt
ꝑciperet lupo q̄ ſibi redderet porcū ſu
um quē emerat: Qd̄ ꝛ fec. Sanum. n.
ꝛ viuū ſibi reſtituit lupus. Mō cogita
hic duo diligent. ſ. v̄tutē. b. blaſij. ꝛ du
riciē ur̄az. Uirt⁹ āt. b. blaſij; q2 mouit
cor lupi ferociſſimi ad r̄ſtituen̄ carnes
q̄s tm̄ ipe diligit. ꝛ. b. blaſio obediēdo
q2 erat amic⁹ dī ꝛ deo obediēs. Quam
diu. n. adā fuit obediēs deo. aīalia bru
ta obediebāt ſibi. Scd̄o ꝯſiderate duri
ciē ur̄az. Lup⁹. n. rapax. ad ꝑceptū b.
blaſij reſtituit furtū. ꝛ tu fur nō ex pre
cepto. b. blaſij ſed dei. nō vis reſtituē
furtū. nec vſurā: ergo peiō es q̄ beſtia
q2 vſurarij ſt q mutuāt. x. florēos ꝛ po
nit̄ ī inſtrumēto q̄ ſūt. 12. vl' emūt mio
ri p̄tio vel vendūt pl⁹ p p ſpectare. vel
ſr̄ poſſeſſiōes accōmodāt. ꝛ ī tm̄ recipi
unt fruct⁹. vl' recipiūt ad cōmoditatē.
vel retinēt ſibi p̄mui famuloꝝ. l' bona
eccl'ie. ſ. decias. vl' p̄mitias. vl' teſta d̄
functoꝝ nō mittūt ad exequtionē. Ta
les ñ poſſūt ſaluari niſi reſtituāt iux̄ il
lō Nō remittit̄ pecm̄ niſi r̄ſtituat̄ abla
tū. Regula iuriſtaꝝ. ꝛ ēt theologorū ꝛ
ſpāl'r Aug. 14. q. 6. Si reſ. ꝛ h̄ d̄ fo.
Dico tertō. q̄ adv̄ſitas rigoroſa. cū d̄
ca. ī ter. ſ. d̄ dignitate eṗali. Cū. n. fuiſ
ſet diu ī ſuo eṗatu. venit aduerſitas ꝯ
xp̄ianos. vel q̄ negarēt xp̄m. vl' q̄ mo
rerēt̄. pp qd̄. b. bl. fuit ꝯpoſit⁹ ꝛ exul a
ſuo eṗatu a ꝑfecto. ꝛ iuit ī deſtuz. vbi

in quo iā monte in quadā ſpelūca vixit in maxima penitētia. Ecce q̄uo pōt dici cadens. Et poterat dicere cum dō. Im pulſus euerſus ſuz vt caderē. ⁊ dn̄s ſu ſcepit me. ſ. in deſerto: Et q2 i tanta ad uerſitate noluit deuz deſerere: nec de⁹ ipſum deſeruit. Nā cum in deſerto nih haberet ad manducanduz: ꝯfidens in deo dixit. Oculi omniuz in te ſperant dn̄e ⁊c̄. dicēs ſuas horas deuote ac ſi fuiſſet in ciuitate. Et hora prandij exi bat ſpeluncam. Et dicit hiſtoria. ꝙ vo lucres veniebāt ad euz portantes et ci bum. ſ. de illo de quo ipe aues comede bant. hora. n. prandij. ſ. hora nona ve niebant columbi cū granis tritici. Itē ſtarni cum oliuis. Itē corui ⁊ pice cuz ficubus ⁊ nucib⁹. falcones cum pdici bus. Et. b. blaſi⁹ dicebat v̄ſum. ⁊ aues erant i circuitu ⁊c̄. Nota ꝙ nullus ep̄s nec etiā rex nūꝗ̄ hūit tot ſeruitores. Et comedebat qō volebat ⁊ qō ſibi pla cebat. n̄ tamē de carnib⁹. Et poſt diui debat eis cibum. ꝑcipiens eis ꝙ nō li tigarēt adinuicē. O q̄uo eſt ergo confi dendū de deo. Qui. n. bn̄ ſeruiūt deo. nō oportet eos timē ꝙ aliqd eis defici at. Nō dicat religioſus. O miſer vn̄ ha bebo aliā capā; qn̄ iſta erit fracta: ⁊c̄. Seruiatis deo diligēter. q2 nih vobis deficiet. Nūquid dic̄ nobis ipe Mat. 6. Primū q̄rite regnū dei. Et hec oīa adi cient̄ vobis: Idē ō clericis ⁊ laicis. Sȝ mō talis ē vita multoꝝ: ꝙ miꝝ eſt ꝙ in ueniant aquā i fontib⁹: q2 non ſunt di gni. Sȝ de illis qui ſeruiūt dō dicit xp̄s Mat. 6. Nolite ſolliciti eē dicentes. qd manducabim⁹ aut qd bibem⁹. aut quo operiemur. Scit. n. pr̄ vr̄ q2 his oībus i digetis. Itē nō ſolum aues ſȝ aīalia. vt vrſi. lupi. leones. ſi aliqn̄ ifirmabāt̄ qn̄ ſibi imponebant̄ ſpine in pedibus. veniebāt ad. b. bla. oſtēdētes vulnera qui curabat ea in noīe ih̄u xp̄i cum ſi gno crucis ſup plagam. dicēs. De cete ro lupe nulli noceatis: q2 ex culpa ve ſtra venit vobis hoc malū. vel ſymilia verba. Nota hic ꝙ aīalia irratōnabilia ꝑ ſanitate obtinenda ibant ad beatuz bla. ⁊ p ꝯn̄s ad xp̄m. Et vos ad quē re curritis: Ad diaboluz: quia vaditis ad diuinos vel ſortilegos. Si dicat̄ ꝙ non habetis medicinas. medicos. nec apo thecarios: dicat̄ de v̄tute hui⁹ noīs ih̄s iuxta illud. homīes ⁊ iumēta ſaluabis dn̄e. Ideo dr̄ in p̄s. Beat⁹ vir cuius eſt nomē dn̄i ſpes eius. ⁊ nō reſpexit i va. ⁊ iſanias f̄ſas ⁊c̄. Et hoc de tertio.

¶ Quarta eſt acerbitas doloroſa multoꝝ tormētoꝝ qō innuitur cū dicit̄. In terrā q2 in deſerto. ⁊ a deſerto fuit duct⁹ ad terrā ſuam. Et ibi p martiriū coronaȝ gl'ie acquiſiuit. iuxta illud yſa. 22. Coro nans coronabit te tribulatiōe q̄ſi pillā mittet te in terrā. Nota q̄ſi. pillaȝ. ſ. ro tando de tormēto in tormentū. Cū er go fuiſſet in deſerto ut dixi in ſpelunca xp̄s apparuit dicens ꝙ ſibi offerret ſa crificiū. qui intellexit de miſſa. Et duȝ ſe pararet. interi venerūt ad eū aliqui homīes miſſi a ꝯmiſſario imperatoris vt ipm ducerēt captū. Et tunc b. blaſi⁹ intellexit ꝙ xp̄s dicebat de ſacrificio corporis in martirio. Et genib⁹ flexis. gratias egit xp̄o: q2 recordabat̄ ō ſuo ſuo. Cum aūt duceret̄ capt⁹. p viā cō uertit m̄ltos iudētes miracula que fa ciebat. Cuȝ āt adductus eēt corā p̄ſide dixit ei preſes. Gaude fili blaſi amice deoꝝ. Cogitās dulciter eū trahere. Et blaſius. Nō dicas deos ſed demones. Tūc iratus p̄ſes dedit ſibi. 5. tormēta. Primū q2 fecit eū fuſtib⁹ cedi. ⁊ i quolȝ ictu. b. blaſi⁹ dicebat ih̄s ih̄s. Et virtu te hui⁹ nominis viuebat: q2 al̄ nimum erat q̄uo viuer̄ poterat. Scōm fuit cap tō carceris fetētis ſine cibo ⁊ potu. Sȝ licet eius corp⁹ detineretur in carcere aīa tamē ipſius diſcurrebat palatia pa radiſi cōtemplando ordines angeloꝝ Fuit etiam confortatus a muliere cui

lup⁹ porcū reſtituerat: que audiens. b. blaſij captionē interfecit porcū. ⁊ por tauit caput porci coctum. ⁊ panē. ⁊ vi num cum lucerna accēſa ad. b. blaſiū. que hita licentia a carcerario intrauit carcerē. ad quā dixit. b. blaſius. Filia uolo tibi ſoluere caritatē quā mihi fe ciſti. Noueris ꝙ ego ī breui debeo mā tirizari. ⁊ īpetrabo tibi ſaluationē. Et qꝛ es pauper. dabo tibi modū ditandi. Quolibet āno cuꝫ candela accenſa ve nias ad eccl'iā meā. Et ita fecit. ⁊ dita ta eſt iſta breue tp̄s. De nullo alio ſan cto legit' alicui ꝓmiſiſſe alicui diuitias tp̄ales. Tertiū tormētū fuit eculeus in quo nud⁹ poſitus. ⁊ ferreis pectinib⁹ dilaniatus. in tm̄ ꝙ decurrebat fluui⁹ ſanguinis de corpore eius ipſo dicēte illud ad. 20. 8. Non ſunt cōdigne paſſi ones hui⁹ tp̄is ad futurā gl'iaꝫ q̄ reue labit' ī nobis. Interiꝫ reducit' ad cārce rem vt iterim penīur fortiora tormēta Septē āt mulieres q̄ ſāguinē martiris colligebāt ex deuotiōe. capite trūcāt'. Quartū tormētū fuit: qꝛ preſes iuſſit ip ſum in lacū mitti. q̄ ſignatus ab eo. ſte tit ſicut arida. ⁊ ipſe ī medio. Cultores ỽo ydoloꝝ volentes ad eū vēire demer ſi ſunt. Aqua. n. ſubſtinet leuia ſꝫ non grauia. ſicut onera peccatorum.

Dico quīto. Felicitas glorioſa eū dicit mortuū. Nullum. n. tormētū facit mar tirē glorioſum niſi mors. Jō dō. Preti oſa ī cōſpectu dn̄i mors ſcōꝝ eius. Sic ordinatū eſt a xp̄o ꝙ nullus hēat felici tatem glorie niſi per mortē: qꝛ nec ip̄e xp̄s nec ſua mr̄ virgo maria al'r hūe runt. Luc. 24. Non ne hec oportuit pa ti xp̄m ⁊ ita intrare ī gloriā ſuā. Ideo dicitur mortuū. Nota eius martiriuꝫ. Cum. n. eēt ī ſtagno. angelus dn̄i dixit ei. O glorioſe egredere ⁊ ſuſcipe coro nam. Ipſo autem egreſſo. apparuit lux magna ante faciem eius. ⁊ dixit preſi di. Ut cognoſcas quia reputo mihi ad gloriaꝫ mori pro xp̄o. Ecce me hic. Et quia ex miraculis que faciebat multi conuertebantur. preſes dedit ſenten tiam decapitationis. Cum aūt b. bla orāret dixit ei dn̄s. Omnem petitionē tuam adimplebo promittens iuuare omnes eum īuocantes. Et hoc dicto capite ceſus eſt. Nota hic ſancti ⁊ ami ci dei. cum quāta penitentia habuerūt paradiſum. ⁊ nos credimus illuꝫ ītra re ſine penitentia. Non eſt poſſibile. Ideo oportet nos facere penitentiam. ī corde ꝑ cōtritiōem. ī ore ꝑ ꝯfeſſionē ⁊ ī corpore ꝑ aliq̄ꝫ afflictionē. Jō xp̄us. Mat. 3. Pn̄iam agite ⁊c̄.

In feſto ſancte agate virginis ⁊ mar tiris

Similis ē homini patrifamilias. hētur verbū iſtud originaliter Mat. 13. Sicut tota ſolēnitas ⁊ offm̄ hodiernū ē b. agate ỽ. ꝓtioſiſſime ⁊ marti. Ita erit ⁊ ſermo nr̄. Sed prio ſalutet' ỽ. mar. Iſtud ỽbum ſm̄ ꝙ ego volo ipſum ptractare de p̄ñti hꝫ talem ītellectū. ꝙ b. agata ē ſimil' hoī p̄rīfa. Quis ē iſte homo paterfa? Dico ꝙ nul lus alius q̄ꝫ xp̄s Mat. 23. Patrē. ſ. vni uerſalē nolite vocare vobis ſup terrā vnus ē. n. pr̄ vr̄. ſ. vniuerſal' q̄ ī celis eſt. Dicit ergo thema nr̄m. ꝙ b. aga. ē ſimil' hoī p̄rīfa. i. gētis xp̄iane: qꝛ dr̄ ſingularis ē. ſm̄ declinatōeꝫ grecam. Scien̄ tn̄ ē ꝙ in ſacra ſcriptura īueniū tur clare tres ſil'itudies īter deū ⁊ ho minē. Et ſic videbim⁹ de q̄ loquit' the ma noſtrum.

Pria ꝑ eēntialē l' ſbālem creationem. Scđa ꝑ humanalem incarnationem. Tertia per virtualem imitationem. Per primā. hō factus ē ad imagīem ⁊ ſil'itudinē dei. Qn̄. n. deus creat aīam īprimit ī ea ſuā imaginē. ſicut tu qn̄ ī ꝓmis ſigillū ī cera. īprimis ſimil'r ima ginē ſigilli velut ēt mulieres ſigillan do panē ī furno. Ita de⁹ qn̄ creat aīaꝫ ī ea īprimit imaginē ſuā. Cogita ꝙ de⁹ ſit vt ſigillū vni⁹ eſſentie vel ſubſtātie

⁊ triū ꝑſonarū. Jta aīa ē vnius eēntie
⁊ triū potētiaꝝ. ſ. memoria que ē de p̄
teritis. intelligētia de p̄ntibus. ⁊ vo-
lūtas de futuris. Nulla alia creatura
hui⁹ mūdi hꝫ iſtā ſilitudinē cū deo niſi
hō. Nō ſol. lꝫ ſit tā pulcra creatura nec
luna ⁊c̄. Et ſicut deus ē vnus in toto
mūdo. ⁊ ipſū regit ⁊ gubernat: ita aīa
ē vna in toto corpore: ⁊ tota ī qualibꝫ
eius pte. Ex iſta ſilitudine. Dixit deus
qn̄ voluit creare hoīem. gen̄. i. Facia
m⁹ hoīeꝫ ad ymaginē ⁊ ſilitudinē no-
ſtrā. Verbū ē dei pr̄is ad filiū ⁊ ſpūꝫ
ſcīm. qui pn̄t creare hoīes. ⁊ non ad
āgelos. vt falſe dicūt iudei. Jſta ē p̄ia
ſilitudo iter deū ⁊ hoīem. Sed iſta ſili
tudo ſola non ſufficit ad ſalutē. q꜠ oēs
hoīes hn̄t iſtā ſilitudinē cū deo. tam̄
nō oēs ſaluātur. Jō dānabile ē tantuꝫ
ſimilitudinē diuīe imagīs īdigne fuar̄
Quod peccatū eēt ꝓicere imagineꝫ
crucifixi ī luto vel igne. Maius pecca
tū ē illoꝝ qui ꝓijciunt aīam quā fec̄ n̄
faber nō lignarius vel argētarius. ſed
de⁹ ad ymaginē ſuā. Et tu auar̄ ꝓijcis
eam ī luto auaritie. Luxurioſus ī luto
luxurie. Jdeo cōſeruāda ē hōeſtiſſime
vt reliq̄a ligni crucis. vl̄ virgīs marie
q꜠ p̄cioſior ē q̄ quecūqꝫ reliquia. Et ec
ce p⁹ ſilitudo. 2ᵃ ſilitudo iter deū ⁊ ho
minē ē p hūanalē īcarnationē. qn̄ deuſ
factus ē ad imaginē ⁊ ſilitudineꝫ hoīs
aſſumens pfectā hūanitatē ī vnitate p
ſone. Sicut. n. ī creatōe hō factus fuit
ad imaginē ⁊ ſi. dei: ita in filij dei īcar
natiōe deus fact⁹ ē ad imaginē hoīuꝫ.
hoc dicit ſcriptura. Ad phil. 2. Qui cū
in forma dei eēt nō rapinā arbitratus
eſt eē ſe equalē deo ſꝫ ſemetipſūꝫ exina
niuit formā ſui accipiēs ī ſilitudinem
hoīum factus. ⁊ hitu īuent⁹ vt homo
Nec ēt iſta ſimilitudo ſufficit ad ſalua-
tionē. Jmo ēt aggrauat dānatiōem ho
minis īdigne tractātis nām quā deus
aſſumpſit. Deus. n. exaltauit hūanita-
teꝫ ī gloria ſup oēs āgelos: ⁊ tu vitupe

rās eam viuendo vt porcus luxurioſe.
Tertia ſilitudo eſt p virtualeꝫ imitatō
neꝫ. p hoc. n. hō reficit̄ ad imaginem ⁊
ſilitudineꝫ dei. ſic̄ ad exemplū oīuꝫ vir
tutū. v. g. Sic̄ xp̄s fuit miſericors ⁊ li
beralis ꝯ auaritiā noli eē auar⁹ p vſu
rā ⁊c̄. Sic̄ xp̄s fuit caſtus ⁊ purus ⁊c̄.
abſtinens. caritatiu⁹. ⁊ plenus amore
ita ⁊c̄. Jſta ſilitudo ſuffic̄ ad ſaluatōeꝫ
p̄ſuppoſitis p̄mis. Jſta ē melior ⁊ dat ꝯ
plementū alijs: q꜠ ſine iſta alie ſilitu-
dies n̄ ſaluarēt. Jō dicit ſcriptura Ad
ephe. 5. Eſtote imitatorēs. i. ſimiles dei
ſicut filij cariſſimi. ⁊ āmbulate in dilecti
one: ſicut ⁊ xp̄s dilexit nos. Juxta iſtā
ſimilitudinem tertiā dicit thēa de btā
agata. Similis eſt hoī pr̄iſa. n̄ ſolum p
primā ⁊ ſcd̄aꝫ vt ſunt alij: ſꝫ ēt p v̄tua
lē imitatiōem. Mō videam⁹ ſilitudies
virtuales maiores b. agate ad xp̄ꝫ ꝙ q
bus poſſimus recipe bonaꝫ īſtructōeꝫ
pro regimie vite nr̄e. Et notaui. 6. ī ei⁹
vita: in quibus fuit ſimilis xp̄o ⁊c̄.
Primo ī virtuoſa conuerſatione.
Secundo in fructuoſa predicatione.
Tertio ī luminoſa diſputatione.
Quarto ī ſua paſſione.
Quinto in ſua defunctione.
Sexto in ſua tumulatione.
Quantū ad p̄mū dico q btā agata ⁊c̄.
q꜠ recte vt xp̄s fuit ꝯuerſata ī h̄ mūdo
Voluit etiā b. aga. ꝯōſari: q꜠ ſicut pic
tor vel mulieres q̄ opāt̄ de ſerico. iux̄
exēplar depingūt ſilitudinē ſiue imagi
nē. Jta b. agata ad ſilitudinem. ſ. vite
xp̄i depingebat ſuā vitā virtutibus ⁊
opibus bōis. Prio. n. reſpiciebat faciē
xp̄i. i. p̄cipiū vite humane: q꜠ cū eſſet
altus in ſuo palatio paradiſi cuꝫ pr̄e
⁊ ſpūſcō. cū ſuis baronib⁹. i. āgelis vo
luit deſcēdere ⁊ claudi ī pura cela vteri
virginalis. ī quo b. aga. vocauit xp̄i iſti
nitam hūilitatē. ⁊ voluit ipſi ī hoc aſſi
milari: q꜠ cū eēt nobilior genere. pul
crior corpore. ⁊ famoſior ī bonitate ci
uitatis cathanie. mortuis parentibus

remāſit heres illius magni palatij priſ
tini. Que exēplo xp̄i dimiſit patris pala
tia. ⁊ ornamēta. vaſa aurea ⁊ argētea
⁊ reſtrixit ſe i quadā pua domo vt ſim
pl:x file. ta. Ecce quō fuit ſimilis xp̄o
i hūilitate. Itē ſicut xp̄s in ſua cōuer-
ſat one fuit puriſſimus ⁊ caſtus. q nū
q̄ guſtauit ō illa delectatiōe ⁊c. ita btā
A. in hoc fuit ſibi ſimilis. Ecce qūo ad
xp̄i exēplū depigebat vitā ſuā. uitabat
familiaritates hoīum: qꝛ alr virginitas
n̄ bn̄ ꝯſeruaret. Dicat ꝑ correctione
begiar vt vitent familiaritates hoīuꝫ
⁊c. Sicut. n. xp̄s in hoc mundo voluit
tenere aſperā vitā. qꝛ vltra quadrage
ſimā quā fec: tota vita xp̄i fuit 40ª. Dic
magiſter hiſtoriaruꝫ ꝙ nūq̄ comedit
carnes niſi de agno paſcali volēs ſuar
legē. alr nūq̄ comedebat. Ita b. aga.
i hoc voluit ſibi aſſimilari. Dimiſit car
nes. ieiunabat: qꝛ virginitas cū abſti-
nētia ꝯſeruat. Perſōa. n. guloſa: ſemp
erit luxurioſa. Et ſi ab extra oſtendat
caſta: ſecrete tn̄ faciet multas corrup
tiones. Nihil facit. niſi ſit abſtinens.
Itē xp̄s in hoc mūdo voluit eē pauper
cum tn̄ eſſet ⁊ ſit dn̄s oīum rerū: quia
dn̄i ē terra ⁊c. Triginta enim ⁊ tribus
ānis portauit eandem veſtem quā ſibi
fecit mater ſua cuꝫ eſſet puer. Ita btā
agata voluit indui pauprime vt beghi
na. ⁊ dabat patrimoniū paupib9 amo-
re dei. ⁊ viuebat proprijs manib9 filā-
do. ſuēdo. texendo: qꝛ nullus pt ꝯtiue
orare. Iſto mō virgo maria ꝓuidebat
ſibi. filio. ⁊ ioſeph. O bn̄dict9 ē qui ſic
diuidit tēp9: mō opando: mō orādo ⁊c.
Itē xp̄s fuit diligēs laborādo. pdicādo
de vila i vilā. Ita b. agata fuit diligēs
i opibus ſuis ſpūalibus. Surgebat in
media nocte ad orādum. qualꝫ ebdo-
mada confitebatur etiam cum lachry
mis. ⁊ quolibet die dominico cōmuni-
cabat cū maxima deuotōne. Ecce quo
modo fuit ſilis homini patriſa. Mo
raliter ſi nō poſſumus ita eē ſiles xp̄o
vt fuit b. agata. ſaltem qualibet die te
neatis certā orationeꝫ. mane ⁊ ſero co
gitando ꝙ videatis xp̄m ⁊c. Iteꝫ poſt
labores 6. dierꝫ ebdomade. in dn̄ic a ce
ſcatis ab omni opere tēporali. Nō tan
gatis ptem dn̄i: ſed audiatis miſſam ꝯ
pletam cum ſilentio. Aliud aūt tempus
ſit tūm ad delectādū. ludēdū nō tamē
ad taxillos ⁊c. ſed ad baliſtam. dardū
pilotā ⁊ huiuſmodi. nō eundo ad lupa
nar. nec ad furādū fructus. nec aliud
peccatū: qꝛ ſi ſic. melius eēꝫ fodere. qꝛ
nō eſſet taꝫ magnuꝫ peccatū Exo. 20.
Memento vt diem ſabbati ſanctifices
⁊c. Sabbatum quietis ē dn̄ica. in qua
chriſtus quieuit ab opere noſtre redē
ptionis. Sanctificatur enim audiendo
miſſaꝫ. ſermones. cōfitendo. cōſciētiā
lauādo. vt lauātur camiſie ⁊c. Item i
quolibet āno cōicare in paſca. Si iſtaꝫ
regulaꝫ veletis ſeruare: iretis ad para
diſum. Auctoritas. i. cor. 14. Oia autē
honeſte. i. deuote. ⁊ ſecundum ordineꝫ
fiant in vobis.

¶ Dico ſcd̄o. ꝙ. b. agata fuit ſilis xp̄o in
fructuoſa pdicatōe. Mō videam9 qūo
xp̄s i hoc mūdo pdicauit. Deīn videbim9
qūo btā A. pdicauit. Xp̄s ſolū predica
uit i vna domo. ſ. iudeorꝫ Mat. 15. Non
ſū miſſus niſi ad oues q̄ perierunt do
m9 iſrl. Et nunqd chriſt9 uenit ꝓ redē
ptōe oīum? Rñ ergo dicit. Nō ſum miſ
ſus ⁊c. ſ. ad predicanū pſonalr ⁊ predi
cabat ꝯ. 7. peccata mōtalia i qb9 ille po
pul9 erat. Nō predicabat rethoricā nec
aſtrologiā. nec poetas. lꝫ ſciret oīa: ſꝫ
ad correctionē vitiorꝫ. In hoc fuit ſibi
ſimilr btā A. q̄ predicauit i vna domo
ꝯ. 7. peccata. Cū. n. btā A. viueret ſim
plicir ut dixi. venit cōmiſſari9 impato
ris qntian9 noīe ꝯ chriſtianos. vt abne
garēt xp̄m. vl iterficerēt. Et fuit ſibi
dictū de vita ⁊ ſcitate b. agate q̄ erat
nobiliō. pulerior. ⁊ ditior alijs. ⁊ qūo
erat xp̄iana. iō ꝙ facēt eā abnegare. ⁊
poſſꝫ ducere i uxorē. Et qꝛ erat ſup bus

vt ſonaret in aurib⁹ vulgi. ⁊ ꝙ tāt⁹ eēt
ꝙ poſſet nobiles ſubiugarẽ. ⁊ qꝛ erat li
bidinoſus ad aſpectū virginis pulcher
rime ſuā ↄcupiſcentiā ↄmouebat: ⁊ ut
auar⁹ ad eius facultates aſpirabat. ⁊
vt ydolatra nomē xp̄i audire nō pote
rat. Et volēs. b. agatā peruertere. tra
didit eā cuidā meretrici nōīe affrodo-
ſie. pulcra corpe. ſ; putana erat. que ha
bebat. 7. filias corpore pulcras. ſ; etiā
putanas. vt ei⁹ animū imutarēt. mat̄
ī malis docet vt eius filia ſit tal'. Que
libet. n. illaꝝ tenebat ſuā cameram or
natam ⁊c̄. in eadē domo. vt peccando
acquirerēt magnas diuitias. ⁊ dabant
ſe delitijs. ſolatijs. ⁊ tripudijs. ⁊ mul-
tis mulierib⁹ auferebāt viros: nō cu
rabāt de deo. Et corā btā. A. faciebāt
diſſolutiōes. tactus. ⁊ oſcula. vt eā ac
cenderent ꝑ geſtus inhoneſtos. ⁊ pra
uas loquutiones. vt poſſent eā inclinarẽ
ad cōmiſſarij uolūtatē ut. ſ. eēt ei⁹ vxor
⁊ magna dn̄a. Aliqū ēt quū minis fa
tigarent eā reſpōdebat. Uerba vr̄a nō
ſunt niſi uētum: ꝓmiſſiōes ut pluuie.
mine vt vnde. Ego aūt firmata ī petra
firmiſſima. ſ. ī xp̄o. nō timeo aliqd. Fi
lie v̄o affrodoſie cogitātes ut eā vanita
tibus inclinarēt. ornabant ſe veſtimē
tis aureiſ. ⁊ ſericis. d. agate. ꝙ ita ſi vl'
let poſſet ſe ornare. Ipſa rep̄hendens
eas dicebat. O miſe. ⁊ tm̄ cōſtabit uo
bis. ⁊c̄. ⁊ flebat. Itē comedebant capo
nes. ꝑdices ⁊c̄. qꝛ ignis luxurie lignis
ciboꝝ cōſeruatẽ. Agata dicebat eis. ꝙ
in iferno eſſent ſemꝑ exuriētes. ⁊ ipſa
comedebat panem ⁊ aquā;. Ecce quō
fuit ſil'is patriſa. ī p̄dicatione: qꝛ ſicut
xp̄s p̄dicauit in domo illius putane. ſ.
gētis iudaice: qꝛ putana eſt vxor. que
omiſſo viro recedit cum alio. ita iudea
⁊c̄. ſic. b. agata ī domo illi⁹ putane af
frodoſie. Ergo ſil'is ē hoī prīſa. Mor.
illa meretrix afro. cū filiab⁹ ſuis corrū
pebāt totā illā citatē. Qū. n. mētrices
ſubſtinentẽ ꝑ vicos ciuitatis. corrūpūt
totā ciuitatē. iō dꝫ quiſq; recedere ab
eis ſicut a leproſis. Dicatẽ ergo ↄ illum
errorē ꝙ ſimplex fornicatio nō ſit pec
catū mortale dicēdo. Ego ſum liber ⁊
ip̄a ſimil'r. ⁊ placet ſibi ⁊ mihi. Cui er
go fit iniuria? Iſta rōne decipiuntur ⁊
dānātẽ ml'te aīe. Rn̄deatẽ ꝑ ſil'itudinē d̄
rege hn̄te plures filias. ⁊ pulcras ⁊ tu
peccas cū aliqua filia ſua. ⁊ ſibi placet
⁊ tibi. ⁊ diciſ. cui facio iniuriā? Nunqd
dn̄o facis proditionē? Ita xp̄s rex tu⁹ ⁊
pr̄ hominū ⁊ mulieꝝ in recreatiōe ⁊ re
demptiōe. ⁊ qꝛ eas gēuit ī regeneratō
ne baptiſmali. Uel ēt ſi peccas cū cap
tiua: nunqd dn̄o ſuo peccas. ⁊ facis in
iuriā? Oēs mulieres ſunt captiue xp̄i.
ſuo ſanguīe empte ⁊c̄. ergo maledictū
eſt ⁊ hereſis dicere ꝙ ſimplex fornica
tio nō ſit peccatū mortale. Iō dicit ſcri
ptura. Malach. 2. Abhomīatio facta ē
in yſrl'. i. in xp̄ianitate. ⁊ in irl'm. i. in
clericis: qꝛ filiā d̄i habuerūt alieni. ſ.
qui nō erant eius viri. Si v̄o rex dat
tibi filiā ſuā in vxorem. recipias eā; vt
hēas placitū cū ipſa honeſte tn̄. al'r nō
vult de⁹ ꝙ fiat. Iō numeri. 5. Locut⁹
ē dn̄s ad moyſen di. Precipe filijs yſrl'
ut eijciant de caſtris omnē leproſum.
⁊ q ſemīe fluit. ſ. ꝑſonas publice ⁊ no
torie luxurioſas ⁊c̄.

Dico tertio. ꝙ fuit ſil'is xp̄o in ſua diſ
putatiōe. Xp̄s diſputauit ſolēniter cū
dyabolo. poſtq̄ ieiunauit q̄dragesimā:
dyabolus voluit ip̄m incliare p̄io ad
peccatū gule. ſcd̄o vāeglīe. tertio aua
ritie. ſed xp̄s hūit victoriā. Ita. b. aga.
diſputauit cū dyabolo. ſ. quītiano com
miſſario. in cui⁹ ore dyabolus loqueba
tur. Uidens. n. affrodoſia ꝙ nih faciē
bat. abijt ad qntianū. d. ei. Facili⁹ poſ
ſunt ſaxa emoliri ⁊ ferrū in plūbū con
uerti. q̄ȝ ab intentōe xp̄iana mens iſti⁹
puelle reuocari. Tūc qntian⁹ fecit eā;
ad ſe adduci. ⁊ tūc incepit diſputatio.
Qn̄ autē qntianus: qui vt carnalis ex
pectabat videre agatā ornatam. qꝛ ita

fuerat ſibi laudata . vidit eam in hitu
beghine ⁊ deſpectu dixit. Cuꝰ ꝯditõis
es? Cui rñdit agata. Ingenua ſuꝫ. i. no
bilis. ⁊ ſpectabilis genere. ut oĩs ꝑen
tela mea teſtatur. Et gn. Qũo ergo in
hĩtu captiue ĩcedis? Rñdit agata : Qꝛ
ancilla ⁊ captiua xpĩ ſum ſuo ſanguĩe
empta. iõ me oñdo ſuilem ꝑſonã. Et
quin. Cõtradicis tibi ipi. quia dicis te
nobilẽ ⁊ captiuã. Et agata . Sũma in
genuitas. i. nobilitas iſta eſt . in q̃ ſer
uitus xpĩ cõꝓbatur . Et ſic gncianus
fuit victus de pꝛĩa ꝯcluſione . Et qꝛ nõ
potuit replicare iratus eſt ei. d. Elige
vnũ de duobꝰ. Aut diuerſas penas in
curꝛere. aut dijs ſacrificare. homĩes
n. adoꝛabãt ydolũ qđ vocabaꝛ iouis ⁊
mulieres aliđ ꝙ vocabaꝛ venꝰ. Agata
rñdit. Uxoꝛ tua talꝭ ẽ q̃lꝭ dea tua venꝰ:
⁊ tu talꝭ q̃lis ẽ deꝰ tuus iouis. Tũc gn.
iuſſit eam alapis cedi dicẽs. In iniuriã
iudicis noli garꝛire. Agata auteꝫ cogi
tans q̃uo xp̃s fuit alapis ceſus. ſubſti-
nuit patienter. d. gntiano. Miroꝛ te vi
rũ pꝛudentẽ: qꝛ iam ĩpꝛator te cõmiſ
ſariũ ſuum ĩſtituit. ad tantã ſtulticiam
deuolutũ. vt illos dicas deos quoꝝ vi
tam nõ cupias tuã ꝯiugẽ imitari. ⁊ di-
cas tibi iniuriã fieri. ſi eoꝝ viuas exẽ
plo. nec te nec vxoꝛẽ tuam velis imita
ri. Si. n. credis ꝙ ſint boni. bonũ vo-
bis oꝛaui. ſi vero mali . dimittas eos .
Et ſic fuit victus de ſecũda ⁊ iuſſit eã
mitti in carcerẽ di. Cogita tecum q̃uo
poſſis euadere. At illa. Tu miſer mini
ſter ſathane cogita ac penite. vt poſſis
euadere damnationẽ etnã. Tertia di-
ſputatio fuit nõ in rõnibus ſꝫ ĩ tormẽ
tiſ. Sequẽti. n. die fecit eã adduci coꝛã
ſe. Et ait. Quid tractaſti circa ſaluteꝫ
tuã? Agata rñdit. Salus mea xp̃s eſt .
Et gn. Ceſſabit iſta garrulatio: qꝛ toꝛ-
mentis te affligã. Agata rñdit . Si be-
ſtias ꝓmittis. audito xpĩ noĩe manſue
ſcunt. ſi ignẽ adhibeas . virtute xpĩ an
geli roꝛe celi extinguũt. Gaudiũ meuꝫ
eſt pati pro xp̃o. Neſcis tu: qꝛ granũ
frumẽti nunq̃ reponiꝛ in granario. v[ſ]
q̃ꝫ quo excuſſuꝫ eſt a palea? Nec aĩa
mea quouſqꝫ ⁊c̃. Ecce q̃uo diſputauit.
Iõ ſimilꝭ ẽ homi ⁊c̃. Moꝛalr . Ita oꝫ ꝑ
ſonas bonas ⁊ deuotas vincere. ꝫ. diſ
putatões. Pꝛĩa eſt alapaꝝ. i. malaꝝ lo
quutionũ illoꝝ qui vadũt ad infernuꝫ .
detrahũt. n. illis qui vadunt ad para-
diſuꝫ. tã ĩter religioſos q̃ĩ ĩter clericos
et laycos . Iſta diſputatio vinciꝛ cogi
tãdo verbũ xpĩ. d. Mat. 5. Btĩ eſtis cũ
maledixerint vobis homĩes ⁊ ꝑſequ
ti vos fuerĩt. ⁊ dixerĩt oẽ malũ adueꝛ-
ſuꝫ vos mẽtientes ꝓꝑ me ⁊c̃. Scđa diſ
putatio ẽ carnis. ſ. infirmitatũ. doloꝛũ
⁊c̃. Uinciꝛ . n. cogitãdo illud verbũ aplĩ
Act. 14 . Per multas tribulationes oꝫ
nos intrare in regnũ dei. Tertia ẽ dya
boli ꝑ varias tẽptationes. ſ. cõtra fidẽ
que eſt foꝛtioꝛ. inq̃tũ tãgit aĩaꝫ. Sꝫ vi
ciꝛ dicẽdo. Credo ĩ deũ. a quo hẽo fidẽ:
qꝛ deꝰ poteſt hoc ⁊ aplũ qđ ego poſſeꝫ
ĩtelligeꝛ. ⁊c̃. Et hec đ tertio.
DIco quarto ꝙ fuit ſilis xp̃o in ſua paſ
ſiõe. Legiꝛ de xp̃o. ꝙ in nocte paſſiõis
cũ oꝛaret. tota paſſio ſilꝭ affuit xp̃o pñs
Et factus ẽ ſudoꝛ eiꝰ vt gutte ſanguĩs
decurꝛẽtis ĩ terꝛã: qꝛ vene aſtrinxerũt
ſe ⁊c̃. Statim affuit angelꝰ de celo con
foꝛtans euꝫ licet nõ indigeret . ſꝫ ange
lꝰ exhibuit debituꝫ famulatũ dño ſuo.
Ita fuit đ. b. agata que ĩ paſſiõe ſua fu
it poſita ĩ eculeo ⁊ ĩ mamillis triturata
ſ. cũ coꝛdis ⁊ baculis Ad quã dicebat
quin. Nõ habes qđ optabas. modo vi
deamꝰ ſi ille ihs liberabit te de manibꝰ
meis. ⁊ ſi poterit ipſe tãtũ q̃tum ego .
Agata ex ĩfinito doloꝛe qꝛ mamilla eſt
pars delicata ⁊ iuxta coꝛ ĩcepit clama
re dicens . Adiuua me dñe in toꝛtura
mãllaꝝ meaꝝ. Tunc ille iniquꝰ ꝓcepit
abſcindi eiꝰ mãllas. Cogitare foꝛamĩa
q̃ remãſerũt ⁊ riui ſanguĩs fluẽtis. Et
ipſa appoſuit ſibi manꝰ retinẽs ſangui
nẽ. ⁊ ait gnciano. O ĩꝑatoꝛ crudelis

⁊ dixe tyranne. non es confuſus am-
putare in femi[n]a q[uo]d ipſe i m[at]re ſuxiſti?
Ego h[ab]eo mamillas itegras int[us] in anima
mea: quas ab infantia mea d[omi]no conſe
craui. Et tota ſanguiolenta iteru[m] poſi
ta e[st] in carcere. ⁊ cu[m] oraret ecce circha
mediam nocte[m] ſenex quidam in forma
medici. que[m] antecedebat puer luis por
titor qui credit[ur] angelu[m] fuiſſe fere[n]s
diuerſa medicame[n]ta. qui illuminato car
cere ſalutauit eam. ⁊ poſtea dixit. Q[uam]
afflixit te [con]ſularis ibi era[m]. ⁊ vidi q[uia] po
tes cura[m] ſuſcipere. Agata dixit. Medi
cina[m] carnale[m] nu[n]q[uam] corpori meo exhibui
ſed h[ab]eo ſaluatore[m] d[omi]n[u]m ih[esu]m x[ristu]m qui ſo
lo verbo ſanat omnia. Tu[n]c ſubridens
ſenior ait. Et ipſe me miſit ad te. na[m] ⁊
ap[osto]l[u]s ei[us] ſum. ſ. petr[us]. ⁊ in no[m]i[n]e ei[us] ſcias
te eſſe ſanandam. Et hoc dicto. diſpuit.
Tu[n]c agata proſtrauit ſe in or[ati]one gr[ati]as
agens: ⁊ finita or[ati]one virtute ih[es]u x[rist]i in
uenit ſe o[mn]i[n]o ſanata[m]. Per tota[m] aute[m] noc-
tem lux refulſit in carcere: quo viſo
cuſtodes territi fugeru[n]t relicto oſtio
carceris ap[er]to. Ip[s]a a[utem] noluit fugere ne
corona[m] martirij amitteret. ⁊ cuſtodes i[n]
tribulat[i]o[n]e poneret. Ecce q[uo]m[od]o fuit x[rist]o
ſi[mi]lis: q[uia] ſalutata ab ap[osto]lo ⁊ co[n]fortata.
Ergo ſi[mi]lis e[st] ho[m]i[ni] ⁊c. Moral[ite]r. agata no
luit fugere. ne cuſtodes ⁊c. cum t[ame]n eſ-
ſent inimici ſui. H[ab]etis hic exemplu[m] ne
velitis vindicta[m] inimicor[um] nec portetis
eis mala[m] voluntate[m]. q[uam]diu. n. ſum[us] i[n] ma
la voluntate [con]tra aliq[u]e[m] ſum[us] i[n] ira dei. i[de]o
o[portet] remittere. aliter a[utem] dic[it] x[ristu]s Mat. 18.
P[ate]r meus celeſtis tradet vos torto[r]ib[us]
ſi no[n] re[m]iſeritis vnuſquiſq[ue] fratri ſuo
de cordibus veſtris.

¶ Dico. 5. q[uod] fuit ſi[mi]lis x[rist]o i[n] ſua defuncto[n]e. X[ristu]s. n. poſt m[u]lta torme[n]ta in cruce
clama[n]do Pater i[n] manus tuas co[m]men
do ſpiritu[m] meu[m]. ⁊ cu[m] lacrimis mortu[us]
fuit. Ad hebr. 5. Cu[m] clamore valido ⁊
lacrimis. Ita recte. b. agata p[ost] m[u]lta
torme[n]ta. Na[m] poſtq[uam] fuit curata. q[ui]ncia
nus fecit ea[m] ſibi p[re]ſ[en]tari. Cui admiranti
de curatio[n]e. ⁊ querenti quis ea[m] ſanaſſet
Agata r[espo]ndit. D[omi]n[u]s ih[esu]s x[ristu]s qui eſt ſal[us]
mea. Indignatus q[ui]n[cianus]. q[uia] adhuc ih[esu]m no
minabat. de co[n]ſilio duor[um] malor[um] ho[m]i[num]
fecit eam ſup[er] acu[t]iſſimas teſtas ⁊ car
bones volutari ⁊ noluit pedib[us] ⁊ mani
bus ligatis ne ſe poſſet iuuare. Crudel[is]
d[omi]n[u]s. ſed crudeliores conſiliarij. Dum
hec fierent. terremot[us] factus e[st] magnus.
⁊ mot[us] eſt loc[us]: ⁊ pars parietis corrue[n]s
oppreſſit co[n]ſiliarios p[re]dictos. ⁊ o[mn]is ciui
tas exagitata e[st] ⁊ co[m]mota [con]tra iudice[m]. Et
cu[m] currere[n]t iudices ⁊ ciues tumultua[n]tes
ad q[ui]ntia[n]u[m] ipſe iuſſit ea[m] poni in carcere[m]
⁊ fugit. Beata a[utem] A. cu[m] in carcere eſſet.
⁊ rogaret d[omi]n[u]m vt acciperet ſpiritu[m] ei[us]
regratia[n]do deo. q[uia] [con]ſeruauit ei[us] corp[us]
a corruptio[n]e. ⁊ a[n]i[m]a[m] a malis deſiderijs
⁊ de victoria inimici. de patie[n]tia in tor
mentis. ⁊ clama[n]s in manus tuas ⁊c.
emiſit ſpiritu[m]. Si[mi]lis e[st] ergo homi p[re]d[ic]t[o].
Moral[ite]r h[ab]em[us] hic exemplu[m] faciendi ali
qua[m] penitentia[m]: q[uia] ſic truffando. ⁊ ri-
dendo no[n] poſſum[us] i[n]trare paradiſu[m]. I[de]o
recipiam[us] tormentu[m] penite[n]tie: ſi volu
m[us] obtinere p[re]miu[m] gl[or]ie. I[de]o x[ristu]s Mat. 4.
Penitentia[m] agite. appropinquabit. n. re
gnu[m] celor[um] ⁊c.

¶ Dico ſexto q[uod] fuit ſi[mi]lis x[rist]o i[n] ei[us] tumu
latio[n]e vel ſepultura. X[ristu]s. n. l[ic]3 h[ab]uerit
morte[m] ignominioſa[m]. crudele[m]. ⁊ doloro
ſa[m]. t[ame]n habuit ſepultura[m] honorabilem ⁊
gl[or]ioſam. Dicat[ur] q[uo]m[od]o d[icitu]r yſa. xi. Erit ſe
pulcru[m] ei[us] glorioſu[m]. Ita de. b. agata.
Poſtq[uam] fuit mortua. x[rist]iani receperunt
ei[us] corp[us]. ⁊ cu[m] balſamo. mirra. ⁊ aloe ho
norifice ⁊ [pro]ceſſional[ite]r clerici ciuitatis
ca[n]tando no[n] requie[m]. ſ[ed] gaudeam[us] omnes
in d[omi]no ⁊c. portauer[un]t ad eccleſia[m]. vt po
neret[ur] i[n] monume[n]to nouo. ſ. tomba lapi
dea. Cu[m] corp[us] ſepeliret[ur]. Ecce q[ui]da[m] iuue
nis ſericis i[n]dut[us]. que[m] ſeq[ue]ba[n]t pluſq[uam] ce[n]
tu[m] alij armati ⁊ pulcri. quos nemo un
q[uam] viderat. ſ[ed] a[n]geli era[n]t. ⁊ poſuit ad ca
put ei[us] tabula[m] breue[m] ex marmore: i[n] q[ua]
erat ſcriptu[m]. Me[n]te[m] ſancta[m]: ſpontanea[m]

honoreꝫ dō. ⁊ patrie liberatōeꝫ. Et hec
figura q̄ dr̄ eclipſis. vult dicē. mēteꝫ
ſanctā ſuple hūit. ſpontaneā .ſ. mātirio
ſe exhibuit. honoreꝫ dō .ſ. dedit. ⁊ p̄rie
liberatonē .ſ. acqſiuit. Iſta .n. q̄tuor v̄ba
ſic itelligūt. Ex tūc ergo tā iudei ꝙ̄ gē
tiles ceperunt venerari ſepulcꝝ eiꝰ. Qui
tianꝰ v̄o poſt paucos dies fuinie iterijt
Bil'is eſt ergo ⁊c̄. Moral'r iſta .4. dbe
mꝰ nos habē. Prio mentē ſanctā ⁊ cor
mundū a malis cogitatōibꝰ. Ibi .n. eſt
initiū bōe vite. expellendo malas cogi
tatōes a corde vt prūas a māu ſubito.
al' cōbureret manꝰ. imagiatio .n. hōi
nis tā vigilādo ꝙ̄ dormiendo apta eſt
dyabolo i q̄ pōt ponē braſas ſeu prūas
malaꝝ cogitationū ⁊ tēptationū: ſꝫ niſi
velitis eas retinē delectabilit cogitā
do. nō cōburent vos ſi ſtati expellatis.
dicēdo ihs. ihs Iō dic̄ ſcriptura ꝓū. 4.
Oī cuſtodia ſua cor tuū: q2 ex ipō vita
ꝓcedit. Ita ſi bene cuſtodiat̄ al' mors.
Scđo ſpontaneā .ſ. ad faciendū penitē
tiā: q2 nō vi ſꝫ gratis penitentiā d̄betis
accipē ⁊ facē: q2 penitentiā coactā faci
unt illi d̄ iferno ſꝫ nih valet eis. Iō pri
me petri .5. Nō coacte ſꝫ ſpōtanee ſꝫ d̄
uꝫ ſuple penitētiā faciamꝰ. Tertō hono
rē dei. nō ſubſtinēdo ludū taxiloꝝ in q̄
vitupat̄ deꝰ ⁊ dānant̄ tot aīe. 1. pe. 4. In
oībꝰ honorificet̄ deꝰ. Quarto p̄rie liberatō
nē. Iuuādo cōitatē vt liberet̄ ab oneri
bꝰ illi q tn̄ reddūt t̄rā i captiuitatē ⁊ d̄
ſtructionē. vt uſurarij q vſ̄as falſe vo
cāt ſenſualia al' cenſualia. Si dicat̄ i q̄
cognoſcit̄ ꝙ ſit cenſuale vl' vſ̄a. dico ꝙ
ad cenſuale requirūt̄ due ꝯditōes. Pria
ꝙ ſit emptio ⁊ nō mutuū. Scđa ꝙ p̄tiū
ſit iuſtū. Si v̄o eſt mutuuꝫ. tūc eſt vſu
ra dampnata.

In cathedra ſancti petri.

Ego dico tibi q2 tu es petrꝰ. Mt.
16. Feſtū hodiernū dr̄ cathedra
ſci petri. Rō ē. q2 hodie fuit itro
nizatꝰ. Qn̄ aliqs eligit̄ i epm̄ vl' papā.
ponit̄ cū mitra i cathedra. Sic factum
fuit d̄. b. pe. apl'o. quē xp̄s elegit i papā
⁊ vicariū ſuū: ⁊ pꝰ ſuā paſſionē ⁊ reſur
rectōeꝫ ꝯfirmauit eū. d. Ioh. 21. Paſce
agnos meos. Reſtabat ergo ut itrōiza
ret tāꝙ̄ vicariꝰ xp̄i. cui xp̄s cōiſit ptā
teꝫ diuinā ⁊ ſuis ſucceſſoribꝰ. Et q2 ho
die fuit itrōizatꝰ. iō d̄ hoc facimꝰ feſtū
hodie. Et hic erit ſmo noſter. Sꝫ prio
ſalutet̄ v̄go ma. ⁊c̄. Ego dico ⁊c̄. hoc
nomē petrꝰ hꝫ q̄tuor iterp̄tatōes q̄ ꝯue
niūt q̄tuō cathedris i qbꝰ. b. petrꝰ fuit
itrōizatꝰ. ⁊ ſūt hec q̄ ſequūt̄. ſic iuxta
has q̄tuor iterp̄tatōes ſūt q̄tuor cathe
dre petri.

Prio petrꝰ iterp̄tat̄ diſſoluens.
Scđo iterpretatur agnitus.
Tertio iterpretat̄ diſcalciatꝰ.
Quarto iterpretat̄ agnoſcens.
Pria ē cathedra d̄ p̄ſidentia vniu̇ſali.
Scđa d̄ ſanctimonia ſpūali.
Tertia de ſapientia theologali.
Quarta de eminētia iudiciali.
Prie cathedre cōreſpōdꝫ iterp̄tatō hu
iꝰ nois petrꝰ. 2ª. ſcđe. ⁊c̄. q2 ꝑꝑ p̄mā ca
thedrā petrꝰ dr̄ diſſoluēs. ꝑꝑ ſcꝫ agni
tꝰ. ꝑꝑ tertiā diſcalciatus. ꝑꝑ quartam
agnoſcens. iō dic̄ thema. Ego dico tibi
q2 tu es pe. ⁊c̄.

Dico prio ꝙ pª cathedra i q̄. b. petrꝰ fu
it itronizatꝰ. dr̄ de p̄ſidentia ⁊c̄. Nō p̄
ſidentiā p̄ticulariorē. ⁊ p̄ſidentiā vniu̇
ſalē. Pria eſt p̄ſidentia epoꝝ archiepo
rū ⁊c̄. abbatū. q ſolū i ſuis dioceſibꝰ ⁊
curis preſunt: ſed p̄ſidētia uniuerſalis
eſt qn̄ non ſolum i vna eccleſia vel dio
ceſi preſidet. ſed etiam i vniuerſo mū
do. Talis eſt preſidentia papalis. ⁊ ta
lis eſt preſidentia. b. petri. Et ſicut de
us eſt totius mundi dominꝰ. ita ⁊ ſu
us vicarius a quo nullus eſt exemptꝰ.
hanc recepit in ceſarea philippi. De
iſta preſidentia loquitur euangeliū ho
diernuꝫ. d. Uenit ihs i partes ceſaree
philippi ⁊ iterrogabat diſcipulos ſuos
di. Quē dicūt homies eē filiū hominis⁊

Nō quō dñi exemplo xp̄i debent inter
rogare qd dr̄ de eis. Itē quomō diſci-
puli debent dicere de magr̄is ⁊c̄. q. d.
vos qui vaditis ꝑ viā ⁊ loquimini cū gē
tibus. qd dicit̄ de me: ⁊c̄ vſqꝫ ſuꝑ hāc
petrā edificabo eccleſiā meam. In quo
oſ̄ditur onus qd̄ portat ꝑlatus. qui in
iudicio hꝫ dare rōnem de oībus aīabꝰ
ſibi cōmiſſis. Iſta rōne antiq fugiebāt
ꝑlatōes. cogitantes onus. qꝛ totuꝫ edi
ficiū bone vite eccleſie fundat̄ ſuꝑ pe
trā ꝑlati. ſed modo nō cogitant onus ſꝫ
reditus. Ideo quilibet ingerit ſe. Dic
quō quilibꝫ ꝑlatus dꝫ eſſe vt petra. fir
mus in fide. ⁊ fortis ī ſanctitate vite ⁊
deuotiōis ⁊ ſciā: qꝛ totū edificiū eccl'ie
militantis. fundatur ſuper petrā ꝑlati
Scd̄o ⁊ tibi dabo claues regni celorū
Officium clauium ē claudere ⁊ apire.
Hoc offm̄ xp̄s dedit b. petro ⁊ ſuis ve-
ris ſucceſſoribus. ⁊ a papa deriuat̄ ad
ſacerdotes qui apiunt abſoluēdo a pec
catis. ⁊ claudunt qn̄ nō abſoluūt pec
catoreꝫ ex triplici defectu peccatoris.
Primo ſi non proponit abſtinere a pec
cato: qꝛ al' nō apiet̄. Secundo ſi pecca
tor non vult remittere iniurias. Ter-
tio ſi peccator nō vult reſtituere furta
⁊c̄. qꝛ tūc cōfeſſor nō pōt aperire. Iō
de quolꝫ ꝑlato pōt itell'i verbuꝫ yſaie.
22. Et dabo claueꝫ domus dauid. i. xp̄i
de genere dd̄ ſuꝑ humeꝝ eiꝰ. ⁊ aperi-
et ⁊ nō erit qui claudat. claudet ⁊ nō
erit q aperiat. Tertio dicit ⁊ quodcun
qꝫ ligaueris ſuꝑ terrā erit ligatū ⁊ i ce
lis: qꝛ ſuppone hoc i terra vſu clauis
deus illud approbat i celis i omni cō
feſſione. niſi cōfeſſor ſit beſtia dꝫ ligar̄
⁊ ſoluere. Dic quō quilibet peccator ē
ligatus tot uincul' quot hꝫ peccata mō
talia i memb̄ꝛ ꝑ que peccauit. ꝓuer. 5.
Iniquitates ſue capiūt impiū. ⁊ funibuſ
peccatoꝝ ſuoꝝ cōſtringit̄. Sed i abſo-
lutione a confeſſore ſoluūtur. Deinde
cōfeſſor dꝫ ligare pcōrē nō malo vicl'o
ſꝫ uicl'o pnīe quā ſibi dꝫ dare ſꝫ pcā. q

ſuādā ē oīo. al' dānaret̄ pcōr. De h̄ xp̄s
Mat. 18. ꝯfeſſoribꝰ. Amē amē dico vob
q̄cūqꝫ alligaueritis ſuꝑ terrā erūt liga
ta ⁊ i cel'. ⁊ q̄cūqꝫ ſol. ſuꝑ terrā erunt
ſol. ⁊ i celo. Ecce poteſtaſ vniuerſal' ꝑ
ſidētie i qua fuit b. petrus itronizatuſ
Et poterat dicē illō iob. 29. Qn̄ proceđ
bā ad portam ciuitatis ⁊ i platea ꝑa
bāt cathedram mihi. Nota in platea.
Platon grece. i. latitudo eccl'ie vni-
uerſal' ꝑſidētia ꝑabāt mihi. ſ. v̄ba xp̄i
ꝯferentis ſibi ꝑtātē ⁊ auc̄tē diuinā. Iō
dr̄ petrꝰ. i. ſoluēs iuxta ꝓphiaꝫ yſa. 58.
Diſſolue colligatōes ipietatis: ſolue fa
ſciculos deprimētes. Dimitte eos q con
fracti ſūt libos ⁊ oē onꝰ diſrūpe.

¶ Scd̄a cathedra i qua fuit itrōizatꝰ ē
de ſcimonia ſpūali. In hac fuit itrōiza
tꝰ i ciuitate antiochie q̄ erat caput to
tiꝰ ſyrie in qua venit. b. petrꝰ cū diſci
pulis ſuis poſtq̄. 5. ānis vſus fuit pria
cathedra in yrl'm. Et ibi xp̄m p̄dicauit
⁊ miracula fecit. Tūc theophilꝰ p̄ꝛiceps
⁊ vniv̄ſus populꝰ anthiochie. ⁊ q̄plu
res alij i dño crediderīt. ⁊ g'ioſā eccl'iā
fabricauerīt. i cuiꝰ medio excelſā cathe
drā collocauerūt. ⁊ petꝝ ibi exaltauerīt
ut poſſet ab oībꝰ audiri. i q̄. 7. annis ſe
dit. Ecce quō fuit itronizatꝰ i cathedra
d̄ ſcimōia ſpūali. Et fuit cōpleta ꝓphia
dd̄. Cōfiteant̄ dño miſicordie eiꝰ ⁊ mi
rabilia eiꝰ filijs hominū. Et exaltēt eū
i eccl'ia plebis ⁊ in cathedra ſenioꝝ la.
eū. Nō miſicordie eiꝰ. ſ. b. petri qn̄ ſa-
nauit i noie dñi oēs īfirmos ātiochie
Ecce mirabilia eiꝰ paſcēdo populū v̄bo
dei. ꝑꝑ qd̄ exaltauerīt eū i cathedra ſe
nioꝝ. ſ. patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ipm ſā
ctū hoīeꝫ reputātes. Huic cathedre cō
uēit ſcd̄a iterꝑtatio huiꝰ noīs petrꝰ. i.
agnitꝰ. Cū. n. eū ꝑꝛio repuliſſēt tāq̄ ma
gū. tandē agnita eiꝰ v̄itate ⁊ ſcitate ꝑ
v̄tutes ⁊ eiꝰ mirabilia ipm reuerēdiſſi
me ſuſceperūt. q̄ſi. d. illō ioh. 3. Scimꝰ
qꝛ a dō veīſti magiſter ⁊c̄. Iō dic̄ xp̄s.
Ego dico tibi qꝛ tu es petrꝰ. i. agnitꝰ.

Tertia cathedra in qua b. Petrus fuit
intronizatus ē qñ fuit factus magiſter
in theologia. hanc recepit rome. Poſt
ꝗ̃ per. vij. annos fuit in ciuitate antio
chie iuit romā que tunc florebat in do
minio totius mūdi ⁊ ſcia phoꝝ: ⁊ ibi
b. petrus meruit legē theologiā ⁊ extir
pare quattuor errores phoꝝ. Primuſ
ꝙ ſicut nō erat niſi vnus deus ꝙ non
erat niſi vna perſona. Ita ꝙ nega-
bant trinitatem. Sed contra b. pe. in
ſua ſcola ꝙ ſcriptum eſt. i. ioh. 5. Tres
ſunt qui teſtimoniū dant ī celo ⁊c. Se
cūdus ē ꝯtra xpi īcarnationē. d. ꝙ im
poſſibile eſſet ꝙ eadeꝫ perſona eēt de⁹
⁊ homo. rō eſt: qꝛ finiti ad infinitum
nulla ē proportio. Sed b. pe. in cathe-
dra ſapientie theol'. qūo licet finiti ad
infinitum nō ſit proportio ꝗ̄titatis. tñ
eſt ꝓportio q̄litatis. qꝛ filius dei ibi ī
ſua diuinitate ſubſtinet illā humanita
tem ēqꝫ cauſa ipſius. Tertius erat ꝯ
xpi paſſionem. d. illud phiſicoꝝ primo.
Fruſtra fit ꝑ plura ꝙ pōt fieri ꝑ pau
ciora. ſꝫ petrus declarauit qūo voluit
ſic facere ſeruādo ordinē iuſtitie ⁊ mi-
ſericordie ⁊c. Jō voluit capi ⁊ ligari
⁊c. vt ſibi credētes ⁊ obediētes eēnt a
pcīs ſoluti. Terti⁹ errō ꝯ ſacrificiū alta
ris. d. ꝙ loc⁹ ad locatū dñt ꝓportōarij
⁊ adequari. ⁊ petrus declarauit qūo ħ
eſt verum loquēdo natural'r ſed non
ſupranāl'r. Sic in ħ ſacramēto cōſide
rata diuina ptāte que pt pluſq̄ꝫ nos poſ
ſumus ītelligere ⁊ in hac cathedra b.
petrus ſedit. 25. annis. De hac cathe-
dra auctoritas figuratiua dauid ſedēſ
in cathedra ſapientiſſim⁹ princeps īter
tres. ⁊ rñdit. 23. Dauid. ſ. fortis ⁊ robu
ſtus. Ecce prim⁹ ſapiētiſſim⁹ inter. 3.
ſcilꝫ ſectas phoꝝ ⁊ ſtoicoꝝ epicureoruꝫ
⁊ ꝑipateticoꝝ. huic cathedre ꝯuēit 3ª
diſputatio hui⁹ noīs petr⁹. i. diſcalciās
ſcilꝫ ſotulares argumēto dcōꝝ phoruꝫ.
Et fuit ꝯpleta illa ꝓphia. Exo. 3. Solue
calciamēta de pedib⁹ tuis. Nota pedi-
bus tuis. ſ. diſcipul'r te audiētib⁹. terra
enī ī q̄ ſtas. ſ. roma ſcā ē. ꝑꝑ ſanguineꝫ
martiꝝ ibi effuſuꝫ. Nō hic miraculū ḋ
illo ſcō papa. q epō petēte religas pro
ſua eccl'ia dedit pugilū terre quā vili-
pēdēs epſ. de terra ſicha exiuit ſāguis
Jō dixit xp̄s petro. Ego tibi dico qꝛ tu
es pe. i. diſcalciatus.

¶ Quarta cathedra b. petri ē ⁊c. In hac
fuit ītronizatus in celo qñ migrauit ⁊
eius aīa fuit collocata ⁊c. Sed pfecti⁹
eā recipiet ī die iudicij qñ ī aīa ⁊ corpe
iudicabit cū xp̄o. Uñ ipſo q̄rente a xp̄o
Mat. 19. Ecce nos religm⁹ oīa ⁊ ſequti
ſumus te. q̄d ergo erit nob: Rñdit ſibi
xp̄s. Amē dico vobis ꝙ vos q relig̃ſtis
oīa ⁊ ſequti eſtis me. ī regñratiōe cum
ſederit fili⁹ hoīs ī ſede maieſtatis ſue.
ſe. ⁊ vos ſr ſedeſ. xij. iud. xij. trib. iſr'.
Luc. 22. Dicit. ſedebit ſup tronos ⁊ idē
ē. huic ꝯuenit quarta interꝑtatō noīs
petrus. i. agnoſcens. qꝛ tūc cognoſcꝫ eē
cōpletas oēs ꝓmiſſiōes xpi. tūc cogno
ſcet oīa bona ⁊ mala oīum. tūc poterit
dicere. b. petrus ꝙ ſcriptū ē. i. cor. 13.
Cognoſcam ſicut cognitus ſum. Ideo
chriſtus Ego dico tibi qu. a tu es pe. i.
agnoſcēſ. ſ. gloriā ꝑadiſi. Ad quā gloriā
nos ꝑducat ⁊c.

¶ In feſto ſancti mathie apl'i.

Ita pater qm̄ ſic fuit placituꝫ
ante te. Mat. xi. cap. textual'r
⁊ ī euāgelio hodierno official'r.
Sic totū offm̄ eccl'ie ⁊ tota ſolēnitas
ē illi⁹ glorioſi apl'i b. mathie. Ita ⁊ ſer
mo noſter erit. maxīe qꝛ ḋ ſua ſciſſima
vita poterimus recipe bonas īſtructō
nes ⁊c. Salutet virgo ma. ⁊c. Uerbū
ꝓpoſituꝫ ſm̄ ītellectum quē volo ꝑtra
ctare indiget declaratiōe theologali.
Et ſic declarando ītrabo māmi quam
volo declarare ſeu ꝑdicare ſm̄ ſcāꝫ
⁊ verā theologiā. Nō ꝙ de oībus opa-
tiōibus artificialibus. ſiue naturalib⁹
ſiue moralibus deus eſt cā principalis
⁊ opa iſta oīa que ſunt ī hoc mūdo vl'

uolūtaria uel nālia ſiue artificialia ha
bēt unā pricipalē cauſaȝ.ſ.beneplacitū
diuine uolūtatis.lȝ ſm phiam aſſignē
tur plures alie cauſe.ōſ tamē alie cau
ſe ſunt inſtrumētales.itermedie.ꝛ qſi
diſpoſitiue. Principal' cā omniū eſt vo
luntas dei. Si dicatur.qꝛ hoc fuit fac
tum.que ē cā? Rñdet. Uolūtas dei:qꝛ
deus voluit.hoc faciliter pōt videri ꝑ
ſimilitudineȝ in horologio.in quo oīuȝ
motionū cauſatōes tādē reducūtur in
magiſtrū ſiue gubernatorē horologij.
Similiter pōt deduci ī naturalib' ꝛ ar
tificialib'.moralib' ꝛ mēitorijs. Si.n.
querat qꝛ nō facit ventū. Dicēt phs.
qꝛ terra emittit vapores qñ pñt aſcen
dere. Jō ꝛc. Et ſi vltra quereret qre
nō pñt aſcēdere? Rñderet phs:qꝛ talis
planeta regnat ꝛc. Si vltimū qrat qꝛ
habet planeta talē virtutē ꝛc.qꝛ deus
a principio ſibi dedit. Et qꝛ? Rñdendū
ē qꝛ placuit ſibi. Si vltra qris ꝛ qꝛ ſi
bi placuit.ſtultus es qꝛ vt dicit porphi
rius hic iubet plato qeſcere. Jdem qñ
qrit qꝛ ſt fames alicubi. Rñderet phus
qꝛ nō ſemiauerūt nec collegerūt. Si
vltra querat.qꝛ nō collegerūt diceret
ipſe qꝛ tra erat arida ꝛ ſicca. Et ſi dica
tur quare ſicca. Rñderet qꝛ nō pluerat
Et ſi querat.qꝛ nō pluerat. Rñderet
qꝛ vapores nō eleuabātur ī altū nec ꝯ
dēſabātur.hoc rñderet phus: qꝛ deus
non dedit talē virtutē. qꝛ nō dedit.
qꝛ ſibi placuit. Sola iſta rō ſatiat.alie
nō ſatiant. Jdem de mortalitatibus in
firmitatibus ñ ē attribuen cauſis ſcis.
ꝛ inſtrumētalibus.ſed diuie volūtati.
Jtē idem pȝ in cāis artificialibus. No
tarius.n.bñ volēs ſcribere cartā.mul
tis idiget ꝛ multa ꝯcurrūt.ſ.calamus
ſcindipeniū.regula.incauſtrū.tñ boni
tas lr̄e nō attribuit calamo nec alijs
ſed notario qui ē cā pricipal'. Jdē ꝺ ca
pſa q̄ ē optime fabricata. nō attribuit
aſſi nec martello.ſed carpētario. Jdē
de tacea argētea ꝛc. Jdeȝ de alijs opi
bus que fiūt i h mūdo.ſola diuina vo
lūtas ē cā oīum.dempto peccato qđ ñ
ē opus ſuū. Jdem i opibus volūtarijs
ꝛ meritorijs. Si qrat qꝛ dō.ꝛ ita intel
ligat de quolȝ alio fiut ita ſcūſ? Si di
catur.qꝛ tenuit bonā vitā hic. ꝛ vita
uit peccata. Si dicat qꝛ vitabat pecca
ta:qꝛ nolebat facere ꝯ diuinā volūta
tatē ꝛ ordinatōem. nundū ſatiat reſ
pōſio. Sed ſi dicat. qꝛ ita placuit deo.
Jſta rñſio ſatiat. Et ſi qrat qꝛ ita pla
cuit deo.nō eſtis ſtultus.qꝛ vltra ſū
mum gradū nō ē aliud. Jō dō de ſe di
xit.2.R.22. Eduxit me i latitudinē.ſ.
ſanctitatis ꝛ bone vite.ſaluum me fec
Rō.qm̄ voluit me. Ex iſta rōne ſci pa
tres attribuebāt totū deo.ꝛ in hoc hō
nō pōt errare:ꝛ fit deo magnus honor
Patet exēplū i iob ditiſſimo ꝛ hēt iob
.i.q in vna die ꝑdidit qngēta paria bo
uū ꝛ totidem aſinaꝝ:qꝛ ſabei ſecuȝ ad
duxerūt ꝛ voluerūt iterficer cuſtodes
qꝛ defendebāt. Jtē hēbat.7.milia capi
ta ouiuȝ ꝛ eadē die fulgur ignis deſcē
dit.ꝛ oēs oues cōbuſit. Jtē caldei ea
dem die duxerūt ſecum.3000.cameloſ
Jtem habebat ſeptem filios milites.ꝛ
tres filias. Et eadē die dū comederēt
i eadē domo.faciētes ꝯuiuiū.venit vē
t' ꝛ diruit domū.ꝛ oppreſſit oēs. Qñ
venerūt noua ad iob.creditis ꝙ ipē di
xit.hoc fecerūt inici.ignis.vl' ventus?
Nō curauit de ſcis cāis.qꝛ ſolū ſunt in
ſtrumēta.ſed totū attribuit deo.d. Do
min' dedit dñs abſtulit.ſicut dño pla
cuit ita factū ē. Jtē iacob geñ.33.qñ fr
ſuus eſau queſiuit ab eo.quid ſibi vo
lunt' iſti.ꝛ ſi ad te ꝑtinent? Reſpondit.
Paruuli ſunt quos donauit mihi deus
ſeruo tuo. Ecce ergo quō pȝ doctrina
ꝙ oīa que fiūt i mūdo ſiue ꝺ opib' nā
libus.ſiue artificialibus.ſiue volunta
rijs. Deus ē cā pricipalis oīum. Dēptis
culpis peccatoꝝ. De quibus de' nō eſt
cā:ſed tota culpa eſt a pecōre. Jō dicit
magiſter ſniarū in primo ꝛ allegat au

guſtini. d. Sufficit xpiano ſcire ⁊ cōfi
teri oīum rerū ⁊ opationum que fuit
in hoc mūdo cām eē diuinā volūtatē
Jō qꝛ b. mathias fuit ita ſcūs. ſi qrat̄
que fuit cā ſcītatis. rñdet̄ ꝙ orōnes. ⁊
ieiunia. ⁊ pnīa. nō ꝙ iſte ſint cauſe ſo
lū: qꝛ ſunt inſtrāles ⁊ diſpoſitiue. ſꝫ cā
pꝛīcipalis fuit beneplacitū diuine volū
tatiſ. Jō xp̄s dicit patri. ita pr̄. ſ. ē. Jta
ſcūs b. mathias. qm̄ ſic fuit placitū añ
te. Pꝫ thema: Et notaui. 4. gradus ſci
tatis. b. math. apl̄i.

¶ Prima ſanctitas laycalis.
Secunda ſanctitas clericalis.
Tertia ſanctitas pontificalis.
Quarta ſanctitas martirialis:

¶ Si qrat̄. qr̄ hūit tot gradus ſcītatis.
Rñdit thēa. ita pr̄ qꝛ ſic fuit placitū ⁊c̄
Dico pꝛimo ⁊c̄. ſanctitaſ eniꝫ laicalis
in hoc conſiſtit vt ſeruent ſtricte dei
precepta. ⁊ ponere in cozde ſuo. nihil
facere qđ ſit ꝯtra deum etiam pꝛo toto
mundo acquirēdo. Luc. 9. Quid. n. ꝓ
ficit homi ſi vniuerſum mūdū lucre-
tur. aīe vero ſue detrimentuꝫ patiat̄?
Modicuꝫ lucrat̄ qui aīam perdit. Qñ
homo magis vult viuere ſcđm diuīaꝫ
ozdinatōem q̄ꝫ ſcđm ꝓpꝛiam vol̄. vel i
clinatiōem. qñ. ſ. dicit caro iclinat me
ad ſupbiā. auaritiaꝫ ⁊c̄. Tñ vos dñe oz
dinatis oppoſitum. Jō volo humiliari
ad ſeruiēdum veſtris mandatis. ⁊ ſic
diſcurrēdo peccata ut erit expediens.
Jſta eſt ſanctitas laycal̄. Auct. Leui.
20. Sāctificami ⁊ eſtote ſancti. quia ⁊
ego ſcūs ſum dñs deus veſter. Et ſi q̄
ratur. Dñe quō ſcīficabimur? Rñdit.
Cuſtodite p̄cepta mea ⁊ facite ea. Ego
dñs qui ſcīfico voſ. Jſto modo b. mat.
habuit ſcītateꝫ laycalem. Cum. n. fuiſ
ſet laycus. potius gubernabat ſe ſcđꝫ
dei mādata q̄ꝫ ſm̄ ꝓpꝛia ſeiſtimēta. Di
cit hiſtoria ꝙ fuit ciuitatis bethleem
de tribu iuda. Jam ſcitis quomodo fu
erunt. 12. tribus iſrael. ⁊ tribus pꝛinci
palis fuit iuda. De qua fuit chriſt⁹ ⁊

b. math. Patet quomodo erat nobilis
genere. ⁊ parentes eius erāt diuites i
diuitijs ⁊ mozibus. ⁊ habuerunt ma-
gnam diligentiam ad nutrienduꝫ pue
rum b. math. quia pueri in pueritia lu
crantur vel perduntur ex negligentia
parentum: quia dimittunt eos ad li-
bitum eozum ⁊c̄. Dicit hiſtoria ꝙ parē
tes ipſum ab annis puerilibus diuine
legis inſtitutionibus mancipauerunt.
Ad pꝛaticham dicatur quomō pr̄ eius
vocabat eum cozā eo. d. ei. O fili ſcias
ꝙ deus dedit nobis pꝛecepta ⁊ ozdina
tiones ſecundum quas debemus viuē
⁊ non iuxta noſtram voluntatem ſeu
iclinationem. Jō caueas ne dicas mē
dacium. Jdem ne iures. niſi pꝛo neceſ
ſitate. ſ. coactus in iudicio ⁊ vtiliter
⁊ tunc cum veritate. aliter enim iura
re ſemper eſt peccatum. Jtem ꝙ ñ diſ
famaret aliquem. vel diceret malū de
pꝛoximo. ne cōtendēt ⁊c̄. ne furtum fa
ceret. ne inuētū aliqd retineret. ne vel
let vindictā de iniuria. vt oꝛaret ⁊ ad
templum iret. ⁊ cum ſilentio officium
audiret. Et ita puer oīa iſta ipꝛeſſit in
mentem. ꝙ nūq̄ꝫ cōtrafecit. Ecce quō
diuine legis inſtructionibus mācipa-
runt. Et ſicut augumentabatur etate.
ſic augumentabatur ſanctitate. Nō le
gitur ipſum feciſſe carnalitatem. Jmo
dicit hiſtoria ꝙ erat cozpe et cozde mū
diſſim⁹. Mūdi ſunt vir ⁊ ei⁹ vxoꝛ ſuā
tes ſibi adinuicē fidelitatē ⁊ mōꝫ ⁊c̄.
Mūdiores ſunt ꝯtinētes. ſꝫ mūdiſſimi
ſunt virgīes. Ecce ſanctitas laycalis.
Jta pr̄ qm̄ ⁊c̄. Moral̄r hētis hic in-
ſtructōeꝫ nutriēdi filioſ. Magna dāna
tio ē pētri q ñ curāt de iſtructōe filioꝝ
ſpūali. Uultis cognoſcē qđ ē peccm̄. Si
cut ſi pr̄ nolet ꝓuidē filijs puulis đ ci
bo. potu. veſtitu. ⁊ mozerēt̄ fame. ⁊ nū
qd eēt mag⁹ crudelitas; ⁊ magnū pcm̄
Mai⁹ pcm̄ ē. qñ ñ curāt iſtruē de his q̄
ꝯtinēt ad aīam. que plus valet q̄ꝫ coz-
pus. Quid ē cozp⁹ niſi ſaccus ſtercorū

⁊ cibus omnium quod morit̃ ⁊ corrũ
pitur. Aīa vero non. Jõ io. 6. Spũs ē
qui viuificat. caro nõ prodeſt quicq̃ .
Si ergo tam magnũ peccatũ eſt parẽtĩ
non curare de corpore filioꝝ. quãtum
magis ⁊c. ⁊ maxime qñ ſũt puuli. Tãc
enim flecti poſſũt vt arbores tenues.
magni aũt minime. Furca caſtigabit
eos. Ideo parẽtibus dicit ſcriptura ad
ephe. 6. Patres nolite ad iracũdiaꝫ. ſ.
dei prouocare filios vr̃os. ſed educa-
te illos in diſciplina ⁊ correptione do
mini ⁊c.

¶ Dico ſcd̃o q̃ ſanctitas clerical' que ĩ
hoc cõſiſtit. Ut dixit zacharias pr̃ io.
baptiſte ſci. qui fuit ſacerdos. luc. i. Ut
de manu inimicoꝝ nr̃oruꝫ liberati ſer
uiamus illi in ſan. ⁊ iu. co. ipſo oĩbus
die. noſtris. Tres ſunt inimici omniuꝫ
xp̃ianoꝝ principales. ſed precipue cleri
coꝝ. ſ. dyabolus. caro. ⁊ mũdus. Dya-
bolus cũ manu ſua capit. Manus dya
boli ē ludus taxiloꝝ. Cũ iſta manu dya
bolus. Capit primo ĩcipiẽtes. Secũdo
cõſentiẽtes. Tertio aſpiciẽtes. Quãto
mutuãtes taxillos vel pecũias. vel do
mũ. cartas ⁊c. Quinto rectores ciui-
tatis ꝑmittẽtes ludũ. Oẽs iſti capiunt̃
a manu dyaboli ĩ ludo. Ideo fugite vt
poſſitis dicere cũ tobia. Tobie. 3. Nũ
dam ſeruaui aĩam meã ⁊ nunq̃ cũ lu
dentibus miſcui me. Maledictus ē q
ludit de clericis. Secũd' inimicus eſt
caro. cuius manus ē luxuria cuꝫ qua
capit multas aĩas. ſ. oẽs illos qui uo-
lunt hẽre delectationes per illas ꝑtes.
ꝑt tñ virũ ⁊ vxorem. q2 nõ vult de' q̃
illud opus turpe fiat niſi inter virũ ⁊
vxorem m̃rimonial'r cõiunctos: ⁊ ſer
uantes modũ ⁊c. Si aũt dicatur vxor
mea eſt ſenex. vel infirma. vel dimiſit
me. Dico q̃ viuatis caſte. Iſtud. n. eſt
onus matrimonij. Clerici aũt tenẽtur
viuere caſte ex voto ordinibus ãnexo.
Itẽ tñ q̃ ñ debetis audire miſſam a cle
rico notorie cõcubinario. nec recipere
ſacramẽta. Detur modus corrigẽdi cle
ricos nõ tangendo. ſed ipſos admonẽ-
do. ⁊ quod dicatur epiſcopo etcetera.
Tertius inimicus ē mũdus cuius ma-
nus ad capiendũ eſt vſura laycis. ⁊ ſi
monia in clericis. Cuꝫ iſta manu capit
oẽs ad vſurã mutuãtes. Secũdo nota
riũ q2 periurus ē ⁊ ĩfamis: qñ aũt fit
notarius iurat nõ recipere ꝯtractus il
licitos ĩ fauorem vſuraꝝ. Tertio teſteſ
dãdo fauorem. Quarto vxorẽ vſurarij
ſi de illo lucro facit vanitates. Quĩto
filios recipiẽtes hereditatem ⁊ filias
recipientes ð vſura dotem: quia debẽt
dicere patri q̃ det eis ſimplicem doteꝫ
vel donationẽ vel hereditatẽ. Sexto
generos. q2 recipiunt doteꝫ. Septimo
filios vſurarij ſuccedẽteſ q dñt totũ re
ſtituere ⁊ nõ faciũt. Ab iſta vſura. ſ.
ſymonia maxime debẽt cauere clerici
Dicũt aliq q̃ clerici religioſi ⁊ vidue
poſſunt recipere vſuram. hoc ē falſuꝫ
⁊ error. Si papa mutuaret ad vſuraꝫ
dãnaret̃. In hoc ergo conſiſtit ſcitas
clerical' vt ſint liberati de mãu inimi
coꝝ. ſ. dyaboli. carnis. ⁊ mũdi. Iſtã ſã
ctitatem habuit b. ma. Poſtq̃. n. hũit
ſcitatem laycalem. audiuit xp̃m predi
cãtẽ: ⁊ miracula facientem oſtendens
q̃ ip̃e erat meſſyas in. l. promiſſus. O
dixit b. ma. mõ oportet mutare ſtatuꝫ.
Et aſcẽdens. intrauit ĩ ſocietatẽ xp̃i.
⁊ xp̃s fecit unũ de. 72. diſcipul'. Lꝫ mĩ
ti ſequerent̃ xp̃m. Tñ ipſe elegit ſpãl'r
72. di. Rõ: q2 poſt diluuiũ mũd' fuit di
uiſus in. 72. partes ⁊ linguas. Gen. xi.
Et q2 xp̃s venit ad cõuertendũ totum
mũdum. elegit. 72. diſcipulos q fuerũt
ſacerdotes. de quibus luc. 10. Deſigna
uit dñs ih̃s ⁊ alios. 72. Et appropriãdo
uerba ad. M. Qñ xp̃s miſit ipſuꝫ ad
predicãdũ. Ecce mã ð qua predicabat
Rñdit tñ. dñe nõ credent mihi: ⁊ ideo
xp̃s. Do tibi ĩ poteſtate faciẽdi miracu
la. curare ĩfirmos ⁊c. Dicatur pratice.
Ecce quõ hũit ſãctitatẽ clericalẽ libe

ratus de maīb⁹ inimicoꝝ carnis. dyaboli ꝛ mundi. Ita pr̄ qm̄ ꝛc̄. Jō aſſimilemur ei ī aliquo nos eccl'iaſtici. Uicē do dyabolū. ſubiugādo carnē. ꝛ deſpiciēdo mūdū ꝛ mūdana ꝛ ea que in eo ſunt. Et h̄ de ſecundo.

Dico tertio ꝛc̄. Scītas pontificalis. ſ. ē̄e apl'm xp̄i. quia ſicut diſcipuli xp̄i fuerunt ſacerdotes. Ita oēs apl'i fuerunt epiſcopi. Scītas pōtifical' ī hoc ꝯſiſtit vt dicit apl's. ad ti. i. Oꝫ. n. ep̄m ſiñ crimine eē ſicut dei diſpēſatoreꝫ: nō ſupbum. nō iracūdū. nō vinolētū. nō percuſſorē. nō turpis lucri cupidū: ſꝫ hoſpital'. benignū. ſobꝛiū. iuſtū. ſcm̄. continētē ꝛc̄. Sꝫ qs ē hic ꝛ laudabimus eum: Iſtam ſcītateꝫ hūit b. ma. ex quo diu vixit in ſcītate clericali p⁹ xp̄i aſcēſionem in ill'. x. diebus qui ſūt int' aſcēſionē ꝛ feſtum ſpūs. ſ. Prim⁹ papa p⁹ xp̄m. ſ. beatus petrus vocauit ꝯſiliuꝫ generale. Auctoꝛitas. act. i. Erat autē turba hoīuꝫ ſimul fere cētū vigīti diſacratus numer⁹ apl'oꝝ erat duodēarius. ſed diminut⁹ erat p moꝛtē iude. oꝫ īpleri ſcripturā quā pꝛedixit p os dd̄ de iuda. Dicatur quō ī cōſilio aliq tenbant q̄ loco iude eligeret' ioſeph q cognominatus ē iuſtus ex ſua ſcītate q erat cōſanguic⁹ ꝯſobrin⁹ xp̄i ꝛ nepos virgis ma. que erat pn̄s ī cōſilio ꝛ filius marie cleophe. que hūit. 4. filios ſcilꝫ Jacobū minoꝛē. ꝛ ſymonē. ꝛ iudā. ꝛ ioſeph iuſtum. Alij aūt dicebant q̄ ma. eligi debebat ex ſua ſcītitate ꝛ mag' ſcia. Jō ut hēt' act. i. Statuerūt eos in medio. Et oꝛādo flexis genibus apl'i dixerūt. Tu dn̄e q coꝛda noſti oīum. oñde quem elegeris ex his duob⁹ vnū accipe locū miſterij huius ꝛ apl'atus. de quo p̄uaricatus eſt iudas. Et cecidit ſoꝛs ſup mathiaꝫ. Beatus dyoniſius declarans que ſoꝛs fuit iſta. dicit q̄ fuit radius ignis q de celo deſcēdens poſuit ſe ſuper caput. beati Mat. Et ecce quō fuit electus. Moꝛaliter habemus hic exēplum in electionibus fiēdis. Xp̄s. n. n̄ elegit cōſanguieū conſobrinū ſuum. licet eſſet ſcūs ꝛ haberet tres fratres apoſtolos. ꝛ vir. ma. eēt amita. tn̄ deſcēdit radius ſuper mathiam. Cogitate qualem verecundiam debuit habere ioſeph. ſed non curauit imo regratiatus eſt chꝛiſto. Exempluꝫ habetis ne in electione oratoꝛuꝫ. cōſulum. vel alioꝝ qui hn̄t regere cōitateꝫ ne pentes reſpiciatis. vel amicos. ſeu pꝛopꝛiam vtilitatem. ſed bonū cōmūe Dicatur ꝯtra illos qui faciūt ꝛ pꝛocurant regimen pꝛo amicis. vt ſe mānteneant in regimine ꝛc̄. Chꝛiſtus noluit eligere cōſanguineū germanum ſuū q tamen erat ſufficiens. Ex iſta affectōe amicoꝝ pdūtur ciuitates ſeu cōitates quia aſſumunt inſufficientes. O quod peccatum eſt. Cōtra hoc dicit apl's ad phil'. 2. Omnes. n. que ſua ſunt q̄runt non que ieſu chꝛiſti.

Dico quarto ſcītas martirialis. de q̄ dicit eccl'ia. Iſti ſunt ſancti. qui p dei amoꝛe minas hoīum cōtēpſerunt ꝛc̄. Iſta ergo ſanctitas mar. ī hoc cōſiſtit pro manutenēdo virtutem. ſcītatem. honoꝛem dei ꝛc̄. Iſtam habuit beatus ma. Dicatur quomodo p⁹ chꝛiſti aſcēſionem. apoſtoli diuiſerunt ſibi mūdū ad pꝛedicandum. Btūs petrus iuit anthiochiā. iohānes aſiam. ādreas achayam. iacobus yſpaniam. bartolomeus ꝛ thomas indiaꝫ. Et beatus mathias pꝛedicauit in iudeam. Ratio quia erat nobil' genere. Et iudei habebant ipſū ī reuerentiā. Et quia erat magne ſcie dabant ei fideꝫ. in tm̄ q̄ multi iudeoꝝ ex ſua pꝛedicatōe cōuertebant' ad xp̄ꝫ. Propter qđ ſūm⁹ pōtifex voluit ipſuꝫ occidere. Et ne diceret' q̄ ex inuidia

h

ipſum occidiſſet. noluit ipſum ſtatiꝫ occidere. ſꝫ voluit diſputare cū eo. vt ipſum vinceret prius rōnibus ⁊ argumētis. Et prīo diſputauit cum eo vt ipſuꝫ vinceret de miſterio trinitatis dicendo. Tu mathias predicas tres deos. cōtra iſtud eſt illō. deutero. 6. Audi iſrael. Dominus deus veſter deus vnus eſt. Reſpondit beatus. M. ꝙ ipſe ſolum vnum deum predicabat. ſed iſte vnus deus eſt tres perſone. pater. fi. ⁊ ſpūs. ſ. Non. n. in deo accipiuntur perſone ſicut in nobis. nec intelligatis ꝙ tres perſone diuine ſint ut tres reges ⁊c. ſed ſicut in ſole. ſubſtātia ſolis pater. lux eſt filius. Calor procedens a ſole ⁊ luce eſt ſpiritꝰ. ſ. Sic in deo eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpūs. ſ. Nunquid deus ē maioris virtutis ꝙ̄ ſol? Ideo dicendum. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. i. ſimilitudineꝫ. Secundo de chriſto ꝙ eſt deus ⁊ homo. Contra quia dicit ſcriptura in pſalmo. 80. Audi populus meus ⁊ conteſtabor te: iſrael ſi audieris me. non erit in te deus recens. neqꝫ adorabis deum alienum? Reſpondit ꝙ chriſtus eſt deus eternus. ſed homo recens. vt filius regis incipit ēē nouꝰ miles. licet ſit triginta annorum quando fit miles. ſed non incipit eſſe nouus filius regis. Tertio de chriſti paſſione. Si ergo erat deuſ cur oportebat ipſum mori? quia vt dicitur primo phyſi. Fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora. Reſpondeo ꝙ iſte modus fuit conuenientior pro noſtra ſalute. Nam ſi villa obligatur regi ſub pena mortis ſoluere mille florenos. ⁊ non poteſt ſoluerē centū. Si aliquis ſoluerit pro eis. ipſi euadent mortem. Sic totum genꝰ humanum erat ſententiatum ad morteꝫ vel ꝙ ſolueret deo ⁊c. ⁊ nullus hominum erat ſufficiens ad ſoluendum. nec chriſtus niſi fuiſſet deus. Quarto de ſacramento altaris. vbi adoratur deus. vt antiquitus in archa moyſi. Item de circunciſione. Quia vt dicitur gene. decimoſeptimo. primus fuit abraam. ⁊ vltimus debuit eſſe chriſtus. Dicit hiſtoria ꝙ facta eſt longa diſputatio inter ſummū pontificem ⁊ ipſum. Ipſe vero per legem ⁊ ꝓphas oſtendebat manifeſte que de xp̄o erāt. Propter quod pon. tanꝙ̄ in blaſſemiꝫ protulit in eum ſententiam lapidationis. Dicatur eius martirium ⁊c. Am̄.

## ¶ In feſto beati Thome de aquino. ordinis predicatorum.

Antecedebat me iſta ſapientia Verbum iſtud habetur origīaliter in libro ſapientie. capi. ſeptimo. Et recitatum eſt ſtatim in epiſtola preſentis ſolennitatis. Iam ſcitis ꝙ hodie in noſtra ſancta religione fratrum predicatorum. per totuꝫ mūdum fit feſtum huius ſanctiſſimi confeſſoris. ⁊ glorioſiſſimi doctoris beati Thome de aquino. Ita etiam erit de eo ſermo noſter. Et de eius vita. ⁊ ſāctitate poterimus recipere exempla ⁊ doctrinas ad gubernandum vitam noſtram. Sed prius ſalute. vir. ma. Verbum propoſitum in perſona beati thome. vult dicere Antece. me ⁊c. Modo iſtud verbum indiget declaratione. Et ſic declarando. intrabo materiam quam volo predicare. Pro cuius declaratione. recipio tanꝙ̄ pro regula generali in ſacra theologia. quā rgulam deus ſeruauit. predicauit. ⁊ executauit ab initio huius mundi. vſqꝫ modo. quando vult mittere aliquem ſanctum pro generali mundi illuminatione ſeu reformatione. Con-

ſueuit ipſa diuina prouidentia ipſum
ſanctum primo oſtendere per ſignu;
vel per verba. hoc poteſt ſtatim oſtē
di in quolibet ſtatu mundi. ſiue lege
nature. ſcripture. ⁊ gratie. Primo pa
tet predicta regula in ſtatu ſiue lege
nature. Dicitur autem lex nature:
quia tunc gentes gubernabant ſe ſo
lo intellectu naturali. Non enim ha-
bebant legem ſcriptam. nec libros.
nec magiſtros. ſeu doctores. Et du
rauit iſtud tempus ab adam vſq; ad
moyſen. Et tranſactis ⁊ mille ⁊ . l.
annis. cum multiplicarentur peccata
in terra. Deus voluit mittere vnu;
hominem ad illuminandum mundu;
⁊ reformandum ſcilicet Noe. Qui cen
tum annis predicauit penitentiam. tā
diu durauit fabricatio arche. Et pre-
dicabat vt conuerterentur. quia dilu
uium inſtabat. Et tanta erat malitia
hominum peccatorum in mūdo quod
infra centum annos non conuertit ni
ſi ſeptem perſonas. ſcilicet vxorem
ſuam. tres filios. ⁊ tres vxores filio-
rum. Tamen ante quam ipſum mitte
ret. oſtenderat verbo prophetico. di
cente patre ipſius noe in nominis im
poſitione. gene. quinto. Nomen eius
noe. Iſte conſolabitur nos ab operi-
bus ⁊ laboribus manuum noſtraru;
in terra. cui maledixit dominus. Et
iudei qui ſolum vadunt ad litte-
ram. exponunt iſtam conſolatione;
fuiſſe: quia primo noe inuenit quod
terra coleretur animalibus arando:
quia ante cum manibus proprijs co
lebant terram. Et iſte eſt intellectus
litteralis. Sed altius ſpeculādo intel
lectus ſpiritualis eſt quia noe conſo
laretur eos. ſcilicet dupliciter. Primo
predicando ſpacium penitentie cen
tum annis ex parte dei. Secundo ꝓ
mittendo veniam de peccatis certitu
dinaliter. ſi vellent conuerti. Iſtam
praticam ſeruauit deus in ſtatu ſiue
lege nature. Secundo patet regula ī
lege ſcripture. que incepit tempore
moyſi. ſcilicet quando ſcripſit. ⁊ dedit
legem ſ̄m quam hoīes viuerent: quia
lex nature non ſufficiebat. Ideo de-
ſcendit deus in monte ſynai. ⁊ dedit
in ſcriptis quicquid facturi eſſent.
Tunc enim miſit primo moyſen. qui
primo oſtendit. non verbo propheti-
co. ſed ſigno diuino. Dicit magiſter
hiſtoriarum. ꝙ cu; moyſes eſſet puer
pulcerrimus. fuit per filiam pharao
nis in filium adoptatus. Et cum pro
ieciſſet coronam de capite regis. di
xerunt ſapientes pharaoni. Domine
moriatur iſte puer. quoniam hoc eſt
ſignum quod debet vos deſtruere. ⁊
regnum veſtrum. Alij autem volen
tes ipſum a morte defendere. dixerūt
factum fuiſſe ex ignorantia. ⁊ pueri
tia. Et ad hoc probandum. poſuerunt
in manu ſua vnam prunam. ſiue bra
ſam ignitam. quam immediate poſuit
in ore. Et ideo fuit balbuciens. Et ſic
euaſit mortem. Ideo quando deus vo
lebat ipſum mittere. excuſabat ſe. di.
illud exodi quarto. Domine non ſum
eloquens ab heri ⁊ nudiuſtertius. im
peditioris ⁊ tardioris lingue ſum. Di
cunt hic glo. ꝙ erat ex iſta braſa. ſed
iſta depoſitio corone fuit ſignum diui
num: ſcilicet ꝙ ipſe moyſes eſſet de
ſtructor pharaonis. ⁊ regni ſui: ⁊ re
formatio populi. Braſa vero ignis ſi
gnificabat lege; dei. quam deus in for
ma ignis ſibi tradidit. Et moyſes
ore ſuo proprio expoſuit. ⁊ publica
uit. Ecce quomodo deus primo dedit

ſignum . anteq̄ fieret factum . Tertio
patet regula dicte regule in .l. gratie .
in qua deus ordinauit mittere iohan-
nem baptiſtam .ioh.i. vt omnes crede
rent per illum. Et ipſum primo premō
ſtrauit verbo prophetico per angelum
dicentem illud luc.i. Erit.n. magnus
coram domino. vinum ⁊ ſiceram non
bibet. Et ſpiritu ſancto replebitur ad
huc ex vtero matris ſue . ⁊ multos
filiorum iſrael cōuertet ad dominum
deum ipſorum. Item ſecundo premon
ſtrauit ipſum ſigno diuino . Quando
vir. ma. poſt conceptionem filij dei ve
nit ad heliſabet. Ioh. exultauit in vte
ro matris . De quo dicit ſanctus tho.
in quarto ſententiarum di.6. in litte-
ra. Quod vſus liberi arbitrij fuit ac
celeratus in iohanne ſalutando chri
ſtum : ⁊ exultando in vtero matris.
Ideo dixit heliſabeth. Ex quo facta ē
vox ſaluta. ⁊c̄ . Modo ad propoſitum
ſciendum eſt ꝙ deus ad illuminan-
dum ⁊ reformandum mundum miſit
bea. Thomam: qui ex ſua vita ſan-
cta. ⁊ ſcientia clara . totum mundum
illuminauit. Si autem dicatur . ⁊ nun
quid iam ante miſit deus doc. ſanctos
ſcilicet Remigium. Ilarium. Ieroni .
Criſo. Augu. Ambro. Grego. nazan .
Athanaſium: ⁊c̄. Quare ergo iſti miſ-
ſi fuerunt ſingulariter ad illuminan
dum mundum? Pro reſponſione nota
ꝙ doc. theologi ſunt in triplici gradu
Aliqui docto. fuerunt qui habuerunt
de ſe auctoritatem magnam. ⁊ altam
ſcientiam. ſed non habuerunt clarita
tem. vt ſancti apoſtoli. ⁊ euangeliſte .
⁊ docto. antiqui. qui ex ſanctitate ui-
te habuerunt magnam auctoritatem
ſicut littere pape vel regis ex ſigillo
auctorizātur: ſed non habuerunt cla
ritatem. Imo ad intelligendum eos
ſunt neceſſarie gloſe ⁊ poſtille. i tātuꝫ
ꝙ de libris eorum heretici recipiunt
auctoritates ⁊ argumenta ad defen
dendum errores ſuos: ſicut nos ad
defendendum fidem catholicam. Se-
cundus gradus doctoruꝫ fuit aliquo
rum antiquorum . qui poſtq̄ habue-
runt magnam claritatem . quia clare
in ſuis libris poſuerunt ſcientiaꝫ per
diſtinctiones. argumenta. ⁊ rationes.
ſed non habuerunt auctoritatem. ſci-
licet ex defectu ſigilli bone vite ⁊ de-
uotionis. nec ſunt canonizati . ſed ali
qui eorum fuerunt boni ſocij. In ter
tio gradu eſt ſolus beatus Tho . qui
habet predicta duo ſcilicet auctorita-
tem ⁊ claritatem. Auctoritatem eniꝫ
habet ex ſua ſanctiſſima vita mira-
culis approbata. ⁊ ex canōizatōe: quia
eccleſia vniuerſalis videns tot mira-
cula eius ⁊ libros ſuos catholicos cō
firmauit eum. Secundo habuit clari-
tatem. quia ſimplex grammaticus ⁊
philoſophus per ſe poterit ſuam doc-
trinam ſtudere ⁊ intelligere. Clarus
enim fuit: quia multas queſtiones:
quas nec auguſtin⁹: nec alij determi
nauerunt . ipſe ſpiritu: ſcilicet edoct⁹
clarius determinauit. Item in multiſ
vbi Auguſtinus ⁊ hiero. videntur cō
trarij ⁊ diſcordare. beatus Tho . eos
cōcordauit. Patet ergo ꝙ b. Tho. fuit
ſpecialiter miſſus a deo pro mūdi vni
uerſali illuminatione. ex ipſa ſua cla
ra ſcientia. Non eſt inuentus ſimilis
illi. ſcilicet in gloria. qui in ſua doctri
na haberet ſimul tantam auctorita
tem ⁊ claritateꝫ. Ita ꝙ tomatiſte poſ
ſunt reſpondere ad omnem queſtiōeꝫ
Sed anteq̄ deus ipſum mitteret : vo
luit ſeruare predictam regulam. ipſū
denuntiando verbo ꝓphetico. vt ioh.
baptiſtam. ⁊ ſigno diuino vt moyſen.
Pro primo. dicatur qūo ille ſcūs here
mita ⁊ multum famoſus venit ad ma
trē beati Tho. comitiſſam. que ſe gra
uidam ignorabat eſſe. Dicens verbū

propheticum. Gaude domina theodo
ra. quia concipies ⁊ paries filium. ⁊
thomas vocabitur. id eſt abyſſus ex
profunditate ſcientie nomen eius.
Hic erit magnus in toto orbe in uita
⁊ ſcientia. eritq; frater ordis fratru;
predicatorum. Recte ſicut ágelus ga
briel ſalutauit matrem dei. Et ſicut
vir. ma. poſt ſalutationem flexis ge
nibus dixit. Ecce ancila domini ⁊c.
Ita mater bti Tho. dixit. Fiat mihi
⁊ de meis. quod beneplacitum eſt in
voluntate domini. Item oſtendit eũ
etiam per ſignum diuinalem vt moy
ſen. Nam quando fuit natus. Et eta
tis vnius anni. ⁊ nutrix ſecundũ mo
rem vellet ipſum abluere. ⁊ denudaſ
ſet eũ. in manu ſua inuenit cartá ⁊c.
angelicam ſalutationem ſolum conti
nentem. Et nunq̃ fuit ſcitu; vnde il
lam cartam habuit. Intellexit enim
eius mater que multu; erat ſpiritua
lis. ꝙ ſibi fuit miſſa a vir. ma. Ma-
gnum ſignu; fuit ſcientie ſue ⁊ ſalua
tionis. cuius fundamentũ eſt filij dei
incarnatio. Patet regula. Ideo ꝺ ſua
ſcientia dicit thema. cum quo poteſt
etiam ipſe tho. dicere. Antece. me. ſ.
per verbum propheticum. ⁊ ꝑ ſignu;
diuinu;. iſta ſapientia. quam habuit
pro mundi reformatione ⁊ illumina
tione. Patet thema. Et nota ꝙ quat
tuor ſunt ſigna ſeu effectꝰ proprij di-
uine ſapientie. que omnia fuerunt in
beato thoma.

Primꝰ ẽ ordinare debite.
Secundus uiuere immaculate.
Tertius docere perfecte.
Quartus perficere complete.
Et omnia iſta ſigna ſeu effectus fue
runt perfecti in beato tho. Ideo pote
rat dicere ante. m. i. ſa.

Dico primo ⁊c. Scilicet uitam ſuam
⁊ ea que habet facere ad finẽ ad quẽ
tendit. Si eni; uis cognoſcere an cle
ricus religioſus vel laycus ſit ſapiẽs
attende ſi ordinat vitam ſuam ad fi
nem. ⁊ ea que habet facere: ſcilic; ſi
ſeruat religione; ⁊c. Si ſic ſapiens ẽ
alias ſtultus. Unde deus fecit hoie;
vt dicit magiſter ſententiarum ĩ pri-
cipio ſcdi libri. ⁊ ſunt verba auguſti.
Fecit enim deus rationale; creaturá
vt ſummu; bonu; intelligeret. intel
ligẽdo amaret. amando poſſideret. ⁊
poſſidendo frueretur. Quod figuraſ
in altitudine hominis alte reſpiciẽtiſ
⁊ nõ baſſe vt cetera animalia. Ideo
eccl'es. 3. Cuncta ſubiacent vanitati
⁊ omnia pergunt ad vnum locu;. De
terra facta ſunt: ⁊ in terram pⁱter re
uertuntur. Sic homo moritur q̃tu;
ad corpus: ſed anima ſtati; vadit ad
iudiciu;. Auctoritas eccleſiaſtes. xi.
Reuertatur puluis in terram ſuam
vnde erat: ⁊ ſpiritus redeat ad deu;
qui dedit illum. Sicut miles qui gu-
bernat caſtrum regis in fronteria
inimicorum. quando redit ad regem
remuneratur. alias ſi male rexit ca-
ſtrum. punitur. Sic eſt de ſpiritu
quando exit de corpore. vadit ad de
um ad reddendum rationem quomõ
gubernauit caſtrum corporis. Ad he
breos. 9. Statutum eſt hominibus ſe
mel mori. Et hoc quantu; ad corpus
Poſt hoc autem iudicium. q̃tum ad
animam. irreuocabiliter eſt ordina-
tum. Et iam eſt data ſententia ꝙ ho
mo debet ſemel mori. Non ergo eſt fi
nis hominis in hoc mundo ſcilicet cõ
gregare diuitias. magnas pecunias.
honores. dignitates. aut delitias. ut
hic meditetur paradiſum poſſide-
re. quia ait paulus ad hebre. vi. Non
enim habemus hic manentem ciui. ſed
futuram inquirimus. Finis ergo pro
pter quem ordinatus eſt homo eſt ut
perueniat ad gloria; paradiſi. Et ſi dica

tur . quare non omnes vadunt. Re-
ſpondeo . ꝙ non omnes volunt ire . Et
ſi dicatur . ⁊ nunquid eſt efficacior dei
voluntas ꝙ̃ tua? Reſpondeo ꝙ ſic . ſ;
non vult cogere liberum arbi . Qui
ergo ordinat omnia ſua ſcilicet cogi-
tationes . loquutões . operationes . de
ſideria . ⁊ affectiones . ut ad illum fi-
nem glorie attingat ſapiens eſt. Si
cut enim bonus patro contra mon-
tes . maris fortunam . ⁊ ventum . ac
pericula nauem gubernat . ⁊ ad bo
num portum perduc t ſapiens eſt . ſic
etiam qui in hoc mari magno huius
mundi contra proſperitatem vel ad
uerſitatem ſit vitam ordinare vt ad
portu; paradiſi perueniat ſapiens ē .
Unde non ſolum theo . ſed etiam phi
loſophi dicunt in primo metha . Sa-
pientis eſt ordinare ſcilicet vitā ſuā
ad debitum finē . Hic de quolibet ſta
tu . Et primo de religioſo . quando or
dinat vitam ſuam . tunc eſt ſapiens
⁊c . Sic modo videamus quomodo
beatus Tho . habuit iſtum effectum
vel ſignum ſapientie . ordinando om
nes cogitationes . deſideria ⁊c . Totu;
ordinauit ad deum tanꝙ̃ in finem .
Unde cum eſſet annorum . 5 . Mater
recordans de verbis ſancti heremi-
te poſuit ipſum in ſcolis pro adiſcen
do ⁊c . Et iam puer cauebat a prauiſ
ſcilicet iurare . inhoneſte conuerſari
orando de mane ⁊ de ſero . Et in tan
tum profecit . ꝙ in . i3 . anno . fuit ma-
gnus grammaticus . logicus . et phi
loſophus . nec in ſtudio parem habe
bat . ⁊ iam tunc ſcripſit librum fal-
laciarum . que dicuntur ſancti Tho
me . Ecce qualiter ſciuit ordinare vi
tam ſuam ad habendam ſcientiam
Juuenis enim qui vult habere ſciē
tiam . deb; eſſe attentus circa ſtudiū
timoratus . ⁊ deuotus erga deum.

Talis fuit beatus Tho . Legitur qđ
quando debebat ſe ponere ad ſtuden
dum . Prio orabat dicens . Declinate
a me ma . ⁊ . ſ . m . dei mei . verſ⁹ . Emit
te ſpiritum tuum ⁊c . oratio . Deus
qui corda fideliū ⁊c . Unde cu; ſemel
diſputaſſet multum acute ⁊ curiali
ter . Et quidam deuotus religioſus
ipſum contemplando audiret . admi
rans de tanta ſapientia in puero ta;
paruo . ſubito vidit radios ſplendo-
ris ab eius facie procedere . ⁊ totum
mundum illuminare . Oſtendens in
hoc deus quid intendebat de eo fa
cere ⁊c . Quando autem voluit ſtu-
dere theologiam . queſiuit vbi meli⁹
legebatur . ⁊ inuenit ꝙ in conuentu
p̄dicatorꝫ . Et ſic iſpirat⁹ a deo . ⁊ vt
v̄bum ſacti hominis impleretur co-
gitauit intrare ordinem fratrum pre
dicatorum . Et ſecrete venit ad prio
rem conuentus neapolim aperiens
ei ſuum deſiderium aſſerens ꝙ vo
lebat eē frater ſancti dominici ⁊ ꝙ ō
ſcientia quam ſibi dominus dedit
volebat deo ſeruire ⁊ proximo: quia
iſta ſancta religio ad hoc eſt inſtitu
ta . Alique religiones ſunt ſole vite
contemplatiue . alique actiue ſolum
ſed iſta vtriuſq; . Eſt contemplatiua
ſtudendo . orando . actiua predicando
Jn predicatione enim complentur
opera miſericordie : quia ibi captiui
demonum . compunctione redimun-
tur . eſurientes verbo diuino paſcun
tur . infirmi ex peccatis viſitantur .
nudi virtutibus induuntur . Prior
vero letus ex vna parte de tanto
puero . ex alia vero parte timens co-
mitem . genus ſuum . ⁊ ne reprehēde
retur a parentibus . dixit puero vt
haberet licentiam ⁊ conſenſum a pa
tre ⁊ matre . Qui reſpondit ꝙ homi-
nes mundani ⁊ carnales . non perci

pſunt negotia dei·innuens quod nun
quam ingrederetur religionem . ſi
expectaret conſenſum parentum ·
quia plus impedirent quam adiu
uarent. Jdeo volo facere iuxta con
ſiliū chriſti di. Luc·decimoquarto ·
Si quis venit ad me ⁊ non odit pa-
trem ſuum·⁊ matrem ·⁊ vxorem ·
⁊ filios·⁊ fratres. ⁊ ſorores adhuc
autem ⁊ animam ſuam · non poteſt
meus eſſe diſcipulus. Et qui non ba
iulat crucem ſuam ⁊ venit poſt me
non poteſt meus eſſe diſcipulus ·
Jdeo cantamus de eo hodie · Tho-
mas inſignis genere. claram ducēs
originem: ſubit etatis tenere predi-
catorum ordinem. Ecce quomodo
ſapienter ordinauit · Moraliter ·
Dic quomodo parentes debent in-
ſtruere pueros ſuos. Et ordinare ꝙ
veniant ad bonum finem: ſcilicet pa
radiſum: quia vt habetur gene· octa
uo. Senſus ⁊ cogitatio humani cor-
dis in malum prona ſunt ab ado-
leſcentia ſua. Jdeo pueri rectifican
di ſunt ad inſtar arboris tenere ⁊
delicate uirge· Arbor enim antiqua
non poteſt bene plicari. ſed rumpi-
tur. Unde trenorum tertio· Bonum
eſt viro · cum portauerit iugum ab
adoleſcentia ſua· Jtem ad epheſios
ſexto · Patres nolite ad iracūdiam
prouocare filios veſtros· quod fit
quando non docentur vt ordinen-
tur in deum. Jdeo doceatis eos ti-
mere deum·⁊ facere orationem de
mane ⁊ ſero: quia ſine dubio perue
nient ad bonum finē. Uultis aucto
ritatē dauid· Beatus qui non amo
uit orationem ſuam a me· Glo· augu
ſti · Non amoueatur a te oratio·⁊
non amouebitur a te miſericordia
diuina·

¶ Secundum ſignum ſapientie eſt vi
uere immaculate·⁊ vitare offendi
cula · omne ſcilicet illud quo deus
offenditur · iuxta illud eccleſiaſtici
tertio · Sapiens cor ⁊ intelligibile
abſtinebit ſe a peccatis · Sic fecit
beatus thomas · Unde teſtificatur
de eo in ſua canonizatione · ſecun-
dum quod habuit papa a ſuo confeſ
ſore·quod nunquam peccauit mor-
taliter· ſecundum eandem gratiam
quā habuit in baptiſmo ſemper cō
ſeruauit. Oy laſ·quale teſtimonium·
nunquā peccare mortaliter·nec co
gitatione·nec locutione · Dicas hic
quomodo fratres carnales ſancti
Thome ipſum de ordine extrahere
volentes. poſuerunt ipſum in quo-
dam carcere forti· vbi fuit captus
per duos annos. Qui cum nec mi-
nis·nec precibus potuiſſet ab ordi-
nis propoſito reuocari: dixerunt fra
tres · habeamus vnam pulcram
puellam que illum excitabit ad libi
dinem · ⁊ promittamus ei fratrem
noſtrum dare in maritum. Et tunc
beatus Thomas erat quindecim an
norum · Tunc venit illa ribalda in
trari ad beatum Thomam · in qua
erat · Et incepit ibi ſancto dei face
re feſtum·⁊ tangere manus · quia
frigus vigebat · Et tandem volebat
ipſum obſculari · Quod videns bea
tus Thomas dixit. O ribalda· Et ꝑꝑ
hoc veniſti ad me? Foras· foras · Et
recepit ticionem ignis· imaginando
quod vnus ignis expelleret alium ·

Oy las quot ſunt hodie qui non ex-
pellerent tales de curia ſua. Et tunc
beatus. t. fecit crucem in pariete cū
carbone. Et fecit orationem flexis ge
nibus. ꝛ cum lacrimis di. Domine ro
go benignitatem tuam. ꝛ miſericor-
diam tuam ut des mihi gratiam con
ſeruandi theſaurum uirginitatis.
Tunc uenerunt duo angeli. d. Ex par
te dei te cingimus cingulo caſtitatis.
ꝙ nullatenus de cetero diſſoluetur.
Nota hiſtoriam quomodo cinxerunt
ipſum in renibus ꝛ quomodo clama
uit ꝛc. Tunc uidentes fratres eius. ꝛ
mater ꝙ nihil poterant facere con-
tra eū ꝛc. reſtitutus eſt ordini. Qui
dedit ſe ſtudio valde feruenter. ſeruā
do regulam atqꝫ cerimonias fratrū
noſtrorum. ꝛ ſui ordinis. uitando vi
tia ꝛc. Ergo ſi ſignum ſapientie eſt vi
tare peccata. ꝛ offenſas dei. ꝛ. b. t.
hoc fecerit. recte dicitur. Antece.
me iſta ſa. Moraliter. Sicut. b. t. ſe
defendit cum illo crucis ſigno con
tra illam temptationem: ſic nos de
omnibus periculis debemus nos de
fendere cum ſigno crucis. Unde can
tat eccleſia. Salue crux ſancta. ſalue
mundi gloria. vera ſpes noſtra. vera
ferens gaudia. ſignum ſalutis. ſalus
in periculis. Oſtende ſignare populo
hoc eſt contra defectum illorum qui
faciunt circulum. qui eſt ſignum dia
boli. Sicut ſacerdotes in miſſa. in
aqua benedicta ꝛc. Item aliqui layci
qui ſignant ſe. faciunt crucem ſancti
petri. incipiendo a parte inferiori Jō
ad galatas vltimo. Mihi abſit glo.
niſi in cruce ꝛc.

¶ Tertium ſignum ſapientie eſt docere
perfecte ſcilicet bonam doctrinam.
uerbo ꝛ facto. hec eſt perfectio: quia
docere bonā doctrinam ſolum ver-
bo ꝛ non opere ſcilicet dicere ꝛ non
facere. vel dicere vnum ꝛ facere ali
ud. nihil videtur: quia nullus conuer
titur ſolo verbo niſi ea videat facto.
bonū opus docentes ſicut littera re
gis ſi portaretur vni ciuitati. ꝗuis eſ
ſet bene ſcripta. et bene ordinata. ta
men non darent fidem. niſi vide-
rent ſignum regis eſſe ibi ꝛc. Et ca
ueatis predicatores qui uultis lauda
ri de predicatione ueſtra ꝛ ordinatio
ne: quia niſi ſit ibi ſignum bone vi-
te qḋ dat auctoritatem uerbis predi-
catoris. nihil facitis. Ideo apoſtolus
ad ro. 15. Non. n. audeo aliquid loqui
eorum que per me non efficit chriſtus
in obedientiam gentium uerbo ꝛ fac
tis ꝛc. Ratio: quia ut habetur act. i.
Chriſtus primo incepit facere deinde
docere. Sic fecit. b. t. Dic quomodo
ex ſanctitate in oratione recipiebatur
in aere. ꝛ efficiebatur īſenſibilis. Dic
de plaga in tibia. quomodo venit me
dicus cum ferris ignitis. Item nota
quomodo de dubijs ſacre ſcripture a
xp̄o. ꝛ ab apoſtolis petro ꝛ paulo fuit
informatus. Idem de crucifixo dicen
te. Bene ſcripſiſti de me thoma ꝛc.
Et in hoc quod dixit ſibi crucifixus
fuit teſtimonium ſue ſcripture: quia
chriſtus non poteſt mentiri. Et ideo
ſunt aliqui miſeri detrahentes ſacro
doctori. non intelligentes eū. Patet
ꝙ docebat verbo ꝛ exemplo. Ideo
antece. iſta ſapientia. Moraliter nos
non poſſumus tantam ſcientiam ha
bere. ꝗtam habuit. b. tho. tamen ſū
marie poſſumus habere totam ſuam
ſcientiam ꝛ aliorum doc. in. 12. conclu
ſionibus ad quas reducitur tota ſua
ſcientia ꝛ aliorum doctorum. Et iſte
cōcluſiones ſunt in vno breui com-
pendio. ſ. in ſimbolo. quas ſecundū ↄ
ſilium xp̄i debemus de mane ꝛ ſero
confiteri. Unde dō. Credidi propter
qḋ locutus ſum. Et quid ex hoc ſequi

tur. Sine dubio ſaluabitur ꝛ vita eterna

¶ Quartum ſignū ſapientie eſt perficere complete: quia predicta alia ſigna ſine iſto non ſufficiunt. De iſtis dicitur ſapi. 7. ꝛ. 8. capitulis. Sapientia vincit malitiam. ſ. dyaboli. vel peccatū. Dic quomodo. b. t. vſq; in finem perſeuerauit. Item de eius obitu. ꝛ ſtella que per. 3. dies ante eius obitum apparuit ſuper monaſterium foſſe noue. quo deficiente. ſtella diſparuit. Unde qn̄ voluit recipere corpus xp̄i dixit. Signore. ſecundū fidem quā habeo ꝛ teneo de vobis ꝛ ſcripſi. ſecundum illam volo mori. Et recepto chriſti corpore aīa euolauit ad paradiſuz. Dic quomodo fuit reuelata gloria ſācti T. fratri alberto de brixia. ſolenni magiſtro per b. auguſtinū. Et quomodo. b. t. precedebat. b. auguſtinū in virginitate ꝛc. quia. b. Auguſtinus ante cōuerſionem hūerat filiam a concubina. Moraliter ſic nos perſeuerare debemus vſq; in finem. Amen.

¶ In Feſto ſancti gregorij pape.

Beatus ille ſeruus. Mat. 24. Sermo noſter erit de beato gregorio. Pro declaratione huius verbi. oz ſcire pro quibus ſeruitijs ſpiritualibus creatura poteſt cōſequi celeſtem beatitudinē. Pro quo ſciendum ꝙ inuenitur clare in ſacra ſcriptura. ꝙ ſeruitium dei ſpirituale in hoc mundo habet tres gradus ſeu differentias.

¶ Primus ē de vita actiua ſeu opatiua
Secundus eſt de vita cōtēplatiua.
Tertius eſt de vita prelatiua.
Iſti. 3. gradus ponuntur a. b. aug. d. Triplex eſt genus bene viuendi. ſ. actuoſum. ociſum. Et ex vtroq; compoſitum. Quando creatura bene ſeruit deo in hoc mundo in aliquo gradu predictorum. Quando moritur ſine dubio obtinebit benedictionem paradiſi. Et quia beatus gregorius in tribus his gradibus diligenter ſeruiuit deo. ſ. in hoc mundo: Ideo de eo dicit thema. Beatus ſuple eſt modo ille ſeruus. ſ. beatus grego.

¶ Dico primo ꝙ primus gradus ſeruiēdi deo eſt in vita actiua. que eſt facere opera proficua ꝛ utilia proximo amore ſui reſpectu chriſti. Materiale eſt exercere opera miſericordie erga proximos. Formale uero qđ dat uel dicit rei perfectionem eſt reſpectu dei. ſ. non propria uoluntas ꝛ non laude. ſed ſolum reſpectu dei. ſiue illa opera miſericordie ſint corporalia ſiue ſpiritualia. Corporalia ſunt que ad utilitatem corporis. ut paſcere eſurientem. potare. ueſtire. In his ergo operibus. magis ſeruit homo deo ꝙ̄ proximo: quia dicit phs in primo poſter. Propter qđ unumqđq; ꝛ illud magis. Si uos ſeruitis proximo propter deuz. magis ſeruitis deo. ꝛ xp̄s recipit in perſona ſua tale ſeruitium. Teſte chriſto qui dicet ī iudicio. illud Mat. 25. Eſuriui ꝛ dediſtis mihi manducare ꝛc. non dicit. eſuriuit pauper. ſed eſuriui. vos mihi feciſtis. Ideo ſequitur Amen dico uobis ꝙ̄diu feciſtis vni de his fratribus meis minimis. mihi feciſtis. Sic econtra de iniuria illata proximo ꝛc. ut chriſtus oſtendit paulo di. act. 9. Saule ſaule quid me perſequeris: quia chriſtianorum ꝛ ſeruorum ſuorum perſequutionez ſuam reputabat. Idem de operibus ſpiritualibus miſericordie que exercentur circa animas proximorum. que ſunt meliora ꝙ̄ corporalia: quia anima ē melior corpore. vt predicare verbum dī. dare conſilium ī dubijs proximo. corrigere errantez dulciter ꝛ caritatiue. conſolari triſtez. ſupportare tedioſos.

vir vxorem ⁊ econuerſo. ſocius ſociũ
religioſus religioſum ⁊c̄. Remittere
iniurias inimicis propter deum. roga
re pro proximo. ſi eſt in bono ſtatu ut
ſeruetur. alias ut ad bonum ſtatum.
reducat̄. Jſta eſt vita actiua ſpiritua
lis. De iſta vita dic̄ ſcriptura ad gal.
5. Uos. n. in libertatē vocati eſtis fra
tres: hoc dicit̄ in libertate li. arbitrij.
qui nō cogit̄. tantum ne libertatem ĩ
occaſionem detis carnis: ſed per cari
tatem ſpiritus ſeruire inuicem. Jſtud
ſeruitium vite actiue ita placet deo
ꝙ ex iſto ſeruitio homo conſequitur
beatitudinem eternam. Uultis ſcire
⁊ intelligere rationem? Dicatur para
bola de illo nobili domino. qui habe
bat filios ⁊ filias. Et multos ſeruito
res: quib⁹ dedit multas diuitias ⁊c̄.
Motus deuotione voluit ire ĩ peregri
nationem. Et in ſuo receſſu diuiſit fi
lios ſuos ⁊ filias ſeruitoribus. vt ſi
aliquo indigerent: iuuarent eos. Et re
ceſſit. ⁊ in peregrinationem moram
fecit. Filij autem ⁊ filie ex tam longa
abſentatione patris. ex indigentia re
currerunt ad ſeruitores ut ſubueni
rent eis ⁊c̄. Aliqui reſponderunt. Ego
non curo. Nam habeo filios ⁊ filias.
quibus oportet ſubuenire. Aliqui di
xerunt. Libenter amore patris ſubue
niam vobis. ⁊ ſubueniebant. Tandē
venit pater. Et filij dixerunt ſibi. quo
modo ſerui ſui ſe habuerūt circa eos.
Pater autem nobilis ⁊ diues retribu
it ſeruitoribus qui prouiſionem dede
rant filijs ſuis. alios autē qui nolue
runt ſubuenir̄ eis. dure puniuit. Jſte
diues ⁊ nobilis eſt dominus ihs: quia
domini eſt ter. ⁊ ple. eius. qui habet
ml'tos ſeruitores ⁊ miniſtros. omnes
ſ. diuites. ⁊ multos filios ⁊ filias. ſ.
omnes chriſtianos. ſed proprie pau
peres dicūtur eius filij. Jta dicit b.
Joh. qui erat paup. alijs pauperibus

i. ioh. 3. Uidete qualem caritatem ꝺ
dit nobis deus pater. vt filij dei nomi
nemur ⁊ ſimus. Qui in die aſcenſiōis
iuit in peregrinationē ad ſanctuaria
paradiſi. recedēdo de mundo corpora
liter aſcendit in celum. Luc. 19. homo
quidam nobilis abijt in regionē lon-
ginquā accipere ſibi regnum ⁊ reuer
ti. ſ. ad iudiciū. Et loquitur de ſe. Filij
āt ſui. ſ. pauperes idigentes recurrūt
ad diuites. quibus pater eorum dedit
quicquid habēt. Non credatis vos di
uites hēre bona ex veſtris laborib⁹:
quia multi laborant qui nihil lucrāt̄
ſed chriſt⁹ dedit vobis omnia. Aliqui
autem nolunt eis ſubuenire. Aliqui
autē ⁊c̄. Quādo autē veniet pater ad
iudicium. retribuet illis qui operibus
ſ. miſericordie corporalib⁹ ⁊ ſpiritua
libus ſubuenerūt ſibi ⁊ ſuis filijs: col
locando eos ad dexteram ut ſaluent̄:
alios autē ad ſiniſtram ut puniantur
Ecce quare ex vita actiua conſequit̄
beatitudo. Auctoritas Luc. 12. Beati
ſerui illi quos cum venerit dominus
inuenerit vigilātes. ſ. diligētes ĩ exer
citio vite actiue. Et ibidem. Amē di
co vobis ꝙ precinget ſe. ⁊ fa. il. di. ⁊
tr. mi. illis. Nota precinget ſe. Qui ē
precictus habet fimbrias reſtrictas.
Secus qui non eſt precinctus. Chri-
ſtus in gloria ſue humanitatis non
eſt precinctus: quia tantam gloriam
habet quam creatura poteſt habere.
ſed precingit ſe ſcilicet dando gloriam
alijs: quia licet poſſet dare gloriam
infinitam. non tamen dat premium
alicui creature. niſi ſecundum meri
tum eius. Et quia nulla creatura ha
bet meritum infinitum: ideo precin
get ſe dando gloriam ſecundum men
ſuram meritorum. Et ita exponit glo.
Jdeo apoſtolus. i. cor. 3. Unuſquiſqꝫ
autem propriam mercedem accipiet
ſecundum ſuum laborem. Secundo

dicit ⁊ faciet illos diſcūbere. eo quia
in vita actiua ſeruiendo laborarunt
correſpondet eis cibus ⁊ quies que
ſunt in menſa paradiſi. que eſt diui
na Luc. 22. Uos qui permanſiſtis me
cum in temptationibus meis: quia vi
ta actiua habet multas temptatio-
nes. habet tedia ⁊ impatientias. Se
quitur. Ego diſpono vobis. ut edatis
⁊ biba. ſuper menſam meam in re-
gno meo. Tertio. Et tranſiens mini
ſtrabit illis. Non dicit ſcriptura. ſtās
vel ſedens. ſed tranſiens Nota. 5. trā
ſitus in beatis. Primus de fruitione
diuinitatis tranſit oſtendens eis ſu
am humanitatem. In his obiectali-
ter conſiſtit beatitudo. Secundus ꝺ
intellectu per claram cognitionem:
quia ibi conſiſtit viſio. tranſit in vo-
luntatem per fruitionem. Tertius
tranſitus ad os: quia tanta eſt delec
tatio voluntatis. ꝙ os prorumpit in
laudes Auguſtinus. Uidebimus. ⁊
amabimus. ⁊ laudabimus. Quartus
tranſitus eſt de gaudio ſcilicet eſſen
tiali in accidentale Luc. 15. Gaudium
eſt angelis dei ſuper vno peccatore
penitentiam agente. Quintus tranſi
tus eſt poſt diem iudicij: quia gloria
anime tranſibit in corpus. Modo ſo
lum aīe hn̄t gloriā. ⁊ corpa iacent in
ſepulcris incinerata. vt corpora bea
torum petri ⁊ pauli ⁊ aliorum: Sed
tunc gloria anime redundabit in cor
pus. quia gloria anime non eſt alia a
gloria corporis. niſi quia gloria ani-
me redundabit. ut lucerna in later
na criſtalli. Eadem eſt lux laterne ⁊
lucerne. Patet ergo ꝙ ex ſeruitio vi
te actiue propter deum homo mere-
tur beatitudidem. In iſta vita actiua
b. grego. ſeruiuit deo. Dicatur quo
modo fuit de ciuitate rome ex nobili
progenie romanorum. qui adoleſcenſ
in liberalibus artibus ſufficienter in
ſtructus. tandem mortuo patre re-
manſ ⁊ heres magnarum opum. Et
excogitauit expendere illas pecuni-
as in ſeruitium dei in operibus mi-
ſericordie. Cogitate quomodo loque
bantur ei ꝺ vxore ⁊c. ſed noluit. Om
nes illas pecunias diſtribuit in ope-
ribus miſericordie corporalibus ⁊ ſpi
ritualibꝰ. Quatuor ſunt conditiones
perſonarum que habent neceſſitateꝫ
corporaleꝫ. quibus ſubuenire eſt ma
gna miſericordia. Primi ſunt captiui
Precipuum opus miſericordie corpo
ralis eſt redimere captiuos ut conclu
dunt doc. Ex hoc. n. anima liberatur
Secundi ſunt pauperes verecundi.
qui de proſperitate venerunt ad ma
gnam paupertatem: qui ante more-
rentur fame. ꝙ̄ mendicarent. Iſtis
etiaꝫ ſubuenire. eſt magna miſericor
dia. Tertij ſunt pupilli ⁊ orphani ⁊c.
In his beatus gre. diſtribuit magnā
partem hereditatis Secundo ī operi
bus miſericordie ſpiritualibus. que
reſpiciunt animam: quia. 7. monaſte
ria inſtituit. Et modo reges non poſ
ſunt facere vnum ſine adiutorio ec
cleſie. Et b. gre. fecit. 7. ſ. ordinis ſan
cti benedicti qui tunc incipiebat. ⁊ fū
dauit ad modum antiquorum. vitan
do vanitates. ⁊ ſuperfluitates. Si er
go ex ſeruitio vite actiue propter de
um. homo conſequitur beatitudineꝫ.
Et. b. gre. ſeruiuit xp̄o in dicta vita ī
hoc mundo diligenter. quid dice-
mus de eoꝰ Beatus ille ſeruus.

¶ Secundus gradus ſcilicet vite con
templatiue eſt melior qui eſt occupa
re ſe ſolum in operibus miſericordie
ſpiritualibus. que immediate reſpici
unt deum. Ita ꝙ materiale. ſ. opera
ſpiritualia. ⁊ formale huius vite cōte
platiue ſoluꝫ reſpiciunt deū. vt orare

deuote cum feruore ſpiritus. certis
horis diei ⁊ noctis. Cogitare de glo-
ria paradiſi. Legere libros ſpiritua-
les vt deus cognoſcatur. Audire miſ
ſas. ſermones. Cogitare iuſtitiā dei
in penis damnatorum. Contemplari
diuinam prouidentiam in mundi gu
bernatione. Potentiā in mundi crea
tione. ſapientiā. in generalis iudicij
ordinatione. Iſtud ſeruitium deſide
rabat dauid di. Seruus tuus ego ſū
da mihi intellectum domine. ſcilicet
ad contemplandum: quia contempla
tio eſt actus intellectus. Et iſta vita
eſt melior q̄ actiua. Ratio quia licet
actiuus faciat plura opera ⁊ ſeruitia
tamen plus premiatur apud deum con
templatiuus q̄ actiuus. Nota ad hoc
ſimilitudinē in curia pape uel regis
in qua multi ſunt ſeruitores. ⁊ mul
ta officia. Cubicularij autem ſeruiūt
ſolum in camera perſone regis uel
pape. alij autem ſeruiunt extra. vt
coquinarij. ⁊ alij qui plus laborant
⁊ plura opera ſeu officia exercent. tñ
plus premiantur illi qui ſolum curāt
de perſona pape vel regis. ⁊ ſunt cū
eo in camera. Magnum quid eſt eſſe
immediate cum papa. Idē eſt de pa
pa vel rege ieſu chriſto. cuius pala
tium eſt eccleſia. Cōtemplatiui autē
ſolum ſeruiunt chriſto. actiui autem
extra camerā laborant. Et licet plu
ra opera ſeruitialia faciant. tñ maius
eſt meritum contemplationis. Auc-
toritas de hoc. ⁊ eſt v̄bū alegoricū
3. Re. 10. Beati ſerui tui hi qui ſtant
coram te ſemper. ⁊ audiunt ſapiētiā
tuam. Nota beati viri. ſ. a virtute ſci
licet ſcientie. bone vite ⁊ moralita
tis: quia vitioſi non poſſunt eſſe con-
templatiui. Et beati ſerui tui. Et oſtē
ditur de quibus loquitur di. hi qui
ſtant coram te ſemper: ſcilicet contē-
plando. Nota ſemper: quia vita acti-
ua finitur in morte. Contemplatiua
vero non. imo ī morte creſcit. Ideo
Luc. 10. chriſtus dixit marthe que ſe
dederat vite actiue ⁊ dixerat chriſto
domine non eſt tibi cure ⁊c. Reſpon
dit ihus. Martha martha ſollicita es
⁊ tur. erga plu. Porro v. eſt ne. Ma-
ria op. par. ele. que non auſe. ab ea.
Ita fecit bea. grego. qui in iſta vita
ſeruiuit chriſto. Poſtq̄ enim in vita
actiua ſeruiuit chriſto. Dedit ſe vite
contemplatiue. Iſte eſt ordo quia de
vita actiua homo debet venire ad vi
tam contemplatiuam. vt beatus gre
go. Quia in vno illorum ſeptem mōa
ſteriorum recepit habitum in quo ſe
dedit contemplationi. ſeparando ſe a
negotijs huius mundi. ⁊ ab amicis.
Dicit hiſtoria ꝙ q̄uis infirmato ſto-
macho. propter abſtinentias. ieiūia.
⁊ orationes cottidie langueret: nun
q̄ tamen ceſſabat. quin aut oraret.
aut legeret. ſcriberet. aut ditaret.
A matre autem ſua beata ſiluia ibi
crudis leguminibus paſcebatur. Iō
ſpiritus fortificabatur in contemplā
do. Et quāuis quāte contemplatōnis
fuerit. ex verbis que in prologo dia-
logi ſui ponit aliqualiter perpēdi poſ
ſit vbi ait. Infelix animus meus oc-
cupationis ſue pulſatus vulnere. me
minit qualis aliqñ ī monaſterio fuit.
quomodo ei labentia cuncta ⁊c. Tñ
vnum ſingulare de eius contempla-
tione conſideremus. Petrus dyaco
nus eius dixit ſepiſſime ſe vidiſſe ſup
caput eius ſpiritum ſanctum ī ſpecie
colūbe. Ideo ſua oratio erat magne
efficacie ⁊ virtutis: in tantū ꝙ non
legitur ſimile de aliquo alio ſancto.
Dicatur hic de traiano imperatore in
fideli. ſed iuſto de morali iuſtitia. Di
catur hic de iuſtitia quam fecit de fi
lio ſuo. qui cū equo interfecerat filiū
mulieris vetule. Quā iuſtitiā ⁊ hiſtoriā

romani depinxerūt ī quadam domo. quam cum ingreſſus fuiſſet. b. gre. ⁊ cōtemplaſſet gloriam paradiſi. ⁊ penaſ inferni ⁊c̄. ⁊ vidiſſet dictam hiſtoriaꝫ depictaꝫ. orauit deū di. O dn̄e. ⁊ tanta iuſtitia erit ī inferno. Et quia ſciebat ipſuꝫ eſſe in iferno damnatū. non audebat ſimplr̄ dicere. liberetis eum dn̄e ab iferno: Sꝫ flens dicebat. O dn̄e. ⁊ tanta iuſtitia damnabꝛ. Et ſic tacite petebat eiꝰ liberationē. Et angelus dn̄i loquutꝰ eſt ei di. Gregori. optines pro trayano. Nunꝗ̄ tamen de cetero ores ꝑ damnato. Sꝫ quia exoraſti: ideo patieris dolores in corpore. Super hoc habemus ꝙ trayanus ille nō erat dānatus diffinitiue. ſed ad tempus ꝗ̄tuꝫ ad locuꝫ. ⁊ habemus dicere ꝙ angelꝰ dn̄i deduxit aīam trayani ad eius corpus. Et ipſum ſuſcitatum. b. gregoriꝰ baptizauit. Et ſic oꝫ intelligi hoc. Uide b. Tho. ſuper hoc in. 4. diſ. 45. vtrum ſuffragia proſint. in ſolu. 5. ar. Ecce ꝗ̄te efficatie fuit oratio beati gre. virtute cōtemplationis. Nullus debet hic accipere exemplum orandi pro damnatis: quia peccaret. quia ſancti ſunt imitandi in virtutibus moralibus. non autem in miraculis. Si ergo ex ſeruitio vite contemplatiue acquiritur beatitudo ⁊c̄. quid dicemꝰ de. b. gre. Beatus ille ſeruus. Moralr̄ vos domini officiales. ⁊ rectores cōitatis. habetis hic exemplum diligendi ⁊ ſeruandi iuſtitiam. ſicut ille trayanus ſeruauit antiquū ſtatutum in filio ⁊c̄. Non reſpexit magnitudinem perſone. nec affinitatem. Ergo ut dicit̄ Sapi. 1. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terrā. Iteꝫ dd̄. Beati qui faciunt iuſtitiam in omni tempore.

Tertium ſeruitium eſt maius. s. vite prelatiue. que includit vitam actiuam ⁊ cōtemplatiuam perfecte. Sicut bonum eſt corpus hominis. melior anima. ſed optimū cōiunctū. ſ. corpꝰ ⁊ anima. Idem bona eſt uita actiua. melior ꝯtemplatiua ſed optima prelatiua que amplectitur vtrāqꝫ Ideo dicit. b. gre. de plato. Sit rector actione precipuus pre cūtis cōtemplatione ſuſpenſus. Nota actione precipuus. Precipuū opus vite actiue eſt predicare. Ibi complentur opera miſericordie ſpiritualia: quia famelici ⁊ eſuriētes verbo dī ſatiant̄. triſtes cōſolationibus potantur. Nudi ꝟtutibus induunt̄. Et infirmi peccatiſ viſitantur ⁊c̄. De iſta vita Auctoritas Mat. 24. Beatus ille ſeruus quem cū venerit dominus inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis quoniā ſuper omnia bona ſua. ſ. ordinis angelorum conſtituet eum. ſ. ſeraphin. Iſtam vitam prelatiuam habuit. b. gre. quia mortuo papa. cum licet renitentē ſenatus ⁊ populus concorditer elegerunt. omnes vna voce clamantes. Gregorius ſit papa. Ipſe miſſis litteris adiuratorijs ad imperatorem compatrem ſuum ne conſentiret. Uidetur ꝙ tunc imperator conſentire habebat in electione pape. qui tamen deſiderabat. ꝙ ſuper omnes gre. eſſet papa. Dicatur quomodo fugit in vna vegete ⁊c̄. quia portalia cuſtodiebantur ne fugeret de ciuitate romana. ⁊ in quadam ſpelunca latuit. Sed indicio columne fulgi de ſuper ſe de celo deſcendentis inuentus. captus ⁊ tractus. ſummus pontifex conſecratur. Quando autem fuit papa. ſeruauit optime vitam actiuam quia omnes viduas. pauperes. ⁊ orphanos habebat in ſcriptis. ⁊ prouidebat eis. quia palatium papale erat granarium omnibus cōmune. pauperibus autem verecundioribus de menſa mittebat ſuā ſcutellam. Ceterum ierolimis cenodochium conſtituit. et tam ibi ꝗ̄ in monte ſyna. famulis dei

victum ⁊ veſtimenta annualiter miſit
Cum autem quidaꝫ heremita rogaret
ut fertur dominum. ut ſibi oſtendere
dignaretur quam manſionem habitu
rus eſſet in celo. Et ſibi reuelatum eſ
ſet ꝙ cum gregorio papa. ⁊ ille confe-
rens ſuam inopiam ſuis diuitijs. ſuper
hoc miraretur. audiuit uocem de ce-
lo dicentem ſibi. Cur audes compara
re paupertatem tuaꝫ diuitijs gregorij.
qui magis diligis cattam quam habes
ꝙ̄ ille tantas diuitias? Iteꝫ ſeruiuit eti
am deo in vita cōtemplatiua. ſtuden-
do. legendo. dictando: quia predicauit
in quadrageſima. Ecce quomodo in
uita prelatiua ſeruiuit deo. Ergo bea-
tus ille: ⁊c̄. Moraliter quilibet noſtrū
eſt prelatus habens vaſſallos. s. ſen-
ſus corporales. cogitationes cordis. ⁊
deſideria eiuſdem. Ideo modo in iſto
ſancto tempore legamus. ⁊ guberne-
mus ea diligenter. deo ſeruiendo in vi
ta actiua. ⁊ in cōtemplatiua. iuxta cō
ſilium Luc. i. De manu inimicorum
noſtrorum liberati. ſ. per penitentiaꝫ
Modo facta cōfeſſione ſeruiamus illi
in ſanctitate. ⁊ iuſtitia. Amen.

¶ In feſto ſancti benedicti abbatis.

Sicut lucerna fulgoris illūi-
nabit te. Originaliter Luc.
xi. Sub iſto intellectu ego
recipio iſtud verbum. s. ꝙ
b. benedictus fuit lucerna. Pro cuiꝰ
declaratione ⁊ materie introductione
ſciendum ꝙ in multis locis ſacre ſcrip
ture inuenitur ꝙ ſancte perſone quā
do habent claritatem fidei catholice.
⁊ ardorem deuotionis ⁊ feruorem bo
ne vite. dicuntur lucerne ardentes.
Ratio eſt propter officiūꝫ. imitatiōeꝫ
vel ſimilitudinem quam habent ad lu
cernas ardentes. Quare accendūtur
lucerne? Propter ſolis abſentiam. ne
ſimus in tenebris. Quādiu ſol eſt pñs.
non ſunt neceſſarie lucerne ar. Ita eti
am ꝙ̄diu ille ſol de quo dicitur virgi-
ni marie. Felix namqꝫ es ſacra vir-
go. ⁊ omni lau. di. q. ex te or. eſt ſol iu.
chriſtus deus noſter. Quādiu hic ſol
fuit preſens mundo. illuminauit mun
dum in fide catholica predicando cale
fecit in deuotione. ⁊ fecit fructificare
in penitentia. meritis ⁊c̄. Tunc. n. nō
erant neceſſarie lucerne ſanctarum
perſonarum: ſꝫ poſtꝙ̄ ſol occubuit. ſ.
per ſuam paſſionem. ⁊ aſcenſionem
⁊c̄. fuerunt neceſſarie lucerne ar. ſan
ctarum perſonarum. ſicut apoſtoloꝝ.
martirum. confeſſorum. doctorum. v̄
ginum. continentium. ⁊ penitentium.
Ecce ratio que dat ſcientiaꝫ. quare ſā
cte perſone dicūtur lucerne ar. Auc-
toritas v̄ hoc propria. Quādo precepit
deus moyſi ut faceret tabernaculum.
inter alia precepta que ſibi fecit. fuit
iſtud ⁊ habetur exo. 25. Facies lucer
nas. 7. ⁊ pones eas ſuper candelabruꝫ
ut luceant ex aduerſo. Nota ꝙ hoc ver
bum eſt dei patris ad filium: ſed ī figu
ra dictum fuit moyſi. Quando. n. dei
filius debuit de hoc mundo recedere:
dixit ſibi deus pater. Facias lucernas
7. Prima eſt ſanctitas apoſtolorū. Se
cunda martirum. Tertia doctorum.
Quarta confeſſorum. Quīta virginuꝫ
Sexta continentium. Septima eſt ſan
ctitas penitentium. Quas poſuit ſuper
candelabrum fidei chriſtiane. in quo
fundamēto fundantur. Et dicit Luc.
xi. c. Nemo accendit lucernam ⁊ in ab
ſcondito ponit. ſ. peccatorum. neqꝫ
ſub modio. ſ. errorum. ſeu falſe opinio
nis: ſed ſuper candelabrum. Nota vt
luceant ex aduerſo ſcilicet peccatoruꝫ
mortalium que ſunt ſeptē per ſeptem
virtutes oppoſitas eis. Nam prima lu
cerna eſt ſanctitas apoſtolorum. que
lucet ex aduerſo contra auaritiam.

per voluntariam paupertatem. Dice-
bant. n. illud. i. ad tim. 6. habentes
alimenta. non dicit delectamenta. ⁊
quibus tegantur. non dicit quibus or
nentur. his contenti ſimus. Sancti-
tas martirum lucebat contra iram ex
aduerſo ſcilicet per patientiam. Non
murmur re. non que. ſed cor. ta. mẽs
bene ꝯ. conſeruat patientiam. Sancti
tas doctorum lucebat contra accidiaȝ
per diligentiam in ſtudendo. ſcriben
do. predicando. de quibus dicitur in
ps. Conuertetur populus meus hic. ſ.
per doctores. ⁊ dies pleni inuenientur
in eis. Sanctitas confeſſorum lucebat
contra gulam lumine abſtinentie. me
morantes de verbo chriſti di. Luc. xi.
Attendite autem vobis ne forte grauẽ
tur corda veſtra in crapula ⁊ ebrieta
te ⁊ curis huius vite. Sanctitas virgi
nuȝ lucebat contra luxuriam lumine
virginitatis ⁊ puritatis: quia nec cogi
tando: nec loquendo: nec tãgendo ſeu
operando ſenſerunt aliquam luxurie
corruptionem. Apoc. 14. Non ſunt co
inquinati. virgines. n. ſunt. Sanctitaſ
continentiũ ⁊ coniugatorum lucebat
ex aduerſo contra inuidiam per dilec
tionem ⁊ caritatem ordinatam dei ⁊
proximi. quibus dicit ſcriptura. i. pe. 2.
Deponentes omnem malitiã. ⁊ omneȝ
dolum: ⁊ ſimulationes. ⁊ inuidias. Sã
ctitas penitentium lucet ex aduerſo lu
mine humilitatis penitẽtialis cõtra ſu
perbiam tenentes conſilium chriſti. i.
pe. 5. humiliamini ſub potẽti manu di.
ſcilicet in penitẽtia. vt vos exaltet in
tempore viſitationis. Patet ergo ratio
ne ⁊ auctoritate. ꝙ ſãcte perſone dicũ
tur lucerne ardentes. ⁊ de quolibet
ſancto poteſt dici ꝙ erat lucerna ar-
dens. ⁊ lucens. ut dicitur io. 5. Ille
erat lucerna ardens ⁊ lucens. Cum er
go. b. benedict⁹ fuerit perſona ſanctiſ
ſima. de eo dicit thema. Sicut lu. ful.

il. te. Nota in. b. benedicto. 7. virtutes
ſeu radios virtutum. trium theolog[a]
lium ⁊ quatuor cardinalium. quibu[s]
illuminat mundum.

¶ Primus radius eſt de prudentia intel
lectuali
¶ Secũdus d̃ iuſtitia generali.
¶ Tertius de temperantia corporali.
¶ Quartus de fortitudine virtuali.
¶ Quintus de fide cordiali.
¶ Sextus de ſpe ſupernali.
¶ Septimus de caritate integrali.
¶ De iſtis quilibet noſtrum poteſt recipe
re lumen pro vita ⁊c̃.

¶ Quãtũ ad p̃muȝ. ſ. d̃ pru. i. Dico ꝙ hec
prudentia conſiſtit in hoc. ut hõ ſciat
eligere id qđ eſt melius ⁊ vtilius. Iſtã
pru. habuit bea. bene. vnde parentes
eius videntes ſuam diſpoſitionem. ⁊
ingenij ſublimitatem. miſerunt eum
ad ſtudium. hoc debent reſpicere pa
rentes. quando volũt mittere filios ſu
os ad ſtudium. ne ſint rudes. groſſi.
ſed ſubtiles. Beatus. b. a pueritia cor
ſenile gerens nulli voluptati animũ d̃
dit. ut dicit grego. in libro dialogoruȝ.
qui eius uitam ſcripſit. Cum auteȝ miſ
ſus fuiſſet ad ſtudium rome. ⁊ libera
libus diſciplinis traditus. ⁊ multos
ſtudentes per abrupta vitiorum. i. pre
cipitia ire cerneret. quorum aliqui ſtu
debant in libro ſuperbie. preſumptõis
⁊ uanitatis. aliqui ĩ libro auaritie. lu
di. ⁊ falſitatis. aliq ĩ libro luxurie ⁊ car
nalitatis. aliqui in libro gule ⁊ voraci
tatis. aliq in libro ire ⁊ malignitatis. ⁊
ſic d̃ alijſ. O dixit b. b. Melior ẽ ignorã
tia cũ bõa ꝯſciã. ꝙ hr̃e magnã ſciẽtiã:
⁊ malã ꝯſciaȝ; quia deus nõ dat paradi
ſum pp ſcientiã ſolũ. ſed dat pp bonaȝ
conſcientiam. De nocte dimiſſis ſocijs
receſſit ſecrete. De quo dicit Grego.
laudans eum. Deſpectis ſtudijs ⁊ reli
cta domo. ſancte conuerſationis habi
tũ queſiuit. Moralit̃ iſto radio debent

ſtuiari ꝛligioſi . clerici . ſeu layci ſi hñt
malas ſocietates ſeu familiaritates in
occaſione peccãdi . fugere ⁊ recedere
ab eis . imo etiã a patre ⁊ matre . ⁊ ab
amicis . ut ſaluet animaꝫ ſuam . De iſta
materia dicebat chriſtꝰ Mat. 5. ⁊ . 18.
Si oculꝰ tuus ſcandalizat te . erue euꝫ
⁊ ꝓijcie abs te . Oculꝰ qui habet offici
um oſtendendi . ſignificat magiſtrũ vel
ꝯfeſſorem tuũ ⁊c̃ . Manꝰ que facit ope
ra ſignificat ꝓcuratorẽ vel aduocatũ
⁊c̃ . Pes qui ſuſtinet corpꝰ ſignificat do
minũ vel amicũ qui dat tibi vitã vel ꝓ
uiſionẽ te ſubſtinẽdo . ſi ſcandalizat te
⁊c̃ . vñ . Dirumpamꝰ vincula eoꝝ ⁊c̃ . ſ.
amoris vanitatis . ⁊ familiaritatis pra
ue . Quot ſunt in hoc mundo qui viue
rent ſancte . niſi ex iſtis malis familia
ritatibus . Ideo fuge exẽplo btĩ . b . Er
go ſicut lucer . fulgo . ⁊c̃ .

Quantũ ad ſcõm radiuꝫ . ſ . de iuſtitia
generali . q̃ ſꝫ oẽs iuriſtas ⁊ theologos
eſt reddere vnicuiqꝫ qd̃ ſuũ eſt nec re
cipere ab alio niſi qd̃ ſuuꝫ eſt . Ideo iu
ſtitia dr̃ equitas . Iſtam hũit beatꝰ . b .
de qua laudaẽ a beato grego . Cũ . n . fu
geret de ſtudio ⁊ iret ad deſertũ . hoſpi
tatus fuit ĩ domo cuiuſdam mulieris
paupercule . que mutuo receperat capi
ſteriũ ad purgãdum triticũ . ⁊ fregit in
duas partes . videtur fuiſſe de terra . ⁊
cepit flere non habens vnde reſtitue
ret . Beatꝰ ãt . b . compatiens mulieri .
orauit forte ſic . Domine deus oĩps qui
duos populos . ſ . iudaicum ⁊ gentilem
adunaſti ad vnã ſanctã fidem catholi
cam ⁊c̃ . aduna iſtas duas partes ⁊c̃ .
Mulieri flenti integrũ capiſteriũ red
didit . Miraculũ vidẽtes incole pre ad
miratione in ingreſſu eccleſie ipſuꝫ ca
piſteriũ ſuſpẽderunt . Notate hic q̃ta
iam erat ſua ſanctitas . cuꝫ tamẽ eſſet
valde iuuenis . in quo oſtendiẽ virtus
iuſtitie . orauit ⁊c̃ . vt illa mulier poſſet

reſtituerẽ qd̃ receperat . Moralr̃ iſto ra
dio luminis illuminentur illi qui rece
perũt aliquid de vſura ⁊c̃ . Idem illi q
retinent aliquid de mortuis non com
plendo teſtamenta . Idem ſi aliquid re
tinetis de eccleſia . ut decimas . primiti
as : quia ſacrilegiũ eſt . Item ſi de rapi
na vl̃ ſoldata ſeruoꝝ aliqd retinetis .
Item ſi damnificatis aliquem ſolua
tis . Item ſi impediuiſtis iuſtitiã falſe
iurando . Item ſi vr̃o ꝯſilio abſtuliſtis
alicui officiũ . vel beneficiũ . ſiue lega
tũ . tenemini ad reſtitutionẽ . Recipia
tis iſtud lumen : al's ira dei eſt ſup do
mum vr̃am . Ideo apl's . ad ro . 13 . Red
dite oĩbus debita . Cui tributuꝫ tribu
tũ . cui vectigal ⁊c . cui timoreꝫ timorẽ
cui honorem honorem .

Quantũ ad tertiũ . ſ . Tẽpantia corpo
ralis . per quã in delitijs huius mundi
hõ recipit menſurã . Iſtam hũit beatꝰ
b . Nam poſt dictũ miraculum de capi
ſterio . omnes gentes cupiebãt ipſum
videre . ut tangit grego . O dicit ipſe .
Ego fugio vitũ . ⁊ poſſem cadere in ali
ud dicit grego . Beatꝰ . b . ſo laudeꝫ fu
giens . deſerta petijt ſecreta . Quo duꝫ
ꝑgeret monachus qdam ſanctus ⁊ ſe
nex romanꝰ noĩe ipſum repiens . ⁊ de
ſideriuꝫ eius cognoſcẽs . habitum ei ſã
cte cõuerſatiõis tradidit . forte habitũ
heremitaꝝ . ⁊ pmiſit ſibi dare prouiſio
nem panis . Quẽ cũ ciſtella cottidie cuꝫ
corda ſibi ſubmittebat de cela ſua al
ta . Et tribus annis ibi in ſpelunca ſoli
monacho p̃dicto romano cognitꝰ man
ſit . Comedebat cõtinue panẽ ⁊ aquam
vel forte raro etiã herbas . ⁊ huiuſmo
di . Solũ habebat pelem ⁊ oſſa . Poſt
tres annos in die paſce . qdã clericus
bone vite . qui ieiunauerat q̃dragesi
mã . parauit ſibi bonum prandiuꝫ . Cui
dñs apparẽs dixit . Tu tibi delitias p̃
paras . ⁊ ſeruꝰ meꝰ in loco illo cruciaẽ

fame. Qui protinus conſurgens cum
alimentis queſiuit eū. Et in ſpelūcha
repit. Quē cum beatꝰ. b. vidiſſet. cogi
tauit ꝙ eſſet dyabolus. vel illuſio. Sꝫ
ſacerdos dixit ſibi q̄uo erat miſſus a
deo ⁊c̄. Dixit. ſumamꝰ cibū. qꝛ paſcha
dn̄i eſt. vir aūt dn̄i hoc ignorabat: quia
nō habebat librū nec breuiariū. Mo
raliter habemꝰ exemplū penitētie. ſi nō
tante. ad minꝰ ſeruando ieiunia eccl'e
⁊ ī die paſce ſacerdos dabit vobis prā
dium. ſ. agnum paſchalem. filiuꝫ illiꝰ
ouis beate v̄. marie. Ideo ī iſto ſancto
tempore cantat eccleſia. Paradiſi por
tas aperiat nobis ieiunij tp̄s. Suſcipia
mus illud orantes ⁊ deprecantes. vt
in die reſurrectionis cum domino glo
riemur. Ergo ſicut lucer. ful. ⁊c̄.

Quantū ad quartū radiuꝫ ⁊c̄. ſ. de for
titudine virtuali. ⁊ non de fortitudine
beſtiali. Fortitudo. n. ſꝫ ꝙ eſt virtꝰ mo
ralis ⁊ donū ſpiritꝰ. ſ. eſt fortitudo re
ſiſtendi inclinationibꝰ carnis. occaſio
nibus mūdi. ⁊ tēptationibus dyaboli.
Iſtā hūit beatꝰ. b. Cū. n. diu vixiſſet in
illa penitētia. quadā die tēptator affuit
Nam nigra auis quaſi merula. vultu
eius īportune cepit inſiſtere. ⁊ muſcha
aſini que licet ad ſignū crucis receſſiſ
ſet: tamē mirabilis ⁊ inuſitata tempta
tio carnis ſecuta eſt inuiſibiliter ip̄m tē
ptando cepit cogitare de quadam mu
liere gibboſa quā uiderat ī ciuitate. ⁊
in tantū temptatio augumentabaꝝ ꝙ
uolebat dimitteꝝ heremū: ⁊ redire ad
mundū ad inquirendū gibboſā. Quid
feciſſet ſi fuiſſet pulcra. Sꝫ ecce fortitu
do: quia ex hoc nudū ſe ꝓiecit in ſpinis
⁊ vrticis. ita ꝙ fuit totus cruentatꝰ ⁊
ſanguinolentus. Dicit grego. Per vul
nera cutis eduxit vulnus mentis. tale
aliqd minime ſenſit. Ecce fortitudo ma
ior. q̄ ſi. x. gigantes viciſſet. Moral'r
habemꝰ hic exēplum reſiſtendi inimi-
co: quia nihil pōt. Grego. Debilis ē ho
ſtis qui non vincit niſi volentem. Pro
pterea dicit Auguſtinus. Ideo pecca
tum quia voluntariuꝫ. Eſtote ergo for
tes in bello. ⁊ pugnate cuꝫ antiquo ſer
pente. ſ. dyabolo: ⁊ accipietis regnum
eternum.

Quantum ad quintum radium ⁊c̄. ſ. d̄
fide cordiali que eſt prima virtus theo
logalis. Dicuntur virtutes theologales
a theos qđ eſt deus. quia immediate
reſpiciunt deuꝫ pro obiecto: quia fides
eſt credere deo. Spes ſperare in deo.
caritas diligere deuꝫ propter ſe. ⁊ pro
ximum propter deum. Secus de virtu
tibus moralibus que habent proximū
pro obiecto ſeu creaturas. Iſtam vir-
tuteꝫ fidei habuit excellenter. b. bene
dictus ad ea que ſunt fidei chriſtiane.
ſed ſingulariter ad crucem domini no
ſtri ih̄u chriſti. ⁊ ad eius nomen. Cum
autem celebre eius nomen ⁊ fama ha
beretur quia per illum ſacerdotem. ⁊
per paſtores fama ſue ſanctitatis fuit
diuulgata. Congregatio cuiuſdam mo
naſterij ad eum venit vt ſibi preeſſet:
quia abbas erat mortuus ⁊ quia erāt
male vite. ⁊ male fame. ⁊ ribaldi. gen
tes nolebant ſibi facere elemoſinas. ⁊
ſub mantello ſanctitatis beati. b. vo-
lentes cooperire ſuam malam vitam.
⁊ per eum recuperare famam: elege
runt ipſum in abbatem: qui licet ſibi
diu diſplicuiſſet. dicens ſuos ⁊ illorum
mores conuenire non poſſe. tamen vi
ctus. aſſenſum dedit. motus conſcien
tia: quia forte illi emendarent vitam.
Et iuit cum eis. Et viſa regula eorum
⁊ conſtitutiones. inuenit ꝙ non debe
bant comedere carnes nec habere ali
quid proprium ⁊c̄. Precepit ꝙ ſerua-
rent regulam ⁊ conſtitutionem. nolēs
ꝙ loquerentur cum mulieribus ⁊ hu
iuſmodi. Et monachi hoc vidētes quo
libet die tenebant conſilium quid face
rent. Dixit vnus. ego ſcio quid poteri
mus facere. Cum duobus denarijs

alicuius herbe venenoſe expedietur.
Qualis ſocietas. Et omnes conſenſe-
runt. Et ita fecerunt. Et in colatione
dederunt ſibi uinum potionatum. Cū
autem beatus b. iuxta morem benedi
xiſſet uinum cum ſigno ✠ di. Potum
caritatis ⁊c. ⁊ tacca fregit ſe in quatu
or partes: quia ubi fit ſignum uite nō
poteſt nocere cibus mortis. Intelli-
gens uir dei ꝙ de morte ſua tractaſ-
ſent. allocutus eſt eos. d. Miſereatur
ueſtri omnipotens deus. Quare iſta fa
cere uoluiſtis? Nunquid nō dixi uobis:
quia ueſtris ⁊ meis moribus non con
ueniret? Et receſſit ab eis. rediens ad
ſolitudinem. Ecce fidem quam habuit
ad crucem. de qua armauit ſe. alias
⁊c. Ita debetis uos facere. quando de
betis aliquid comedere uel bibere. ſi-
gnetis vos ⁊c. Ideo eccleſia. Salue
crux ſancta. ſalue mundi gloria. uera
ſpes noſtra. uera ferens gaudia. ſignū
ſalutis. ſalus in periculis. uitale lignū
uitam ferens omnium.

Quantum ad sextum radium. ſ. de ſpe
ſupernali que ſequitur ad fidem. Speſ
n. ſecundum ꝙ eſt uirtus theologalis.
Eſt quando perſona non deſperat ſe de
miſericordia dei. quantumcunqꝫ ſit pecca
trix. Sed ſperat dicendo. utar medici
nis a deo ordinatis contra plagas pec
catorum ⁊ infirmitates. Et ſperat non
ſolum ſaluare ſe. ſed etiam multos ali
os. Hāc hūit beat⁹ b. cuius fama exten
ſa per mundum. Ceperunt nobiles fili
os ſuos ei dare nutriendos omnipoten
ti deo. Item clerici veniebant ad eum
ut poſſent ſaluari. in tantum ꝙ tot ſūt
ab eo congregati ꝙ. xii. monaſteria con
ſtrueret. credatis tamē ꝙ de licentia
pape. Et ita placuit deo: quia cum non
haberent aquam in quodam monaſte
rio illorum. imo diſtaret. monachi de
mandato beati b. foderunt in rupe. ⁊
ſtatim fons aque dulciſſime prorupit.
qui adhuc durat. Item etiam tempore
famis ſperabant in domino ⁊ abunda
bant. ita ꝙ etiam ipſi dabant elemoſi-
nas. Iſto lumine debetis illuminari.
ſperare in deo non in diuitijs ⁊c. nec
in diuinis: nec in ſcientia: nec in forti
tudine. i. ad tim. 6. Diuitibus huius ſe
culi precipe nō ſublime ſapere. nec ſpe
rare in incerto diuitiarum: ſed in deo
viuo qui preſtat nobis omnia abunde
ad fruēdū. Ideo dauid pſalmo. 61. Spe
rate in eo omnis congregatio populi.
ef. c. ii. cor. veſtra. deus ad. noſter in
eternum.

Quantum ad ſeptimum radium. ſ. de
caritate integrali. ſ. dei ⁊ proximi. i.
cor. 13. Maior autem horum eſt cari-
tas. Caritas autem integralis eſt dili
gere deum ſuper omnia. ⁊ proximum
ſicut ſeipſum propter deum. Iſtam ha
buit beatus b. Poſtq̄ꝫ. n. habuit ma-
gnam famam ſanctitatis. ex caritate
motus dixit infra ſe. Modo potes pre
dicare. ⁊ proficere: quia predicare cū
mala fama eſt ſicut ſcindere cum gla
dio obtuſo. Sed quando predicator ha
bet bonam famam. tunc facit fructū.
Ideo dicit Grego. Sancti predicato-
res laudari appetunt ut reuerēter au
diantur. reuerenter audiri deſiderant
ut maiorem fructū faciant. Ideo bea
tus b. famoſus de vita. ⁊ de ſcientia
non acquiſita. ſed habuit ſcientiam in
fuſam. Predicauit primo in caſtro mō
tis caſſini. ⁊ conuertit eos ab infideli
tate. Fregerunt ydola ī templo apolli
nis. ⁊ oraculum beati Martini fecit.
Ecce caritatem quam habuit erga pro
ximos. ex qua ī vita ſua ſuſcitauit mor
tuos. Item de caritate ad deum: quia
ut philocaptus de deo. ſemper cogita
bat de deo. Dicatur illud ſingulare. cū
de nocte ad portam camere oraſſet de
um. oſtendit ſibi totū mundum. ⁊ om
nes creaturas. Beatus tho. in quolibe

tis quoli. primo ar. primo. querit vtrū
beatus b. tunc viderit diuinam eſſen
tiam. Dicit ꝙ nō. ſed vidit omnes crea
turas mundi non ſolum in genere ſeu
ſpecie. ſed in indiuiduis. Sciuit tunc
plus de ꝓphetia ꝙ̄ ariſtoteles. nec pto
lomeus. aut alius phoꝛum. Cogitate
eius ardoꝛem caritatis pꝛopter quem
reuelauit ſibi deus diem obitus ſui. Et
ante ſextam diem obitus ſui. ſepultu-
ram aperiri iuſſit. ut ioh. euan. Et ī ip
ſo. 6. die poꝛtatus ad eccleſiam. inter
diſcipuloꝛum manus oꝛando ſpiritum
efflauit. Uiderunt autem ipſo die duo
monachi viam ab eius cela in celum
tendentem. ſtratam palijs. ꝛ coꝛuſcaꝫ
īnumeris lampadibus. Et vir clarus
deſuper aſſiſtens ait illis. Hec eſt via
qua dilectus dei benedictus aſcendit.
Ergo ſicut lucerna ful. ꝛc̄. Amen.

In annunciatione beate marie vir.

Ecce. ecce ecce. Uerbum hu⁹
thematis colligitur ex euange
lio hodiēne feſtiuitatis qd̄ oꝛi
giāliter habetur Luc. pꝛimo. Glorioſa
ſolēnitas hodierna tota eſt ſanctiſſime
incarnationis filij dei in vtero virgina
li. ꝛ de iſta erit ſermo. Sed ut ſit ī filij
ꝛ eius genitoꝛis honoꝛem. ꝛ noſtrarū
animarum conſolationem: humiliter
pꝛeſentemus virgini ſalutationeꝫ. que
hodie facta fuit per angelum gabꝛielē.
dicendo ſibi. Aue ꝛc̄. Ecce ꝛc̄. Credo
ꝙ multi mirantur vbi habetur iſtud
thema: quia videtur ꝙ non ſit in euan
gelio nec in epiſtola. Dico ꝙ colligitur
in euangelio. in quo ter dicitur ecce.
non tamen ſine magnis ſecretis ꝛ trā
ſcēdentibus. Pꝛimo quando angelus
nunciauit virgini ꝙ eſſꝫ mater dei di.
Ecce concipies in vtero ꝛc̄. Scd̄o quā
do denunciauit virgini ꝙ heliſabet cō
cepat di. Ecce heliſabꝫ ꝛc̄. Tertio quā
do finaliter virgo conſentiens dixit.
Ecce ancilla domini ꝛc̄. Ecce vnde col
ligitur pꝛopoſitum thema. Et eſt dictō
demonſtratiua. Dicit grammaticus.
Da demonſtrandi. vt en ecce. Et eſt ex
citatiua. Dicitur. n. ter ecce: quia tria
magna. alta. ꝛ tranſcendentia ſunt a
nobis attendenda ꝛ contemplanda in
iſta benedicta incarnatione. ſ.

Pꝛimo diuinalis benignitas.
Secundo humanalis vtilitas.
Tertio virginalis humilitas.
Ecce. ſ. aperiatis aures coꝛdis ad con
templandum cum magna deuotione ꝛ
affectione iſta tria pꝛedicta.

Dico pꝛio ꝙ ē attente contēplandū in
iſta benedicta incarnatione diuinalis
benignitas quam deus nobis oſtendit
in iſta ſancta incaꝛnatione: quia deus
amoꝛe noſtri factus eſt homo. Hoc eſt
plus ꝙ̄ ſi aurum fieret lutum. vel ce-
lum plumbum ꝛ huiuſmodi. Creatoꝛ
factus eſt creatura. rex ſeruitoꝛ. do-
minus ſeruus. diues pauper. oīps debi
lis. eternus tempoꝛalis. Infinit⁹ amo
re noſtri factus eſt finitus. ꝛ paruus
ut foꝛmica in humanitate. immenſus
circumſcriptus in vtero virginali. ꝛ im
paſſibilis paſſibilis. Nullus ītellectus
poteſt cogitare. nec compꝛehēdere iſtā
benignitatem. Totum hoc fecit vt nos
iuuaret. Ecce diuinalis benignitaſ. Ex
iſta ratione quaſi omnes pꝛophete lo
quentes de iſta materia. incipiunt per
ecce. Unde dd̄ ps. 53. Ecce. n. deus ad
iuuat me. ꝛ dominus ſuſceptoꝛ eſt ani
me mee. De iſto adiutoꝛio. nota para-
bolam de illo magno rege habente vi
neam iuxta ſuum palatium. ad quam
miſit cultoꝛes. pꝛomittens eis magnū
ſalarium ſi eadem die excolerent. ali-
as ꝙ nihil haberent. Propter qd̄ dicti
cultoꝛes laboꝛabant diligenter. tamen
hoꝛa veſperarum adhuc habebant tā
tum facere ꝙ̄tum fecerant. Uidēs fili⁹
regis per feneſtram ꝙ illi non pote-
rant perficere; voluit eos iuuare. Et

intrauit cameram ſe diſſimulando. ⁊ recepit habitum cultoris. ⁊ iuuit eos. ⁊ perfecerunt ⁊ finaliter illi habuerūt ſalarium. Uidetur vobis iſta magna benignitas in filio regis primogenito? Tantum humiliauit ſe. ut ſeruitores haberēt lucrum eis promiſſum. Talis fuit filius dei. Uinea regis eſt iſte mū dus. yſa. 5. Uinea autē domini exerci tuū domus iſrael eſt. ad quã miſit cul tores ſuos. ſ. patriarchas. ꝓphas. pro mittens ſalarium ſi ante ſolis occaſum i. mortem ⁊c̄. Uidens filius dei ihs xp̄s per feneſtram ſue ſcientie ꝙ non pote rant acqrere lucrū glorie. intrauit ca meram vteri virginalis. ſ. hodie. Ubi indutus eſt veſte illius ruſtici ade. ut eos adiuuaret. ⁊ qui vſq; ad mortem īcluſus continue laborauit. Ecce qua re dicit. Ecce. n. deus adiuuat me. ad iutorio gratie in pn̄ti. ⁊ dominꝰ ſuſcep tor eſt anīe mee. ſ. in gloria eterna. Itē yſa. dans ſignum de iſta incarnatione dixit incipiens per cccc. 7. c. Ecce ṽgo cōcipiet. ⁊ pariet filiū ⁊ vocabitur no men eius emanuel. Nota ecce ṽ. cōci. Licet. n. de alijs mulieribus poſſet car nē aſſumere. tamē de ṽgine aſſumpſit ⁊c̄. Et pariet filium. non patrem: quia nunꝗ fuit homo. nec eſt. nec erit. Idē nec ſpiritum ſanctū: ſed pariet filium. Magis. n. erat ꝯueniens ꝙ filius icar naretur. ſi volumus attendere finem huius incarnatiōis. qui eſt vt peccato res ⁊ inimici dei fierēt amici. ⁊ filij dī coheredes regni. hanc ratione tangit apoſtolus ad ro. 8. di. Quos preſciuit ⁊ predeſtinauit conformes fieri imagi nis filij ſui. ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Nota eman. i. no biſcum. el. i. deus: ideo emanuel. i. no biſcum deus: quia alias niſi fuiſſet de us. non poſſet ſeipſum ſaluum facere. Ideo inter alias ꝓphetias iſtam maxi me contemplemur. Et quando angelꝰ eam ſalutauit. iſtam prophetiam lege bat. ut ipſa virgo reuelauit heliſabet. Cogitabat. n. tunc virgo intra ſe. O do mine. Et qualis erit illa virgo que ſit digna concipere filium dei. ⁊ matrem dei ⁊ reginam eſſe. Et rogabat domi num ne moreretur quouſq; illam vide ret. Et poſſet illi ſeruire di. Domīe con ſeruetis mihi viſum. ut eam videam. auditum vt eam audiam. os vt poſſim ſibi loqui. manus vt ſibi ſeruiā. O be nedicta erit illa virgo. ⁊ flebat nec po terat de ſe cogitare ꝙ ipſa eſſet illa ex humilitate. Et dum virgo ſic cogita ret. ſubito archangelus gabriel intra uit ſine aperitione. ⁊ totus rutilans ⁊ pulcer cum maxima reuerentia virgi nem ſalutauit. d. Aue gratia plena. do minus tecum. benedicta tu in mulieri bus. Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius. ⁊ co. qualis eſſet iſta ſa lutatio. Nō turbata fuit d̄ angeli viſio ne: quia dicit Ieronimꝰ ꝙ aſſueta erat videre angelos. ſed turbata eſt in ſer mone eius. Ante aduentum angeli. vir go cogitabat de iſta virgine. ⁊ de tāta gratia. ⁊ ſtatim angelus eam ſalutauit d. Aue. ⁊c̄. quaſi di. Tu es illa virgo plena gratia. Secūdo cogitabat de tan ta eius ꝓpinquitate cum deo. ut eſſet mater eius. Et ideo angelus dixit ſibi. Dominus tecum. ſ. in maiori cognitio ne ꝗ̄ cum alijs creaturis. Tertio cogi tabat de excellentia illius virginis ſu per alias mulieres. ideo dixit ſibi ange lus. Benedicta tu in mu. Et turbata ē in ſer. eius Moralr̄ hic cū dicitur. Et turbata eſt in ſer. eius. Si angelus ſa lutaſſet eam modo cōſueto. vt bone ꝑ ſone ſalutant. virgo non fuiſſet turba ta: Sed quando audiuit iſtā ſalutatio nem modo inuſitato. hic habetis exem plum vos mulieres. Innuens ꝙ ſi ali quis ſalutat vos modo conſueto. non oportet vos turbari: ſed ſi modo inuſi tato ſalutet vos aliquis ſtultus. non reſpondere niſi dicendo. Ite in mala

hora. quia talis ſalutatio iniqua eſt. ſ.
deus ſaluet vos flos lilij. vel paradi-
ſi. Angelus gratioſus. vos eſtis vita
mea ꝛc. Si enim virgo turbata fuit ȯ
angeli inuſitata ſalutatione. ꝛ tamen
cum angelo non poterat peccare. quá
to magis vos debetis turbari de mo-
do inuſitato hominum ſtultoꝝ. Et an
gelus conſolans eam dixit. Ne timeas
maria: quia in iſta ſalutatione non eſt
peccatum nec adulatio. Inueniſti eniꝫ
gratiam apud deuꝫ ſuper omnes crea
turas. Et virgine quietata. angelus
ſibi explicauit ambaxiatam ſuam. inci
piens per ecce. d. Ecce concipies ĩ vte
ro. ꝛ paries filium. ꝛ vocabis nomen
eius ieſum. vſqꝫ in finem. Ecce hic to
ta ambaſiata que habet octo capitula
ꝛ ſecreta fidei chriſtiane continentia
que angelus ſibi tunc declarauit. Pri
mum ibi. Ecce concipies in vtero. Di-
ceret aliquis. quid oportuit dicere in
vtero. cum alibi non concipiatur. Sic
quid oportet dicer̄. vos videbitis ocu
lis proprijs. cuꝫ per alias partes homo
non videat? Reſpondeo ꝙ non ſine cá
dixit angelus ĩ vtero: quia virgo ma.
iam ante aduentum angeli concepe-
rat deum in mente. cõtemplando iſtaꝫ
prophetiam: ſed angelus declarans ſi
bi conceptionem maternalem dixit.
Ecce concipies in vtero. non ſolum ĩ
mente in qua iam concepiſti. ſed ĩ vte
ro. declarans ſibi modum conceptiõis
vt auellana concipit granum ſine frac
tura. Si dicatur ab aliquo. hoc fać na
tura. Bene es beſtia. quia natura non
eſt aliud niſi inſtrumentum dei. Et nū
quid poteſt plus deus ꝗ̃ natura. q vir
ginem grauidauit? Quando vir. ma.
intellexit hoc. cogitate quale gaudiuꝫ
habuit. Secūdū eſt. Et paries filium.
Ecce natiuitas. Nota paries filium nõ
patrẽ: quia nunꝗ̃ fuit. nec eſt. nec erit
homo. nec ſpiritum ſanctum. Sed dice
ret aliquis. quõ eſt poſſibile. cuꝫ pater
ꝛ fi. ꝛ ſpūs. ſ. ſint vnum in eſſentia ĩdi
uiſibili. ꝙ filiꝰ aſſumpſerit humanita
tem. ꝛ factus ſit homo cū ſit vna enti
tas? Declaretur per ſimilitudinem de
ſole vno. in quo poteſt cõſiderari pater
generans. ſcilicet ſubſtátia. ꝛ filius ge
nitus. ſcilicet radius. ꝛ ſpiritus ſáctus
ſcilꝫ calor. ꝛ tamen non eſt niſi vnus
ſol. Et tranſeunte radio per feneſtraꝫ
vitream liuidam. vel alterius coloris.
ꝛ radius recipit illum colorem. ꝛ non
ſubſtátia ſolis. nec calor ꝛc. Feneſtra
clarior criſtallo erat v̇. ma. Unde can
tat eccleſia. Celi feneſtra facta es. Sić
ſidus radium profert: virgo filiū pari
forma. Neqꝫ ſidus radio. neqꝫ mr̄ filio
fit corrupta. Et per eam tranſiuit radi
us ſolis eterni filius dei. intrans ad il
luminandum domos huius mundi ſiñ
feneſtre fractõe. imo clarior: ſanctior:
ꝛ purior remanſit. Et quádo angelus
dixit ſibi. paries filiuꝫ. Uirgo ĩtellexit
ꝙ eſſet mater. non patris. nec ſpūs. ſ.
ſed filij. Tertium eſt vocabis nomen
eius ihꝫ. Ecce paſſionem. quia ihs ideꝫ
eſt ꝙ ſaluator. ex cuius paſſiõe ſaluati
ſumus. Unde grego. in bn̄dictõe cerei
Nihil. n. nobis naſci profuit. niſi redi-
mi profuiſſet. Et qñ virgo audiuit ab
ágelo nomẽ ihꝫ. Credo ꝙ inclinauit ca
put. Ratio ẽ. quia antiqui prophete ha
bebant ipm in magna reuerentia. yſa.
26. Domine nomen tuum ꝛ memoriale
tuum in deſiderio anime. Ideo lauda
bilis conſuetudo eſt. quádo noiať ihs:
inclinatur caput. Si predicatis coram
papa. qñ nominatur omnes inclinát.
ꝗ̃to magis ꝛc. Quartū eſt. hic erit ma
gnus. Ecce deſcẽſionẽ ad inferos: qꝛ ſi
cut erat magnus in celo ante incarna
tionem. debuit etiam magnus oſtẽdi
in terra coram hominibus per mira-
cula. Uoluit etiam oſtendere ſuaꝫ ma
gnitudineꝫ in inferno contra dyabolū
ipſum ligando. ꝛ inde ſanctos patres
educendo. Quintum eſt. Et filius al.

vocabitur. Ecce reſurrectionem. Di-
cunt philoſophi ꝙ omnis diffinitio hꝫ
vnum genus. ⁊ duas differentias: qꝛ
homo ē animal rationale mortale. Añ
paſſionem homo chriſtus erat rationa
lis ⁊ mortalis. Ideo poterat vocari fi-
lius hominis. ſed poſt reſurrectionem
debet vocari tantum filius altiſſimi:
quia imortal' ⁊ impaſſibilis ⁊c̄. Sextū
eſt. Et dabit illi dominus deus ſedem
dd̄ patris eius. Ecce eius mirabilē aſcē
ſionē. Quia ſicut cathedra dauid fuit
altior per excellentiam ⁊ potentiaꝫ do
minij alijs regibus. Sic chriſtus ī ſua
aſcenſione fuit collocatus ī cathedra
glorie ad regnandum ſuper oēs crea-
turas ⁊c̄. Septimum eſt. Et regnabit
ī domo iacob in eternum. Ecce ſacra-
mentum heucariſtie. Eccleſia dicit̄ do
mus iacob in qua eſt luctandum ꝯtra
dyabolum per humilitateꝫ. hoc ē ꝯtū
ad hominum cognitioneꝫ. qui neſciūt
vltimum diem mundi. ſiue iudicij. In
prima die in qua nulla miſſa dicetur ī
hoc mundo: illa erit vltima dies iudi-
cij ſiue huius mundi. hoc habetur ex
illo textu chriſti Mat. vl. Ecce ego vo
biſcum ſum omnibus diebus. vſqꝫ ad
conſumationeꝫ ſeculi. Et dd̄. Dominus
in templo ſancto ſuo. dominus in celo
ſedes eius. Octauū eſt. Et regni eius
non erit finis. Ecce iudicium generale
Regnabit enim ſuper oēs malos. ⁊ cō
dēnatos rigore magne iuſticie: qꝛ nun
ꝙ a penis liberabunt̄. Super bonos ⁊
electos regnabit dulcore miſericordie
in celo ſine fine. De iſta clauſula. ſcilꝫ
glie. ꝓphetauit dd̄. ps. 144. di. Regnū
tuū re. oīum ſeculorū. ⁊ dñatio tua in
omni ge. ſ. ſaluandorum. ⁊ gene. ſ. dā
nandorum. Et nūc hēmus primaꝫ. Ec
ce huius ambaſiate ⁊c̄.

Dico ſecūdo. humanalis vtilitas. Nō
credatis ꝙ pro ſui vtilitate ⁊ bono ſit
incarnatus. quia bonorum noſtroruꝫ
nō indiget: ſed pro noſtra ſalute: qꝛ oē
bonū radicaliter ꝓcedit a filij dei īcar
natōne. ſicut flores. folia ⁊ fructus ar
boris a radice oriunt̄. Sic totū bonuꝫ
noſtrū. ⁊ maxime fidei ⁊ obediētie a ra
dice īcarnatiōis ꝓcedit. Quia iſto ſup
poſito. alij articuli fidei leuis credētie
ſunt: qꝛ non ē mirū ſi natus eſt ō mulie
re ex quo ē homo. Item credis ꝙ fecit
miracula. Dicat̄ pratice. neqꝫ mirū ex
quo eſt deus. Idem pōt dici de oībus
articulis fidei ad xp̄i humanitatē vel
diuinitatē pertinētibus. Patet ergo ꝙ
incarnatio xp̄i ē radix ſiue ianua oīuꝫ
articulorū fidei. Propter hoc dicebat
xp̄s ioh. 14. Creditis ī deum. ⁊ ī me cre
dite. ſ. quo ad humanitatē. Item ī bn̄
dicta filij dei incarnatione ē totū bonū
de obediētia ſupernali. Antiquitꝰ. n.
nullus erat ductor. qui ſciret viā padi
ſi. quē poſſemus ſequi: nec moyſen. qꝛ
peccauit: nec aliū niſi ſolū xp̄m ieſum:
qui hodie vt ipſum poſſemus ſequi: re
cepit humanitatem. vt eſſet viſibilis.
Auguſtinus in quodam ſermone ō na
tiuitate domini. homo ſequēdꝰ ñ erat
qui videri poterat. deus ſeqūdus erat
ꝗ videri nō poterat. Ut ergo exhibēt̄
homi ⁊ qui ab hoīe videret̄. ⁊ queꝫ hō
ſequeret̄. deus factus ē hō. Itē de vti
litate ⁊ bono nr̄e redemptōnis ī bene
dicta incarnatiōe. totum pretiū nr̄e re
dēptionis fuit poſituꝫ ī burſa vteri vir
ginalis. ⁊ in paſſione ꝑtium fuit ſolutū
Dd̄. Redemptionem miſit dominus po
pulo ſuo ⁊c̄. Item de vtilitate ⁊ bono
noſtre ſaluatōis ⁊ redēptiōis ī celo ex
incarnatione proceſſit. Ratio: quia ſic̄
enim de ſtatera quādo vna pars pluſ
deprimitur alia magis eleuatur. Ita fi
liꝰ dei humiliauit ſe vt nos exaltaret
Grego. Deus qui ī filij tui humilitate
iacentem mundum erexiſti. fidelibus
tuis perpetuā cōcede leticiaꝫ ⁊c̄. hoc
ſignificauit angelus virgini marie. qñ
dixit ſibi ſꝫ ecce. Ecce eliſabet co. tua.
⁊ ipſa cō. fi. in ſe. ſua. ad litterā. Dicūt

glo. ⁊ poſtille. ꝙ hoc dixit angelꝰ ad cō
fortandum virginē. Sed ſpiritualiter
intelligitur ſic. heliſabet ſcḋm hebrai
cam īterpretationē; eſt nomē ex tribꝰ
nominibus ꝯpoſitū. hel. i. deus. i. ideſt
meuſ. ſabet. i. ſapientia dei mei. heliſa
bet. i. dei mei ſapientia. Jſta dei mei
ſapiētia eſt natura humana. A princi
pio creauit deus terrā cū arboribus.
aquā cū piſcibus. aerem cū ꝓprietati
bus. ignem cū qualitatibus. celum cū
planetis. naturam angelicam. Septīo
formauit ⁊ creauit naturam humanā
Ecce dei mei ſapientia. Jſta toto tpe
vite ſue fuit ſterilis. q2 nō potuit ꝯcipe
meritū ꝓ gloria obtinēda. vſq; mō ī ſe
nectute. Nota ꝙ. 7. ſunt etates mūdi.
vel hoīs. Prima eſt infantia. Jſta fuit
ab adam vſq; ad noe. Scḋa ē pueritia
Jſta fuit a noe vſq; ad abraā;. Tertia
ē adoleſcētia. Jſta fuit ab abraā; vſq;
ad moyſen. Quarta ē iuuētꝰ. Jſta fuit
a moyſe vſq; ad dō. Quīta ē virilitas
Jſta fuit a dō vſq; ad trāſmigratiōē;
babilonis. Sexta ē ſenectus a trāſmi-
gratiōe vſq; ad xp̄i incarnationem.
Septima ē decrepitas. Et iſta durat a
xp̄o vſq; ad finem mundi. ⁊ ī iſta heli
ſabet. ſ. i. natura humana cōcepit me
ritum pro gloria obtinēda ꝑ fidē. ſpē;.
⁊ caritatē. Ecce quare dicit heliſabet
⁊c̄. Jō yſa. 26. A facie tua dn̄e cōcepi-
mus: ⁊ quaſi parturiuimus. ⁊ pepimꝰ
ſpiritum ſalutis.

Q Dico tertio ꝙ a nobis cōtēplādā ē eiꝰ
virginal' humilitas. cū dicit. Ecce. ter
tiū. Poſtq̄. n. angelꝰ ꝓpoſuit ſibi ſuā;
ambaſiatā ꝙ eēt mr̄ dei regia celi ⁊c̄.
Jpſa cū maxia hūilitate rn̄dit d. Ecce
ancilla do. fi. mihi. ſ; v̄. t. Cogitate ꝙ
flexis genibus ⁊ cū lachrymis pre gau
dio dixit iſta verba. Ecce ancilla ⁊c̄.
Notate hic deuote. qn̄ v̄go ma. Dixit
primū uerbū. ſ. ecce. non ſtati fuit gra
uida. nec mater dei effecta: nec ī ſcḋo
nec ī tertio. ſed ī vltimo. ſ. tuum. Et
tunc ſtatim virgo adorauit deum. ſ. ī
vtero ſuo. quem non videbat oculis
corporis ſed mentis. Sic eſt etiam in
conſecratione hoſtie ī miſſa. nō ī prio
verbo. nec in ſecundo eſt ibi corpꝰ xp̄i
ſed in vltimo ⁊ tunc adorat hoſtiam
grauidam. ⁊ tunc vos debetis adorar̄
⁊ non ante. ſicut virgo ma. fecit. Ben̄
eſt ergo hic completa virginalis hu-
militas. Angelus vocabat ipſam ma-
trem ⁊ reginam celi: ⁊ ipſa ſe vocauit
ancillā; dī. Ecce ancilla d. Recte fuit
figurata humilitas virginis per illam
ſanctam mulierē; abigail. que audita
ambaſiata regis dauid. qui eam vole
bat in vxorē vt eſſet regia. dixit. i. R.
25. Ecce famula tua ſit in ancillā; tuā
vt lauet pedes ſeruorū; domini mei.
Abigail interpretatur. patris mei exul
tatio. Ecce virgo ma. que letificauit
patrem ſuum adam triſtem ⁊ flentē;
ex peccato ſuo. eo ꝙ occaſione ſui tot
dam̄narent̄. Jō non modica exultatio
fuit ſibi reuelatio huiꝰ virgīs ī maledi
ctiōe ſerpētis. qn̄ deus dixit dyabolo
in ſerpente exiſtenti illud gen. 3. Inimi
citias ponā inter te ⁊ mulierē;. ⁊ ſemē
ſuū. ⁊ ſemen illiꝰ ipſa ꝯteret caput tuū
Ecce abigail. i. pr̄is mei exultatio. quā
xp̄s rex voluit in reginam celi. Que re
ſpondit. Ecce ancilla ⁊c̄. Nō ut lauet
pedes ſeruoꝝ dn̄i mei. Jpſa. n. v̄go la-
uat pedes. Pedes. n. ſunt vltie partes
corpis humāī. Etiā ī corpe miſtico cap̄
mūdi fuit ſtatus patriarchaꝝ. Collum
ꝓphaꝝ. vēter apl'oꝝ. pectus ⁊ brachia
martiꝝ. Crura doctoꝝ. Tibie ꝯfeſſoꝝ.
Pedes. ſ. finis mundi. eſt tempꝰ pn̄s. i.
cor. i. Nos ſumꝰ in quos fines ſeculoꝝ
deuenerūt. Et v̄go lauat nos a peccato
rū nr̄oꝝ macul' ⁊ imundicijs. que cōti
nue orat ꝓ nob: q2 al's iā fuiſſemꝰ ōſtru
cti. Jā ſūt. c. āni elapſi. Jō cātat eccl'ia
Mōſtra te eē matrē. ſu. ꝑ te p̄. q. ꝓ no
bis na. t. eē. tuꝰ. Amē.

¶ Alius Sermo in eadem ſolēnitate.

Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Originaliter Luc. pmo Omnia alta. magna ꝛ īaudita. mirabilia. inuiſa. ꝛ inuſitata mouent intra cor ad cogitandum de illis. ſecus de aſſuetis: Ratō naturalis eſt: quia intellectus rationalꝰ hominis eſt talis cōditionis. ꝙ non quieſcit ī effectibus donec peruenit ad cauſas ſiue pricipalia v̄. gratia. ſicut nec aqua fluuij nō quieſcit niſi impediatur cōtinuo fluxu. quouſqꝫ eſt ī ſuo pricipio. Ideo eccl'es pmo Ad locum vnde exeunt flumia reuertuntur. Ita ēt ītellectus homīs qui audiuit aliqua īuſitata ꝛ īuiſa. currit ꝛ diſcurrit. quouſqꝫ veniat ad cauſā ſui pricipij. Et quando videt cauſam ꝛ pricipium. itellectus tunc quieſcit. hoc poteſt explicari tam ī phia ꝙ̄ in theologia. Quod antiqui phi tantū laborauerunt diſputando. ſtudendo. ſpeculādo non ex effectibus quos uidebāt: quia videbant motum ſolis. lune. ꝛ ſtellarū videbāt eclipſis ſolis ꝛ lune. uidebāt īfluentiā. ꝛ impreſſiones. ꝛ non uidebant cauſam. ſeu pricipia: Ideo laborauerunt ut cognoſcerēt cauſas. Ideo dicit phs pmo Metha. Propter admirari ceperunt homīes philoſophari hoc idem poteſt ī theologia probari. Legitur ioh. ꝫ. ꝙ ille magnꝰ magiſter ꝛ theologus nicodemꝰ uenit ad ihm q̄dam nocte ad diſputandum cū eo. Et xp̄s propoſuit ſibi unam queſtionē. d. Amen amen dico tibi. niſi quis renatꝰ fuerit denuo. non pōt uidere regnum dei. Unde debuit eſſe ei qō admirabilis: quia cogitans ꝛ non ītelligens dixit. Quō pōt homo naſci cū ſit ſenex? Nunqd pōt in uentrē matris ſue iterato ītrare ꝛ renaſci? Ita ꝙ intellectꝰ eiꝰ ex naturali conditione non quieſcebat quouſqꝫ xp̄s non declarauit ſibi qōnē ꝫ quomodo ſicut ad introitum huꝰ mūdi eſt neceſſaria natiuitas corporalis. ſic etiā ad introitū paradiſi eſt neceſſaria natiuitas ſpiritualis que fit in baptiſmo. hec rō non eſt ſm intellectū in negotijs occupatoꝝ. Ad ꝓpoſitū. Modo archangelus gabriel ſalutauit v̄ginem mariā. ꝛ dixit ſibi res admirabiles. extraneas. ꝛ trāſcēdentes. Et cum tanta reuerentia ſibi loquebaꝛ. ꝙ virgo que optime ſciebat ſcripturas. ſciēs ꝙ nunꝙ̄ angeli talia dixerant. neqꝫ cum tāta reuerentia in geſtu loquebāꝛ. ex predicta rōne eius intellectꝰ fuit motus ad admirandū ꝛ cogitandum. vnde talia tam maxima. cum ipſa eēt tam humilis. Iſtam rōnem poteritis melius intelligere. ſi vultis cogitare illud qō virgo ma. ſciebat: quia ut legiꝛ in quibuſdam hiſtorijs. quādo angelus venit. v̄go legebat illaꝫ ꝓphetiam yſa. 7. Ecce virgo cōcipiet. ꝛ pariet filium. ꝛ nō patrem. nec ſpiritū ſanctū. ꝛ vocabitur nomen eius emanuel. i. nobiſcum deꝰ Et ꝯtemplando dicebat. O domīe. qualis erit iſta v̄go tam ſancta. que ſit digna concipere filium dī. Dn̄e conſerua me ut poſſim eam videre. ꝛ ſibi ſuire. Et dum iſta cogitaret. reputans gratiam ꝙ eſſet ancilla illius v̄ginis. angelus ſubito intrauit. Et eam ſalutauit. ꝛ quomodo ipſa eſſet virgo illa ſibi denuntiauit. Et dixit textus. ꝙ turbata eſt in ſermone eius. i. admirabatur. ꝛ cogi. qualis eſſet iſta ſalutatio. Patet thema. Sicut ergo beata ma. occupauit ſuum intellectum ad cogitandum iſtam ſalutationem. ratio eſt ꝙ nos etiam cogitemus qualis eſt iſta ſalutatio In qua quidem notaui. 6. excellentias virginis contentas in. 6. clauſulis iſtius ſalutationis. quarum pma eſt ibi Aue ma. vbi notatur.

¶ Pꝰ excellētia que dꝛ munda puritas.
¶ Scd̄a ē gr̄a plena. hic nōꝛ tota ſcitas.
¶ Tertia ē dn̄s tecū. hic nōꝛ alta dignitaſ
¶ Quarta ē benedicta tu in mulieribus hic notatur vera puritas.

¶ Quĩta eſt benedi. fru. ven. tui. hic no
tatur magna vtilitas.
¶ Sexta eſt ora pro nobis amen. hic no
tatur ampla caritas.

¶ Dico primo in prima clauſula. ꝙ quan
do ſalutamꝰ virginē. repñtamus ſibi
excellentiam. que dicitur munda puri
tas. Pro cuiꝰ declaratiōe ſciendū ꝙ ve
in ſacra ſcriptura ſignificat peccatuꝫ.
ſeu abominationē. ꝛ deteſtationē pecca
ti. Rō. quia ſicut male pſone datur re
pulſa qñ eijcit̃ de domo dicendo ei ve.
ita etiā peccatoribus deteſtantibus bo
num dat̃ repulſa a paradiſo p xp̄m ꝛ
ſanctos. Auctoritas yſa. i. Ue gēti pec
catrici. hoc cōgeruꝫ dat̃ ſuperbis. va
nis. ꝛ pompoſis qui nolūt humiliari.
Et quia inter. 7. peccata mōtalia ſupbia
ē maius populo graui iniquitate. ſemi
ni neq̃. filijs ſceleratis. Dereliquerūt
dñm. blaſſemauerūt ſanctū iſrael. ab
alienati ſunt retrorſuꝫ. Nota ꝙ ī dicta
auctoritate tanguntur. 7. peccata mor.
Primo cū dicit̃. ve genti peccatrici. hoc
cōgeruꝫ dat̃ ſupbis. q nolunt humilia
ri. Et quia inter iſta. 7. peccata mortalia
ſupbia eſt maius. ꝛ grego. vocat cā re
ginā peccatorū: nō dicit̃. ve genti pecca
trici. Scōm ve populo graui iniquita
te. Ecce peccatū auaritie. quod nimio
pōdere trahit cor auari ad terrēa in
equalitate. i. nō equaliter ꝯ proximuꝫ
Tertiū ve ſemini neq̃. Ecce peccatū lu
xurie. Deꝰ ordinauit ꝙ ſemen ſolū fui
ret humāe generatiōi: ſꝫ luxurioſus fa
cit ipſū fuire delectatōi carnali. Quar
tū ve filijs ſceleratis. Ecce peccatū inui
die. Pr̄ nr̄ xp̄s fecit nobis qcqd oparꝰ
eſt ex caritate. ꝛ nos ſumꝰ ſibi diſſimi
les p inuidiā: ideo dicit ve filijs ſcele
ratis. Quintū ve his q dereliq̄rūt deū
Ecce peccatū gule. Qui facis ſeruitiuꝫ
dei. debes derelinquere a multis pecca
tis ca iere. Sextū ve his q blaſſemaue
rūt ſanctū iſrael. Ecce peccatū ire. Ex
quo deꝰ blaſſemat̃ enormiter ab iracū
dis. Septimū ve his q abalienati ſūt re
trorſum. Ecce peccatū accidie. ex quo
dimittūt bōa opa. ſpūalia. v̓tuoſa. ꝛ pe
nitētialia īcepta. Ecce quō ꝓpha miat̃
ꝯ abominationē peccati di. Tre. 5. Ue
nobis: qꝛ peccauimꝰ. Ergo ad ꝓpoſitū
noſtrū ſalutādo v̓ginem dicemꝰ. Aue
ma. aue dr̄ ab a qđ ē ſine ꝛ ve peccatū
vnde aue. i. ſiñ peccato. Uirgo. n. nūq̃
peccauit. nec corde cogitando. nec ope
īplendo. Jdeo qñ preſentamꝰ ſibi illā
clauſulā aue ma. debemꝰ recordari ꝙ
ſumꝰ peccatores. hec clauſula multuꝫ
placet v̓gini. Nō miraculū de illo hoīe
qui nūq̃ potuit adiſcere nec pr̄ nr̄. nec
aliqd aliō. niſi aue maria. ſolū hāc clau
ſulā quā dicebat ſepe genibꝰ flexis. ꝛ cū
magna deuotiōe. Et qꝛ aliud neſciebat
reputabat̃ malꝰ xp̄ianus. Jdeo mortu
us. ſepultus fuit extra locū ſacrū. No
ta de floribꝰ lilij quoꝝ radix erat ī ore
defuncti. ꝛ in quolꝫ folio erat ſcriptuꝫ
litteris aureis. Aue ma. Bene intelle
xerunt ex hoc ꝙ erat ſanctus in para
diſo. ꝛ q̄ntum placet v̓gini qñ reueren
ter ſalutat̃. Si ergo pria clauſula ſalu
tauit illā ꝛ tātū ſibi placuit. q̄to magis
nos q dicimus oēs clauſulas ſibi place
bimus. ſi deuote ꝛ reuerenter dicemꝰ.
Jdeo de puritate v̓ginis ad inſtar pſo
ne admirantis loqtur ſpūs ſanctus d.
virgini. illud cant. 4. Quam pulcra es
amica mea. tota pulcra es. ꝛ macula
non eſt in te. vbi nota ꝙ dicitur ter
pulcra. ſ. in corde. in ore. ꝛ in opere.
alias corpore ſemper fuit pulcra.

¶ Secūda clauſula eſt gratia plena. hic
ſibi preſentamus totam ſanctitatem.
Declaratur ſic. Nunquam fuit aliquis
q̄tumcunqꝫ ſanctus. cui non defice
ret aliqua gratia niſi virgini marie:
quia aliqui abundant dulcedine miſe
ricordie. ſed deficiunt rigore iuſticie.
tales non ſunt pleni gratia. Alij per op
poſitum. ſcientes ꝙ per iuſticiam cōſer

uantur cõitates in pace: ſed nullam ha
bent dulcedinem miſericordie. Aliqui
abundant in puritate caſtitatis. qui ci
tius morerent̃ q̃ conſentire alicui vi-
tio carnali. Magna gratia eſt: ſed defi
ciunt in humilitate. tñ preſumunt de
ſua caſtitate ꝙ deſpiciũt alios. Alij per
oppoſitũ ſunt ita corrupti. ꝙ non cogi
tant aliud ſicut porcꝰ: ſed ſũt humiles
maxime mulieribus ⁊c̃. Item ſunt alij
multi deuoti: quia quãdo orant. ſtant
plorantes. ſed deficiũt in ſcientia. quia
cõiter deuotio inuenit̃ in ignorantibꝰ.
Alij habẽt magnã ſcientiã ⁊ malã con
ſcientiã ſine deuotione. Non ſunt plẽi
gratia. ⁊ ſic de alijs virtutibus. vnꝰ ha
bet vnã. alius aliã. ⁊ non ſumꝰ pleni ut
ait apl's. i. cor. 12: Diuiſiones vo gratia
rũ ſunt. idem autem ſpũs ⁊ infra diui
dẽs ſingulis ꝓut vult. Sed virgo ma.
fuit omnibꝰ virtutibus. ⁊ gratijs plena
Ita ꝙ ipſa eſt ſumma dulcedo miſicor
die: quia al's mundus iam eſſet deſtru
ctus. Et abundat in rigore iuſtitie. vt
patebit in iudicõ. iudicãdo conſilio ſuo
ita in ea abundat ſũma hũilitas vgini
tatis. ſũma deuotio ⁊ ſcientia. Ideo di
citur gratia plena Ieronimꝰ i ſermone
aſſumptionis. Bene plena. ceteris per
partes datur gratia ſpiritualis. marie
autẽ tota ſe infundit plenitudo gratia
rum. Qui ergo vult gratias. recurrat
ad fontem cum toto corde. Nota quõ
cantarus implet̃ aqua. ⁊ quomodo hu
miliatur ſiue inclinat̃. Sic etiã quãdo
vaditis ad fontẽ gratiaꝝ vginem mari
am. inclinate cantarũ cordis per geſtu
um reuerentiã. Sic. n. vacuat̃ a vento
vanitatis. ⁊ implet̃ grã io. i. De plenitu
dine eius omnes accepimus gratiã pro
gratia.

Tertia clauſula eſt Dñs tecũ. hic ſibi i
pũtatꝰ altam dignitatem. Tota digni
tas creature non ſolum rationalis ſed
ẽt irrationalis. ſenſibilis. ⁊ inſenſibilis
ſtat in appropinquatione ad creatorẽ
ſicut pꝫ de ligno crucis. cum ſit tam al
te dignitatis. cũ tamen ante paſſionẽ
xp̃i fuiſſet furca. Sꝫ quia xp̃s baiulans
ſibi crucẽ: ideo fit ſibi tantꝰ honor. Ec
ce deinde hꝫ honorem. Idem d̃ ſancto
ſepulcro. ad qđ cum tãto labore ⁊ peri
culis vadunt multi ſolũ ad videndũ. ⁊
oſculandũ. qđ fecerat ioſeph ab arima
tia ꝓ ſe. Sed quia in eo poſitũ fuit cor
pus xp̃i ⁊c̃. Ecce vnde habet tantã di
gnitatẽ. Idem de calice ab argentario
facto. ſed quia fuit in ſacrificio eſt tan
te dignitatis. ꝙ nullꝰ debet eum tãge
re manibus nudis niſi ſit i ſacris. Idẽ
de corpalibꝰ niſi ſit dyaconus vl' ſacer
dos. non tñ monialis etiã ſi ſit cõſecra
ta. Si ergo dicte creature iſenſibiles
tãte ſunt dignitatis propter appropin
quationẽ ad xp̃m multo magis de crea
turis rationalibus que approximãtur
deo. per memoriam. intelligentiam. ⁊
voluntatem. deſiderando facere pre-
cepta ſua ⁊c̃. Per aures audiendo miſ
ſas. ſermones ⁊c̃. Patet ergo ꝙ tota
dignitas creature ſtat in appropinqua
tione ad creatorem ſuum ⁊c̃. Auctori
tas. ad coloſen. i. Dignos nos fecit in
partem ſortis ſanctorum. Quid ergo
dicemus de virgine maria que maxi-
me fuit coniuncta deo: quia per. 9. mẽ
ſes ipſum in vtero portauit. ⁊ natum
lactauit ipſum oculis videndo. auri-
bus audiendo. ore oſculando. ⁊ mani
bus portando. Ideo dicitur ſibi. domi
nus tecum. Dicit ſanctus Tho. in ex
poſitõne ſuper aue maria. ꝙ non poſſu
mus dicere virgini marie verbum ma
gis gratioſum. ⁊ gaudioſum. q̃ domi
nus tecum. Ideo magni clerici ⁊ de-
uoti ſalutando virginẽ dicunt ter do
minus tecum. Poſſumus ergo dicere

virgini illud.2.R̃. Omne quod eſt in
corde tuo vade fac. quoniam dominꝰ
tecum eſt.

Quarta clauſula eſt. Benedicta tu in
mulieribus. hic ſibi preſentamus ve-
ram puritatem. que conſiſtit in ſubuē
tione miſerabilium perſonarum. Et cō
muniter mulieres ſunt magis pietoſe.
Sed quare ſingulariter dicitur bene.
tu in mul. cum non ſolum ſit benedic-
ta inter omnes mulieres. ſed etiam in
ter omnes creaturas? Unde nota ꝙ
quia tota maledictio generis humani
venit per mulierem eccleſiaſtici. 25. A
muliere initium factum eſt peccati. ⁊
per illam omnes morimur. Ideo anti
que mulieres erant in magnum obpro
brium ⁊ maledictionem: quia quando
aliquis habebat aliquam miſeriam. in
firmitatē. paupertatem. dolores. ⁊ hu
iuſmodi. dicebat vxori vel alteri mulie
ri. O maledicta mulier: quia pro te hoc
patior. Sed venit virgo maria plena
pietate. ⁊ amouendo illam maledictio
nem dedit benedictionem: quia maius
eſt bonum qđ habemus per eā; ꝙ̄ ma
lum qđ habemus per euam: quia per
euam perdidimus paradiſum terre-
ſtrem. per virginem habemus celeſtē.
per euam habemus mortem corpora-
lem. per virginem habemꝰ vitam eter
nam. per euā; porta paradiſi fuit clau
ſa. ⁊ per virginem ap.rta. Ideo beata
maria auferendo obprobrium mulierū
ſingulariter dicitur benedicta tu in
mu. Ideo gen. 30. in figura virginis di
xit lia. hoc pro beatitudine mea. beatā
quippe me dicent omnes mulieres.
Ideo mulieres magis ſunt deuote vir
gini ma. recognoſcendo gratiam ⁊ be
neficium. Ideo non ſolum ore ſeitis d
uote: ſed etiā; imitatione: quia ſicut ip
ſa fuit humilis. pacifica ⁊c.

Quinta clauſula eſt. Benedictus fru
ctus ven. tui ihs. hic ſibi preſentamꝰ
magnam vtilitatem. Si tantum fructꝰ
alicuius arboris curaret defectum.
vel infirmitatem. vtilis eſſet. benedice
retur tam fructus ꝙ̄ arbor. Unde le
gitur de quodam ſancto. qui quando
ibat per viam ⁊ videbat furcham ⁊
dicebat illud ſapi 14. Benedictum eſt
n. lignum per quod fit iuſticia ⁊ abſol
uebat ſuſpenſos. Cui dictuā eſt. Quo
modo abſoluis condemnatos. qui ex
criminibus ſuis ſuſpenſi ſunt? Reſpon
dit. Plures ſaluantur de numero ſuſ-
penſorum ꝙ̄ de numero prelatorum.
Ideo ſalutabat patibulum. quia facit
fructum iuſticie. que totum mundum
curat. alias totus mundus corrumpe
retur. Jeſus autem fructus arboris
eſt tante vtilitatis. ꝙ ſanat omnes in
firmitates. Ecce amphoriſmus. Mar.
vl. In nomine meo demonia eijcient.
linguis loquentur nouis. ſerpentes tol
lent. ⁊ ſi mortiferum quid biberint.
non eis nocebit. Super egros manus
imponent ⁊ bene habebunt. Si dica
tur hoc autem apoſtolis. imo etiam
nunc credentibus. Non ne etiam di-
xit. Signa autem eos qui crediderint
hec ſequentur ⁊c. Si dicatur. ego mul
tociens feci in nomine ieſu cum ſi-
gno crucis ſuper infirmitatem ⁊ non
valuit. Reſpondeo ꝙ hoc eſt duplici
ratione. Uel quia indeuote feciſti.
vel ſi feciſti deuote. ſignum eſt ꝙ illa
ſanitas non fuiſſet vtilis anime. id.o
non datur. nec tu debes appetere ſa-
nitatem anime damnoſam. alias in-
dubitanter haberetur ſanitas in no-
mine ihu. Nota quomodo ſalutatur d
go. ⁊ dicitur ihs. Fiat crux ⁊ oſculetur d
uote. De iſto pretioſo fructu dicitur

virgini ad ro. 6. habetis fructum ve-
ſtrum in ſanctificationem: finem vero
vitam eternam.

Quinta clauſula ē. Ora pro nobis amē. Si
cut in vulgari petitio eſt deuota addita
quia non eſt de aue maria. In iſta ſibi
preſentamus amplam caritatem: q̄ nō
ſolum ad iuſtos ⁊ bonos. ſed etiā ad
malos ⁊ peccatores ſe extendit: qꝛ pro
omnibus vniuerſaliter orat. Sunt mlͭ
ti ſancti aduocati multorum qui parū
de eis curant propter peccata eorū: ſꝫ
virgo ma. ſemper curat. nunq̄ deſerit
Quādiu. n. mūdus durabit. virgo erit
aduocata nr̄a ⁊ peccatorꝝ noſtrorꝝ. ſecꝰ
in iudicio. quia cum iudex ⁊c̄. ſed mō
aduocat orando pro peccatoribus. Rō
quia ꝑpter peccatores effecta ē mater
dei: quia niſi fuiſſent peccatores. non
oportebat deum incarnari ⁊ pati. Jō
Ber. dicit de virgine. Nec abhorres pec
catores ſine quibus nūq̄ fores digna
filio. Si non eſſent redimendi. nulla ti
bi pariendi cauſaret̄ ratio. Nota q̄ñ
cura peccatorum ſalutantium ⁊ eam ī
uocantium oſtenditur in hoc miraclo
Erat quidam malus homo ⁊ crimino
ſus: qui nullum bonum faciebat niſi
q̄ ſalutabat virginem quolibet die cū
deuotione. nec tamen ceſſabat a pecca
tis. Et tandem in peccatis mortuꝰ fuit
⁊ ad iudicium ductus. Cumq̄ꝫ accuſa
retur a demonibus. ipſe tacebat. Chri
ſtus vero licet omnia ſciat vult inter
rogare. Dominus inter iuſtum ⁊ im-
pium. Et ille tacebat. Et interrogatuſ
angelus bonus reſpondit. Domine nlͭ
lum bonum ſcio in eo. niſi q̄ ſaluta-
bat virginem mariā matrem veſtrā
cum deuotione. Ille autem tremens
reſpiciebat virginem preſentem in iu
dicio. Cumq̄ꝫ fuiſſet appoſitus in ſtate
ra. ⁊ peccata erant grauiora. Virgo
poſuit manum in ſtatera. ⁊ plus pon-
derauit. Chriſtus dixit. Mater mea.
qui in peccato mortali moritur damna
tur. iſta lex eſt. Et mater reſpondit.
Fili amore mei. cu fuit deuotus ſuſci
tetur. ⁊ faciet penitentiam ⁊ ſaluabi
tur. Et ita factum eſt. Jdeo ſalutetur
deuote. Unde dicitur. ad. ro. 16. Salu
tate mariā que multum laborauit in
vobis. Amē.

## In feſto ſancti ambroſij glorioſiſſimi archiepiſcopi Mlī.

Inextinguibile eſt lumen il
lius. Sapien. ſeptimo. Pro
aliquali declaratione huius
verbi ⁊ veniendi ad mate-
riam predicandam. Sciendum q̄ gra
tia diuina in aliqua perſona exiſtens ī
hoc mundo poteſt conſiderari duplici
ter. Primo reſpectu conditionis huma
ne. ⁊ ſic gratia dei eſt variabilis ⁊ cō
mutabilis. Jdeo poteſt deperdi. Ratio
quia conditio humana ex libero arbi.
eſt mutabilis. ⁊ ſic deperditur vel per
inclinationem carnis. vel per occaſio
nes mundi. vel per temptationes dya
boli. Jdeo gratia ſpiritualis in creatu
ra in hoc mundo non eſt ita firma quī
poſſit mutari ⁊ deperdi. Jō hō quantū
cunq̄ꝫ ſanctus ⁊ bonus. ſemper debꝫ
eſſe cum timore: quia poteſt effici ma-
lus. primo cor. decimo. Qui ſe exiſtiat
ſtare. videat ne cadat. nec mali ⁊ pec-
catores debent deſperare. quia poſſūt
redire ad lumē gratie. Jdeo dicit apo
ſtolus aliquibus qui fuerant prius ma
li. ad ephe. quinto. Eratis enim aliquā
do tenebre. nunc autem lux in domi
no. Ut filij lucis ambulate. Jlli autē
qui habent lum̄ gratie. videant bn̄ ne
extinguāt vēto ſupbie. nec luto luxurie.
vel puluere auaritie ⁊ ſic de alijs. Jō
chriſtus Luc. vndecimo. Uide ergo
ne lum̄ qđ ī te ē tn̄bre ſint. Scđo poſ
ſumꝰ loqui đ gratia dei reſpectu diſpo

ſitionis diuinalis. que ē īpmutabilis:
quia quod deus ordiat. diſponit. ⁊ pre
deſtinat. impermutabiliter ita venit.
Ideo Grego. in quadā oratione. Deus
cuius prouidentia in sui diſpoſitione nō
fallitur. Modo de gratia dei in beato
Ambroſio reſpectu diuine diſpoſitōnis
dicitur. Inextinguibile ē lumen illius.
Patet thema. Ad cōprehendēdū ſuam
hiſtoriam in certis punctis inuenio ꝙ
habuit quinqꝫ lumina.

Primo hūit lumē de celeſtiali deuotōe.
Secūdo habuit lumē de intellectuali
congregatione.
Tertio hūit lumē de ſpirituali ꝑlatiōe.
Quarto hūit lumē ð iudiciali correctōe.
Quīto hūit lumē ð ītegrali ꝑfectione.

Quātū ad primū. Dico ꝙ b. Ambroſiꝰ
habuit lumē ⁊c. Deuotio. n. nihil aliō
eſt niſi quedaꝫ celeſtis illuſtratio ī cor
de hominis q̄ dl'citer afficitur. ⁊ cū le
titia opatur ea que dei ſunt. Naꝫ aſpec
tus rei dilecte mouet affectuꝫ. Iō dō.
Ps. 4. Signatum eſt ſuper noꝫ lumen
vultus tui dn̄e. de. leti. in corde meo.
Iſtud lumen habuit b. A. qui in vita
ſua habuit magnam deuotionem. ⁊ cū
letitia magna ſeruiuit deo. Signum
erat ꝙ lumen deuotionis erat intus.
Dicatur cum adhuc eſſet. 12. annoruꝫ.
Examen apuꝫ ītrauit in os eius. ⁊ exi
bant. ac ſi intrarent ⁊ exirent de vaſe
Quod vidēs eius pater dixit. Aliquid
magni erit infantulo iſto ſi vixerit.
Apes autem que faciunt mel. figu
rabant dulcedinem deuotionis eius.
Et quia exibant de ore eius. figurabāt
ſuam predicationē futuram. Nam quā
do fuit magnus in ſcientia ⁊ etate. ꝑ
dicauit feruide. Cuius predicatio erat
circa duo principaliter. Primo vt de
us cognoſceret. Secundo vt peccata
uitarentur. Unde cum ſemel increpa
ret quoddam peccatum. in quo quidaꝫ
erat valde culpabilis. Et ſicut debebat
corrigi. ipſe fuit valde indignatꝰ ꝯtra
b. Ambroſiū. Qui inuocauit demones
di. eis. ꝙ facerent ð eo quicqd vellent
ſolum ꝙ ambroſium interficerēt. vel
grauiter verberarent. qui promiſerūt
ſe facturos. Cum aūt veniſſent ad do
mum b. Ambroſij. in nullo potuerunt
ſibi nocere di. Circa domum eius eſſe
murum igneum. nec poterant ad eum
accedere. Ecce quomodo deus mani
feſtabat ſuam deuotionem.

Dico ſcðo. Lumen ītellectualis cogni
tionis. Sciliꝫ habere ſciētiam nō ſoluꝫ
ex ſtudio ſed etiam ex infuſione. Sciē
tia enim naturalis que habetur ex ſtu
dio. partim eſt ſenſualis. ſ. quātum ad
principium. ⁊ partim intellectualis. ſ.
q̄tum ad finem. quia ut ait phs ī li. ð
ſēſu ⁊ ſenſato. Nihil eſt ī ītellectu quī
prius fuerit in ſenſu. Sed ſcientia īfu
ſa ſeu cognitio ſupernalis. tota eſt ītel
lectualis: quia non pertinet ad partes
ſenſuum. ſed a fonte diuini luminis ꝓ
cedens intrat ītellectum per diuinā po
tentiaꝫ. Ideo dð ps. 35. Apud te ē fons
uite. ⁊ in lumīe tuo ui. lumen. Iſtud lu
men habuit beatus. A. Primo. n. habuit
ſcientiam acquiſitam. Dicatur quomo
do pater eius prefectus rome. tradi
dit eum liberalibus artibus inſtruen
dum. Quando autem ſtuduit theologi
am mirabiliter ſe habuit in tantum ꝙ
habuit ſpiritum prophetie. Dicatur ꝙ
cum eſſet puer. obtulit manum ſuam
ſorori ad oſculandum. ⁊ ſoror noluit
oſculari. Reſpondit. am. quia quando
ero eps oſculabimini mihi ⁊c. Quidā fe
cit ſibi magnum feſtum ⁊ conuiuium.
qui uolens dare aliquam bonam doc
trinam poſuit eum in uerbis. dum ſcu
tiferi noluerunt comedere in ſecunda
menſa. Et interrogauit diuitem de eiꝰ
uita ⁊c. Qui reſpōdit. q: ipſe erat bea
tior homo huius mundi. ſ. ditiſſimus ī
bonis temporalibus. ī filijs ⁊c. Et oīa

ſuccedebant ei proſpere. Dicatur quo-
mõ beat⁹ A. dixit. A caual a caual ꝛc̃.
Tota dom⁹ ruit ꝛc̃. Dicat̃ quomodo
illa domus tota fuit ſubuerſa ꝛc̃. Qđ
videns beatus A. de via cepit predi-
care ſeruitorib⁹ ſuis de timore dei ꝛc̃.
Ecce quomodo habuit ſpiritū prophe
tie. Cogitate hic quando deus dat ad
uerſitates. ſignum eſt ꝙ deus vt pater
corrigit filios. Malum ſignū ē ꝛ repro
bationis quādo deſerit aliquem. Ideo
chriſtus apoc. 3. Ego quos amo. arguo
ꝛ caſtigo. Quot ſunt in hoc mundo in
proſperis qui non cognoſcunt deum. ꝛ
in aduerſis redeunt ad eum. Idem de
mulieribus. O benedicta aduerſitas q̄
gentes trahit ad deum. Thob. 3. Bene
dictum eſt nomen tuum deus patrum
noſtrorum. qui cum iratus fueris mi
ſericordiam facies. ꝛ in tempore tri-
bulationis peccata dimittis his qui in
uocant te. Nota cum iratus fueris.
ſcilicet ſecundum iudicium gentium
que dicunt deum iratum contra illū
qui patitur aduerſitatem. Sed non eſt
ita. Sed ſicut medicus dans cauteria
non reputatur iratus contra infirmū
niſi a fatuis ꝛc̃.

¶ Dico tertio. Scilicet Lumen de ſpiri
tuali prelatione. Prelatio enim ſpiri-
tualis dicitur lumē. Luc. xi. Nemo ac
cendit lucernam ꝛ in abſcondito po-
nit. neq; ſub modio. ſed ſuper candela
brum: vt qui ingrediuntur lumen vi-
deāt. hic comparatur prelatio lumini
Prelatus enim eſt lucerna quādo per
deum eſt electus. quādo. ſ. ipſemet nō
intrauit. nec ſe iniecit tunc ē lucerna
accenſa. ꝛ ſtat in candelabro dignita-
tis vt lumen videatur. Ita fuit de b.
A. nec fuit intruſus. ſed ipſum de⁹ ele
git. Dicat̃ quō b. A. erat i ciuitate me
diolani. ꝛ mortuo epo. ciuitas ꝯmota
fuit pro electione epi ꝛ populus cōgre
gatus: quia eſt magnus epatus. Et cū
eēnt in eccleſia. ꝛ quidā dicerēt v nū
debere eſſe eṁ. Alij alium. Cū autē
beatus A. cauſa ſedande ſeditōnis q̄
erat in populo. perrexit ad eccleſiam.
Subito fertur vox infantis inſonuiſſe
Ambroſium epiſcopum. ad quā vocē
totus populus clamauit Ambroſium
epiſcopum. Dicatur quid fecit vt eua
deret ne eſſet epiſcopus. Primo cum
minis. minabatur enim eis graues pū
tiones ꝛc̃. Nec ſic potuit populum a ꝓ
poſito reuocare. Tunc cogitauit infra
ſe d. Iſti credunt ꝙ ſim bonus hō ꝛc̃.
Ideo introduxit ad ſe publicas mere
trices. non vt peccaret cum eis. ſed vt
euaderet: quia ſemper fuit virgo. vt te
ſtatur Jeronimus. Nec ꝓpter hoc po
pulus ceſſauit. imo clamando dixerūt
Peccatum tuū ſit ſr nos. tantū ſis epſ
noſter. Scripſit imperatori vt contra
diceret. Et ipſe approbauit. Deinde fu
git ꝛ abſcondit ſe. ſed inuent⁹ fuit. De
inde iterum voluit fugere. ſed i craſti
num inuenit ſe ad portā que romana
dicitur. Et cognouit dei voluntatē. ꝛ
acceptauit cum fletu ac ſi duceret̃ ad
furchā. Quando āt fuit cōſecrat⁹ epſ
fecit magnam abſtinentiam. ſemper
ſibi fuit quadrageſima. Expēdebat re
ditus in pijs cauſis. predicabat. ſcribe
bat libros. ꝛ habuit gratiā in miracu
lis faciēdis. Ecce quomodo habuit lu
men ſpiritualis prelationis. Queſtio ē
hic. quare tantum contradixit. cū ſci
ret ſe multa bona facere. Reſpondeo
ꝙ prelatio habet on⁹ importabile. niſi
deus iuuet. ſ. obligare ſe ad reddendū
rōē ꝺ tot animabus quot ſunt i epatu
cum tū de ſua homo habeat tremere.
Hec cogitabāt ſancti antiquitus. ſed
modo non curant niſi q̄tum valet ꝛc̃.
Volunt enī tenere fauſtum de bonis
manumiſſorie: quia non ſunt niſi ma
numiſſores chriſti. Non attendentes
illud verbum terribile Sapi. 6. Iudi-
cium duriſſimū i his qui preſunt fiet.
Exiguo enim conceditur miſericordia

Potentes autem potenter tormenta
patientur. Nota iudicium duriſſimū;.
Judicium durū; fiet dando computū
de vita ſua cum ſit multum difficile
viuere bene in tanta abundantia. Du
rius in computo reddendo de diuitijs
Sed iudicium duriſſimum in redden
do computum de animabus. Sed ext
guus dicit. Domine animā meam por
to. Idem de rectoribus cōmunitatis.
qui etiam coacti debent venire etiam
proclamando: quia ſi ſuſtinent pecca
ta notoria damnātur. Ideo dicitur ſa
pi. 6. Fortioribus autem fortior inſtat
cruciatio. Ideo dicitur eccleſiaſtici. 7.
Noli querere fieri iudex niſi valeas
virtute irrumpere iniqtates. ne forte
extimeſcas faciem potentis.

Dico quarto de iudiciali correctione.
Nam iudicialis correctio non eſt niſi
lumen. hoc teſtatur apoſtolꝰ ad ephe.
5. Omnia que arguuntur a lumie ma
nifeſtantur. Omne eni; quod manife
ſtatur lumen eſt. Iſtud lumen habuit
beatus Ambro. ad arguendum ⁊ cor
rigendum magnos ⁊ paruos. diuites
⁊ pauperes. Et licet eſſet epiſcopus ni
hilominus ponebat ſe ad audiendum
confeſſiones. Et quādo veniebant ali
qui ad cōfitendum frigidi ipſe anima
bat eos ad confitendu; peccata: quia
non eſt ita in curia dei ſicut in ſecula
ri. In curia enim dei abſoluuntur. ⁊
in curia ſeculari dānantur. Et flebat
vt prouocaret peccatores ad fletum.
Et orabat pro eis dicens. Tu paſtor bo
ne reduc ouem errantem. Magnos āt
feriebat grauiter. Ut patet de theodo
ſio imperatore. qui peccauit puniendo
quandam ciuitatem: occidendo inno
centes. Cui negauit ingreſſu; eccleſie
donec publicam ageret penitentiam.
Et dicēti ſibi qd̄ dauid peccaſſet. illico
reſpondit. Qui ſecutus es errante; ſe
quere corrigentem. Qui vt audiuit.
ita ſuſcepit: vt publicā pniam nō abor
reret. Propter qd̄ i lombardia b. A.
pingitur cū funiculis: q2 ita percutiebat
magnos dños. Nullus d; accipere iu
diciu;. niſi corrigat magnos dños oēs
⁊ etiam paruos amicos ⁊ inimicos.

Dico Quinto. De integrali perfectōe.
Qn̄. ſ. creatura perſeuerat in bona vita
vſq; in finem: q2 nec dyaboli tempta
tionibus. nec mundi occaſionibꝰ. nec
carnis inclinationibus dimittit bona;
vitam inceptam. Tunc lumen ſancte
vite integraliter perficitur. cum vſq;
in finem indeſinenter continuatur.
iuxta illud prouer. 4. Iuſtorum autem
ſemita. quaſi lux ſplendens procedit ⁊
creſcit vſq; ad pfectā diē. Iō xp̄s Lu
ce. xi. Uide ergo ne lumen qd̄ i te ē te
nebre ſint. Si ergo corpus tuum totu;
lucidum fuerit ⁊c. Iſtud lumē habuit
beatus A. Poſtq̄ enim diu vixit ſācte
⁊ virtuoſe ⁊c. Dicatur quomodo ꝯuer
tit auguſtinū. qui tunc temporis ibi le
gebat rethoricam. ⁊ veniebat ad ſer
mones beati A. ⁊ fuit ad fidem xp̄i ꝯ
uerſus. Tunc tp̄is erat ibi etiā qda;
alius infidelis valde aptus. nec aliqs
poterat eum ad fidem trahere. Fuit ſi
bi dictum q̄ iret ad audiendum ſer
mones Ambroſij. Iuit. ⁊ vidit ange
lum dei loquentem ad aurem Ambro
ſij dum predicaret: ⁊ ſtatim conuer
ſus fuit. Cum autem in fine vite ſue ia
ceret in lecto egritudinis. vidit domi
num ihm chriſtum adueniſſe ad ſe. ⁊
facie leta ſibi dicentem. In paſcha
eris mecum in paradiſo. Tunc b. Am
broſius vocauit ſacerdotes di. eis quo
modo iturus erat ad dominum in pa
ſcha. De hoc ſcientes ciues ⁊ recto
res ciuitatis. dixerunt intra ſe. Lom
bardia eſt modo perdita. quia ex ſan
cta vita iſtius Ambroſij deus diſſi
mulauit peccata nr̄a. Ideo uadamus

ad eum vt roget pro vita sua. ne modo moriatur. Et ita fecerunt. Sed b. A. ſciens voluntatem dei determinatam noluit pro vita sua orare. Sed reſpondit di. Non ita conuerſatus ſum apud vos vt pudeat me viuere nec mori. Canonici autem congregati in camera eius. tractabant de epiſcopo futuro ſubmiſſe loquendo. Aliqui dicebant quod ſimplicianus eſſet bonus. Reſpondit b. A. Senex eſt. ſed bonus. Ab hora autem vndecima qua migraturus erat vſque ad horam mortis. expanſis manibus in modum crucis orauit. Honoratus autem ſacerdos vir excellens qui quieſcebat in domo. tertio audiuit vocem dicentem. Surge feſtina: quia modo eſt receſſurus. Qui deſcendens obtulit ei ſanctum corpus xpi. Quo facto. emiſit ſpiritum. Et multi pueri viderunt multa miracula atque mirabilia. Modo autem eſt in lumine. Quod quidem lumen eſt inextinguibile. Ad quod nos perducat etc. Amen.

¶ In feſto ſancti Georgij martiris.

Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula. habetur verbum iſtud originaliter eccleſiaſtici. 31. et recitatum eſt ſtatim in epiſtola hodierna. Iſta ſolennitas annualis beati georgij fit propter adiutorium quod dedit chriſtianis in captione nobilis ciuitatis maioricarum. Sed prius ſalu. vir. ma. Pro declaratione huius verbi et materie introductione. recipio a quadam lege a deo antiquitus data. In qua oſtendit quomodo ſibi offerri debet ſacrificium victorie d. leui. 22. Homo qui obtulerit victimam domino tam de bobus quam de ouibus. immaculatam offeret. vt acceptabile ſit. Omnis macula non erit in eo. Ratio eſt propter excellentiam dei in quo nulla eſt macula. puriſſimus eſt in ſubſtantia ſua. Ideo antiquitus valde reſpiciebatur ſacrificium ne haberet aliquam maculam in oculis. ne eſſet cecus. claudus. ſcabioſus. Dicebat enim alia lex deutero. 16. Non imolabis domino deo tuo bouem et ouem in quo eſt macula. aut quippiam vitij: quia abominatio eſt domino deo tuo. Ouis ſignificat perſonam ſimplicem. bos autem perſonam nobilem. habens duo cornua. ſcilicet potentie. et ſcientie. Caueant ergo tales ſi volunt deo offerre ſacrificium. quod ſit ſine macula: quia alias abominabile eſſet domino. Propterea beatus georgius vt ſacrificium martirij eſſet deo acceptum ſeipſum obtulit immaculatum. quia non legitur ipſum vnquam habuiſſe maculam peccati mortalis. Ideo de eo dicit thema. Beatus vir ſcilicet a virtute. qui inuentus eſt ſine ma. Patet thema. Ego inuenio in ſacra ſcriptura. 7. maculas ſecundum quod ſunt. 7. peccata mor.

¶ Prima macula eſt ſuperbie et vanitatis.
¶ Secunda luxurie et carnalitatis.
¶ Tertia auaricie et cupiditatis.
¶ Quarta ire et malignitatis.
¶ Quinta gule et voracitatis.
¶ Sexta pigricie et otioſitatis.
¶ Septima inuidie et peruerſitatis.

Nullam iſtarum habuit b. Geor. vt vidébitis. Igitur. Beatus eſt vir etc. Qui habet aliquam de iſtis maculis. non intrabit in regnum celorum. Pro tanto dicit beatus ioh. apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. aut abominationem faciens et mendacium.

¶ Dico primo quod beatus Georgius fuit ſine macula ſuperbie et vanitatis per gratiam dei. Nota quattuor. que communiter dant ſuperbiam militibus. que omnia habuit excellenter beatus Geor. ſed cuſtodiuit ſe a macula ſuperbie et vanitatis. Primum eſt nobilitas ſanguinis. Quando enim miles cogitat. ego ſum nobilis de genere antiquo etc. ſuperbit in corde. Beatus georgius habuit nobilitatem ſanguinis. Dicit hiſtoria quod erat capadocum nobiliſſimus Sed nunquam ex hoc aſcendit ſuperbia in capite ſuo. Duas nobilitates habebat. Primam in anima. quia filius regis xpi et regine. ſcilicet eccleſie. et de iſta nobilitate ſe apretiabat. Secunda in corpore. ſed de

iſta non curabat. nec ſe apretiabat imo
dicebat cum dd̄. Que vtilitas in ſan-
guine meo. dum deſcendo in corruptio
nē. Scd̄o habebat pulcritudinē corpo
ris que multis eſt occaſio ſupbie. va-
dunt ornati vt fatui. Nō opus eſt follo
ſuſpendere cimbalū collo. Sed beatus
G. l; pulcerrim⁹. tm̄ non apretiabat ſe
niſi de pulcritudīe anime. vt eſſet alba
⁊ clara p veram fidem. ⁊ rubea p me
moriā paſſionis xp̄i ornatā virtutib⁹.
Recordabatur d̄ verbis ſalomonis d.
pꝰ. vlt. Fallax gr̄a. ⁊ vana eſt pulcri
tudo. ſ. corporis. mulier. i. anima tua
timens dn̄; ipſa laudabit̄. Tertio habe
bat dn̄ium hominū. qd̄ eſt occaſio ſup
bie. Qn̄. n. miles videt ſe capitaneum
multoꝝ ⁊c̄. Beat⁹ Gre. fuit tribun⁹. i.
capitane⁹ mille hominū armoꝝ. nec ſu
perbiebat. nec faciebat alicui iniuria;
nec ſuis. gubernabat ſe hūiliter ⁊ ſim
pliciter. iuxta illud eccl'i. 3. Quāto ma
gnus es. hūilia te in oībus. ⁊ corā deo
inuenies gratiā. Quarto hēbat victoriā
de inimicis. qd̄ conſueuit dare ſupbia;
victorioſis. Beat⁹ Geor. fuit ſemp vic
torioſus. Bene habebat materiam ſu
perbiendi. ſed totū attribuebat deo. d.
ꝙ victoria inimicoꝝ. gratia ⁊ donum
dei eſt: quia multi vincunt̄ a paucis. ⁊
fortes ſupantur ab īpotentibus. Ideo
dicebat illud p̄s. Non nobis domīe nō
nobis. ſed n. t. da gloriam. Patet ergo
ꝙ materia ſuperbie non maculauit eū
Ergo beatus uir qui inuentus eſt ſine
macula.

¶ Scd̄o fuit ſine macula luxurie ⁊ car-
nalitatis. in tantum ꝙ ut creditur fue
rit virgo. Quādo. n. capiebat aliqua;
uillam caſtrū. vel ciuitatē. hoīes car
nales ſolent ſe dare ut lupi ad luxuriā
Beatus Geor. conſeruabat ⁊ cuſtodie
bat mulieres ac ſi eēt pr̄ oīum ipſaru;
Imo dicam vobis vnum ſingulare qd̄
accidit in quadā prouincia iuxta capa
dociam in qua omnes erant ydolatre.
Rex vero illius prouincie habebat vni
cam filiam. demones vero qui non cō
tentant̄ de paucis peccatis. ſed paula
tim deducunt ad magnā corum inordi
nationem. Actum eſt ꝙ gentes illius
prouincie offerrent filios ſuos ⁊ filias
diabolo. De hoc dicit dauid. Imolaue
runt filios ſ. ⁊ fi. ſ. demonijs. Iuxta ci
uitatem regis illius erat ſtagnum in
quo erat quidam draco ingens. qui
adorabatur ut deus. ſicut faciebant ba
bilonici ut patet dan. 14. Qui rex ī quo
da; magno periculo poſitus inuocauit
deum ſuum. ꝙ ſi iuuaret eum offerret
ei filiam ſuam. Qui adiutus a demone
oportuit eum adimplere promiſſum.
Et triſtis ornauit filiā ſuam. Et flens
miſit filiam draconi iuxta lacum. Bea
tus āt Geor. diuina reuelatione. dimiſ
ſa gente ſua. ſolus cum vno famulo ve
nit illuc. Qui videns puellam taliter
ornatam ⁊ flentem. de equo deſcendit
querens ab ea. quare ⁊ quomodo erat
ibi ⁊c̄. Que narrauit beato Geor. totū
factum d. ꝙ deus ipſorum petebat ea;
in cibum ſuum. In tantum ꝙ eius pa
ter licet eſſet rex non potuit eam libe
rare ab ipſo. Ad quam beatus Geor.
Non dubitetis filia: quia virtute nomi
nis chriſti liberabo vos hodie. Dica-
tur quomodo draco exiuit de lacu. ⁊
b. Ge. ſignauit ſe ſigno crucis. ⁊ iuit cō
tra eum. que; percuſſit ⁊ occidit. Quo
facto. duxit puellam ad patrem ſuum.
Cogitate quando domicella vidit mili
tem pulcrum ⁊ ita audacem quomodo
dicebat patri ꝙ daret ſibi ipſum in ui
rum: quia magis uellet eum ꝗ impera
torē. Pater autem dabat ſibi filiam ſu
am in vxorem cum regno. Reſpondit
b. Ge. Non detis eam mihi. ſed xp̄o do
mino. ⁊ baptizetur: quia chriſtus eam
liberauit. Tunc baptizata fuit puella
⁊ rex pater eius. ⁊ cum eo vltra vigin
timilia in illa ciuitate fuerunt baptiza
ti. Ecce quomodo erat ſine macula lu

xurie ⁊c̄. O quot milites duxiſſent eā
libenter. ⁊ ipſi eam deuoraſſent nō dra
co. Sed b. Ge. ut miles vrbanus libe
rauit eam. ⁊ tradidit patri ſuo. nec vo
luit eam nec regnū. Et potuit dicere il
lud tob. 3. Tu ſcis domine quia nunq̄
concupiui ſuple mulierem. mundam
ſeruaui animam meam ab omni concu
piſcentia. hic habent exemplum mili-
tes qui modo non curant niſi de luxu
ria. nec ſufficiūt eis mulieres cuiuſuis
conditionis ſiue ſtatus. Jdeo bea-
tus vir ⁊c̄.

Tertio fuit ſine macula auaritie ⁊ cu-
piditatis. Cum. n. poſſet multa con-
gregare in captione villarum ⁊c̄. ſed
non curabat. Item rex ille cuius fili
am liberauit. ex quo nolebat filiam ſu
am in vxorem ⁊c̄. dabat ſibi infinitum
theſaurum: ſed noluit recipere pro ſe.
ſed pro deo ⁊ eccleſijs conſtruendis. ⁊
hoſpitalibus pro pauperibus perſonis
⁊c̄. Patet ergo quomodo fuit ſine ma
cula auaritie ⁊c̄. Jdeo cantatur d̄ eo.
illud eccleſiaſtici 31. Beat⁹ vir qui inuē
tus eſt ſine macula ⁊ qui poſt aurum
non abijt. nec ſperauit in pecunie the
ſauris. Sed hodie tanta eſt auaritia
militum. q̄ predantur vaſallos dicen-
do q̄ ſunt gratioſe petitiones. tamen
includunt eos in eccleſia. vl' in aliquo
loco dicendo. Non exibitis inde donec
detis tantum. Ecce q̄ gratioſe petitio-
nes. Retinent ſibi decimas ⁊ primiti
tias. etiam ipſimet vſurpant iura eccle
ſiaſtica alias non permittunt collige-
re decimas ⁊ primitias ⁊c̄. Retinent
ſolidatas ſeruorum ⁊ ancillarum: quia
iam reditus non ſufficiunt tot vanita
tibus ⁊c̄. Jdeo dicebat chriſtus. Luc.
xij. Uidete ⁊ cauete ab omni auaritia
quia non in abundantia cuiuſq̄ vita
eius eſt ex his que poſſidet.

Quarto fuit ſine macula ire ⁊ maligni
tatis. Nunq̄. n. voluit vindictam d̄ ali
qua iniuria ſibi facta. niſi ſecundum
ordinem iuſticie: ſed patienter ſuſtine
bat iniurias remittendo bono corde.
Dicatur quot iniurie fuerunt ſibi facte
in tormentis. quos patienter ſuſtinuit
pro chriſto. Regnantibus autem impe
ratoribus dyocletiano ⁊ maximiano
qui graues perſecutiones dederunt
chriſtianis. Jſti miſerunt datianū ver
ſus partes capadocie ad perſequendū
chriſtianos. ut. ſ. abnegarent fidem.
uel tormentis interirent. Qui infra
menſem interfecit pluſq̄ uigintimilia
chriſtianorum. ⁊ multi deficiebant in
tormentis. Tunc. b. Geor. dixit infra
ſe. Diu militaui. ⁊ bellaui cum equo ⁊
armis corporalibus: iam de cetero vo
lo bellare pedeſter ⁊ cum armis ſpiri-
tualibus. Et dedit omnia bōa ſua pau
peribus. ⁊ in ſimplici habitu venit co
ram datiano qui cruciabat chriſtianos
⁊ clamando dixit illum verſum pſalte
rij. Omnes dij gentiū demonia: domi
nus autem celos fecit. Tunc datianus
interrogauit eum vnde eſſet. ⁊ quomo
do vocabatur. Qui reſpondit ei d. Ego
ſum de capadocia. quo ad nomen ego
vocor georgius. ⁊ ſum miles nomina-
tus per totum mundum. Tunc datia-
nus iuſſit eum poni in eculeo. Dicatur
quid eſt eculeus. Qui memorans quo
modo chriſtus fuit extenſus in cruce
ſubſtinuit patienter. Tunc datianus
dedit ſibi aliud tormentum. ⁊ cum pe
ctinibus ferreis fecit totum corpus di
laniari. Sed cogitans effuſionem ſan
guinis chriſti in cruce. ſuſtinuit patien
ter. Deinde applicuit faces ignis ad la
tera. deinde ſalem. Et b. Geor. dicebat
illud ad ro. 8. Non ſunt condigne paſ
ſiones huius temporis ad futuram
gloriam que reuelabitur in nobis. Pa
tet ergo q̄ non habuit iram nec odiū
nec malam voluntatem: ſed dulciter
ſuſtinuit totum. Jdeo cātat̄. Non mur

mur reſo. non que. ſ; coꝛ. t. m. bene ꝯ.
ꝯſ. patientiam. Secus de militib⁹ mo
dernis impatientibus ⁊ bꝛicoſis. Ideo
Job. 5. Uirum ſtultum interficit iracū
dia. Stultus dicitur iracundus. Ratō
quia ſicut ille eſſet ſtultus qui volens
aſſumere vindictam de inimico ſuo. re
ciperet ipſe venenum: ita eſt de iracū
do querente vindictam. pꝛimo interfi
cit ſeipſuȝ. 1. ioh. 3. Omnis qui odit fra
trem ſuum homicida eſt.

Quinto fuit ſine macula gule ⁊ voꝛaci
tatis. Iſta. n. macula deſtruit coꝛpus
⁊ animam ⁊ miſerabiliter coꝛꝛumpit.
Pꝛio deſtruit viſum. Scđo anelitum
coꝛꝛumpit. Tertio tollit foꝛtitudinem.
quia vinum ꝑcutit neruos aufert intel
lectum. inducit podagram. moꝛbū ca-
ducuȝ. ⁊ alias infirmitates. Ideo chꝛi
ſtus luc. 21. Attendite autem vobis ne
foꝛte grauentur coꝛda veſtra in crapu
la ⁊ ebꝛietate. Beſtie recipiunt ſolum
neceſſitatē cibi ⁊ potus. ⁊ miſeri homi
nes vltra menſuram ⁊c̄. Ab iſta macu
la fuit liberatus b. Geoꝛ. Fuit. n. val
de abſtinēs. ſemꝑ. n. ieiunabat quadra
geſimam. vigilias eccl'ie. quatuoꝛ tē
poꝛa ⁊ bis vel ter in qualȝ ebdomada
ſ. feria. 2. 4. ⁊. 6. Et modo dicunt mili
tes cōfeſſoꝛibus. pater non detis mihi
ieiunia: quia indigeo foꝛtitudine. ieiu
nēt pur clerici. Dicatur quomodo meli
us cuſtodirent foꝛtitudinem cauendo
a mulieribus ex quibus perdunt foꝛti
tudinem coꝛpoꝛis ⁊ audaciam animi.

Sexto fuit ſine macula pigricie ⁊ otio
ſitatis. Dicatur de diligētia beati Ge.
in ſpiritualibus ⁊ tempoꝛalibus. In tē
poꝛe. n. pacis faciebat bella contra coꝛ
pus ſuum per penitentiam. Quolibet
mane genibus flexis. cuȝ ſilentio ⁊ ma
gna deuotiōe audiebat miſſaȝ. ⁊ quolȝ
die dominico cōicabat. Ex iſta diligen
tia de⁹ dedit ſibi virtutē. Dicatur quo
modo Datianus volens ipſum terrere
fecit parare rotas cum gladijs ut legi-
tur de beata catherina. ut fidem chꝛi
ſti abnegaret. Sed b. Geo. ſignando ſe
ſaltauit in medio duarum rotarum ⁊
in nullo ſibi nocuerunt. ſed virtute dī
confracte ſunt. ⁊ multos gentiles ne-
cauerunt. Deinde ponitur in ſartagi-
ne plena feruenti plumbo: ſed facto ſi
gno crucis ibi quaſi in balneo refoue
tur. Ecce gratias quas deus fecit vir
tute diligentie beato Geoꝛgio in operi
bus ſpiritualibus. Sed modo milites
tempoꝛe pacis. dant ſe otio ⁊ peccatis
⁊c̄. Cuilibet tamen eoꝛum dicit ſcriptu
ra eccleſiaſtes. 9. Quodcunqȝ facere
poteſt manus tua. i. virtus inſtanter
operare: quia nec opus. nec ratio. nec
ſapiētia. nec ſcientia erūt apŏ inferos
quo tu properas.

Septimo fuit ſine macula inuidie ⁊ ꝑ
uerſitatis. Cōmuniter perſone excellē
tes ⁊ notabiles quādo audiunt cōmen
dare ⁊ laudare alium. ſtatim intrat in
coꝛde ipſoꝛum vēnus inuidie. ⁊ odiunt il
lum. Ab iſta macula fuit immunis b.
Ge. non. n. inuidebat alicui. Datianus
n. cogitauit ꝙ generoſus animus ma
gis inclīatur pꝛecibus ⁊ dulcibus ſer
monibus ꝙ̄ toꝛmentis. ⁊ terroꝛib⁹. Iō
blandimentis temptauit emollire. b.
Geoꝛ. di. Gregoꝛi nūqd vides q̄ta eſt
patiētia deoꝝ nr̄oꝝ. Iō ſi vis tenere le
gē ⁊ decreta impatoꝝ eris magn⁹ ⁊c̄.
Et ſic voluit dcipe beatū G. cū malitia
Rn̄dit beatus Ge. Mō dicis mihi iſta
poſt taȝ dura toꝛmēta. Et quare nō di
xiſti a pꝛincipio. Beatus Ge. voluit de
cipere datianum per ſuam ſapientiaȝ.
ſimulans ꝙ vellet deos adoꝛare ſollē
niter tamen. De quo datian⁹ gaudens
fecit pꝛeconizare quomodo b. Ge. ado
raret deos ⁊c̄. Cum autem adductus
eēt in templo. ī poꝛta tēpli adoꝛauit. d.
Ego adoꝛo nō demones ſed chꝛiſtū ſal

uatorem ego adoro non ydola. ſed deū
verum. Et ſubito ignis deſcendit de ce
lo. ꝛ templum cum idolis ꝛ multis gē
tibus qui conuenerant omnino deſtru
xit. Quo audito. datianus indig atus
voluit vel ꝙ adoraret ydola. vel ꝙ mo
reretur. O ſtulte dixit b. Ge. ꝛ quomo
do credis ꝙ ego adorarem deos tuos
quos ego deſtruxi? Propter qd̄ datian⁹
protulit ſententiā capitalem cōtra bea
tū Ge. Et prio ꝙ eēt tractus. Cuꝫ ergo
fuiſſet diſtractus per ciuitatē. ꝛ capita
lem ſentētiam ſigno ✠ ſe muniendo re
cepiſſet: datian⁹ inde recedens. igne ce
leſti ſubito cōſumptus eſt. Et. b. Ge. in
celo receptus. nō inuidit bonis datia
ni ſibi promiſſis. quinymo eo deluſo.
martirium ſuſtinuit. iuxta illud ps. 17.
Deus qui precinxit me virtute ad bellū
ꝛ poſuit īmaculataꝫ viam meā. Amē.

¶ In feſto beati Marci euangeliſte.

Qui timet deum faciet bona. Ori
ginaliter eccli. 15. ꝛ in epiſtola
hodierne ſolēnitatis. Sermo
noſter erit de illo glorioſiſſimo euāge
liſta beato Marcho: quia hodie ē ſua
ſolēnitas ꝛ feſtum. Si placet deo habe
bimus multas bonas doctrinas pro in
tellectus illuminatōe. vite correctiōe.
ꝛ peccatoꝝ deteſtatione. Sꝫ prius ſalu
tetur v. ma. Pro breui declaratiōe hu
ius uerbi ꝛ materieītroductione. ſciē
dum ꝙ inter alia per que quis pōt hr̄e
ſufficientiā ꝛ abundantiā bonorum tā
ſpiritualiū ꝗ̄ temporaliuꝫ. eſt timor di
Quādo. n. creatura in corde ſuo hꝫ ti
morem dei. ꝓponit non facere aliquid
contra deuꝫ. nec corde cogitando. nec
ore loquendo. nec opere faciendo. di
cēs. deus cuſtodiat me ne faciam ali
quid contra eius uoluntatem. Quādo
ſurgit de mane cōmendat ſe deo di.
Modo incipit iſta dies. Ideo domine
guberna me ne faciam aliquid contra
te. Idem ſi incipiunt uiaꝫ. uel ſi ponūt
ſe ad menſam dicūt. modo habeo reci
pere refectionem. utinaꝫ domine cum
menſura comedam ꝛ bibam. ne te of
fendam ꝛc. Idem de alijs operibus.
Talis timor dat abundantiam bono
rum ſpiritualium ꝛ temporalium. Ra
tio. Si aliquis habet infra domum ſu
am fontem uiuum. certum eſt ꝙ talis
non habebit indigentiam aque. Ita ti
mor dei ī domo conſcientie eſt ut fons
aque redundantis gratiarum ſpiritua
lium uirtutum ꝛ perfectionum. ꝛ me
ritorum. Ideo dd̄ in ps. 33. dicebat. Ti
mete dominum omnes ſancti eius. ſ.
xp̄iani qui in baptiſmo ſanctificantur.
quoniā nō eſt inopia timentibus eum.
Diuites. ſ. bonorum temporaliuꝫ egue
runt ꝛ eſu. inquirentes autem dominū
ſ. timore. non minuentur omni bono.
Ex iſta ratione de beato Mar. qui ſem
per timuit dominū dicit thema. Qui
timet deum ꝛc. ideo habebit bona ſpi
ritualia ꝛ temporalia. hic ꝛ in patria.
In hiſtoria autem b. Mar. inueni mul
ta bona maxime tria.

¶ Primū dicit̄ conuerſio ueritatis.
¶ Scōm perfectio humilitatis.
¶ Tertiū deuotio ſanctitatis.

¶ Dico primo ꝙ p̄mum bonū beati. M.
fuit conuerſio ueritatis: quia primo
fuit iudeus de tribu leui. ꝛ de genere
aaron. Erat. n. ſacerdos. ꝛ ad predica
tionem beati petri apoſtoli fuit ad fideꝫ
chriſti conuerſus. Cogitate ꝙ uenit cū
multis argumentis ꝛ rationibus quas
ſibi ſoluit b. petrus. Prima fuit de tri
nitate. Ad praticaꝫ. Quando b. Mar.
audiebat ꝙ. b. pe. ꝛ alij apoſtoli predi
cabant de trinitate. ꝙ eſt vnus deus.
ꝛ ille deus ē pater. ꝛ fi. ꝛ ſpiritus. ſ. di
xit b. mar. hoc non poteſt fieri ſiue eſſe
quia dicitur deutero. 6. Audi iſrael.
Dominus deus veſter. deus vnus ē.
Iſtam rationem faciunt etiam hodie
iudei. Sed ecce reſponſio clara: quia ꝑ
ſone non ſic ſumuntur in deo ſicut in
nobis: quia quelibet perſona in nobis

facit vnam eſſentiam. Credunt eni; in
dei ꝙ qñ dicim⁹ tres pſonas ꝙ ſint q̄ſi
tres gigátes vł tres reges. ſed ſumũtur
vt in ſole. in quo eſt pater ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ. tñ
non eſt niſi vnus ſol. Sed eſt tante ꝑ
fectionis ꝙ de ſe generat radium que;
mittit huc. ⁊ tamen non recedit ab eo
Modo pater generans eſt ſol. filius ge
nit⁹ eſt radius. ⁊ calo: ſpũs. ſ. ⁊ tamē
non eſt niſi vnus ſol. Sic intelligimuſ
nos in trinitate: quia deus non eſt mi
noris virtutis q̄ȝ ſol. Et dixit petrus
Marcho. Attende ꝙ prophete quádo
loquuntur de deo ſemper ponunt tria
nomina ad innuendum trinitate; per
ſonarum. Unde in auctoritate allega
ta dicitur. Audi iſrael. Dominus deuſ
tuus. tria nomina ſunt ibi. Jtem yſa.
6. vbi dicitur. Uidi dominu; ſedente;
ſuper ſolium excelſum ⁊c. Uidit duos
angelos clamantes alter ad alterum.
Sanctus. ſ. ſ. dñs deus exercituum.
⁊ ſic de multis alijs auctoritatib⁹ poſ
ſet dici. O dicit Mar. modo credo tri-
nitatem. Aliter intelligebam ego. ſed
errabam. modo video clare. Secunda
fuit de incarnatione verbi. Dicebat
mar. Uos dicitis ꝙ deus factus eſt hõ
quomodo eſt hoc poſſibile. quum ſcri
ptura dicat deum eſſe immutabilem?
Malach. 3. Ego enim dominus ⁊ non
mutor. Si factus eſt homo. ergo muta
tus eſt. Jgitur ⁊c. Sed iſta ratio proce
debat ex ignorantia. quia lic; deus ſit
immutabilis. etiā ē infinitus. ⁊ vbiq;
eſt. ⁊ omnis creatura plena eſt diuini-
tate quia diuinitas implet totum mun
dum. vt claritas ſolis totum aerem.
Jncarnatio ergo nihil aliud eſt. niſi ꝙ
illa humanitas ī vtero virginis forma
ta a ſpũ. ſ. erat plena diuinitate. non
ſolum potentialiter vt eſt in ceteris
creaturis: ſed etiam perſonaliter. q:
alias nec ſeipſum poſſ; ſaluare. Sicut
enim ferrum ignitum calefacit ⁊ illu
minat non virtute ferri ſed ignis. ita
illa humanitas chriſti habuit virtute;
redimendi genus humanum ⁊ ſaluan
di credentes ⁊ obedientes ratione di-
uinitatis coniuncte. alias enim nec ſe
nec alios poſſet ſaluare. Jdeo petrus
dicebat mar. Non intelligatis ꝙ deus
ſit mutatus. ſed illa hũanitas fuit ſub
ſtantiuata in diuinitate perſonaliter.
Et tunc marchus credidit incarnatio
nem. Tertio de chriſti paſſione in cru
ce. Dicit mar. Uos dicitis ꝙ chriſt⁹ ſu
ſtinuit mortem ⁊ paſſionem in cruce.
vt ſaluaret ſibi credentes ⁊ obediētes
cum tamen dicat dauid. in p̄s. Omnia
quecũq; voluit fecit dominus in ce. ⁊
in terra. in mari. ⁊ in omnibus abiſſiſ.
Si ergo chriſtus eſſet de⁹. poterat ſal-
uare ſine morte ⁊ paſſione dicēdo. Ego
parco omnibus ⁊c. Deceterо cuſtodia
tis vos. quemadmodum vnus rex fac
vnam generalem remiſſionem. Quar
ergo voluit pati. ligari ⁊c. Reſpõdit ei
petrus di. Scias ꝙ ī deo iuſticia ⁊ mi
ſericōdia ſunt ſua eſſentia ⁊ ſubſtãtia.
in nobis autem iuſticia ⁊ miſericordia
ſunt qualitates accidentales. Jdeo ho
mines aliquotiens faciunt contra iu-
ſticiam ⁊ contra miſericordiam. Sed
deus in omnibus operibus ſuis oſtēdit
ſuam iuſticiam nec facit contra miſe
ricordiam. ſicut nec contra diuinitatē
ſuam. Si ergo remiſiſſet generaliter
omnibus vt dicis. opus eſſet miſericor
die. Et vbi eſſet ſua iuſticia? Si autem
damnaſſet omnes. Ubi eſſet ſua miſe-
ricordia? Oportuit ergo ſeruare modũ
in quo oſtenderet ſummam iuſticiam
ſoluens in mundo ⁊ in cruce pretium
ſanguinis ⁊c. ⁊ oſtenderet ſummā mi
ſericordiā: quia ipſe qui ñ tenebatur vo
luit ſoluere. Et ꝙ ita debuerit fieri. iā
prophetauit dd̄ ī p̄s. Deus de⁹ me⁹ reſ
pice in me ⁊c. Jn quo pſalmo ponit to
tam chriſti paſſionem. Jtem yſa. 53.
Uere lãgores noſtros ipſe tulit. ⁊ do
lores nr̄os ipſe portauit. Jtem dan. 9.

Et poſt ebdomadas ſexagītaduas occi
detur xp̄s. Tunc beatus. M. credidit
Quarto de lege moyſi cū ſit bona. ⁊ a
deo data. ⁊ multis ⁊ magnis miraculiſ
aprobata. quare ergo ē dimittēda? Re
ſpondit b. pe. ꝙ lex moyſi fuit bona ⁊
ſancta ſuo tēpore. ſed modo iaꝫ non eſ
ſet bona. Dicatur ſimilitudo de patre
qui dat leges pedagogo pro filijs par
uis nutriendis promittens vl' dans eis
fructus ⁊c̄. Talis lex eſt bona pueris
nutriendis. ſed non pro adultis: quia
aliam legem ⁊ promiſſionem dant pue
ris. ⁊ aliam viris perfectis. Ita fuit de
lege moyſi data a patre deo pueris iu-
deis: ſed modo oꝫ recipere legeꝫ euan
gelicam. Et iſtam petebat dauid d. Le
gem po. mihi. d. viam iuſti. ⁊c̄. Et nun
quid dauid iam habebat legem moyſi?
Imo. ſed petebat. l. euangelicam. Et
tunc b. M. credidit. Quīto de tempo
re meſſye. Dicebat b. m. ꝙ nundū erat
tempus completum: quia yſa. dederat
ſignuꝫ d. 2. capitulo. Et conflabunt gla
dios ſuos in vomeres. ⁊ lanceas ſuas
in falces. R. pe. In iſto cap̄. yſa. loqui
tur de conuerſione gentium ad meſſy
am ſiendam. non violenter ſed gratio
ſe d. Et fluent ad eum omnes gentes.
⁊ ibunt populi multi ⁊ dicent. venite
aſcendamus ad montem domini. Cum
ergo dicitur ⁊ conflabunt ⁊c̄. intelligi
tur ꝙ pro conuerſione gentium non
exercebuntur vltra ad preliuꝫ. ſed pre
dicando ⁊ dicendo. domus iacob ueni
te ambulemus in lumine dei noſtri.
Tunc b. m. credidit. ⁊ fuit letus. ⁊ ro
gauit beatuꝫ petrū. pro gratia ſpeciali
ꝙ ipſemet baptiʒet eum. Et ita fecit. ⁊
recepit ipſum in diſcipulum ſuum. Ec
ce quomodo ad predicationem beati
pe. fuit ad fidem chriſti conuerſus ⁊
ab eo baptiʒatus. atqꝫ in diuino ſermo
ne eius diſcipulus. Ideo pe. vocat ip-
ſum filiuꝫ d. i. pe. 5. Salutat uos mar.
filius meus. Patet quomodo b. mar.
habuit primum bonum. ſ. conuerſionē
veritatis. Ergo qui n. de. ſa. bōa.

Secundum magnum bonum qđ habu
it fuit perfectio humilitatis. Ille. n. di
citur habere perfectionem humilitatiſ
vite. qui quanto eſt maior. tanto eſt hu
milior in chriſto ſecundum illud ec-
cleſiaſtici. 3. Quanto magnus es. humi
lia te in omnibus ⁊ coram deo inueni-
es gratiaꝫ. Ita fuit b. M. Quando. n.
fuit conuerſus ad fidem habuit tan-
tam ſcientiam theologie ꝙ factus eſt
ſecūdus euangeliſta. Matheus fuit pri
mus. ⁊ mar. ſecūdus. Ecce q̄tam grati
am fecit ſibi deus. Et ſicut ſcripſit euā
gelium. ita predicabat. ⁊ dicta ſua con
firmabat miraculis. Quādo. n. predi-
cabat de trinitate ꝙ erant tres perſo
ne ⁊ vnus deus. non ſolum hoc confir
mabat auctoritate. ſed miraculoſe ſu-
ſcitando mortuum ſibi adductum dicē
do. Sicut eſt verum ꝙ pater. fi. ⁊ ſ. ſ.
ſunt vnus deꝰ. ita corpus. anima ⁊ vi
ta. Ita iſta tria vniantur in iſto ⁊ ſta-
tim ſuſcitabatur mortuus. Idem quā
do predicabat de incarnatione. paſſio
ne. ⁊ reſurrectione ⁊c̄. confirmabat
miraculis. Et poterat dicere illud ad
ro. 15. Non. n. audeo aliquid loqui eo-
rum que per me non efficit xp̄s. Tamē
cum toto hoc erat ita humilis ꝙ nihil
ſe apretiabat. Uidens. n. ꝙ papa. ſ. b.
pe. tantum ipſum diligebat ex humili-
tate. ne faceret ipſum ſacerdotem nec
epiſcopū abſcidit ſibi policeꝫ. Magnuꝫ
magnum mirabile fuit. Nunquid eſſe
ſacerdotem eſt bonū? imo ſi habet tria
ſ. claram ſcientiam. ſanctam vitam. ⁊
bonam famam. Alias melius eſſet cle
rico nō habere manꝰ neqꝫ pedes. Pri
mo debet habere ſcientiā claram. ut i
telligat illud qđ legit adminus ad litte
ram. ⁊ ſciat ſacramenta eccleſie ⁊ for

mam eorum ꝛ materiã. alias male va
dit pro ipſo. B. M. qui erat tãtus theo
logus non reputabat ſe ſufficientem
ad ſacerdotium. Ideo abſcidit ſibi poli
cem ne promoueretur. Modo autem q
libet ſe reputat ſufficientem. ꝛ dicunt
infinitos errores in epiſtola ꝛ in euan
gelio ꝛc̄. Et ſicut deberent ſtudere.
dant ſe ad uenandum ad ludendum
ꝛc̄. Et cum illa ignorantia vadunt ad
infernum. Oſee. 4. Quia tu ſcientiam
repuliſti. repellam te ne ſacerdotio fun
garis mihi. Scḋo in ſacerdote requiri
tur ſancta vita. vt. ſ. viuat caſte ꝛ ho
neſte. quia habet tractare corpus do
minicum cum ſuis manibus cuius lin
gua aperit celum. Ideo debet cauere a
mendatijs. blaſfemijs ꝛc̄. Corpus. n. ſa
cerdotis eſt ſepulcrũ xp̄i. Cogitate er
go q̃tam ſanctitatem debet habere in
uita. ꝛ qḋ peccatū eſt illoꝝ qui prohici
unt corpus ſuum in ſterquilinio ꝛ in la
trina luxurie. maiꝰ peccatū eſt q̃ ſi duo
prohicerent ſanctū ſepulcrū xp̄i in cloa
cha. Ideo dic̄ ſcriptura. exo. 19. Sacer
dotes quoqȝ qui accedūt ad dominum
ſanctificentur. ne pcutiat eos. Ideo b.
Mar. lȝ eſſet ſanctus. tamē nō reputa
bat ſe dignum. Tertio dȝ habere ſacer
dos bonã famã. Non ſufficit clerico ꝙ
ſecrete ſit bonꝰ. ſed ꝙ oēs dicãt bonū
de eo. Antiquitꝰ qñ vnus clericus trã
ſibat ꝑ viam. lȝ tarde tranſiret omnes
aſſurgebant dicendo. deus faciat me
participem ĩ orationibus veſtris. Mo
do autem tot ſunt miracula clericorū
ꝛ vanitates ꝙ peius loquuntur de cle
ricis q̃ de iudeis ꝛc̄. ex eorum mala vi
ta. Malach. 2. Uos autem ſacerdotes
receſſiſtis de via ꝛ ſic ſcãdalizaſtis plu
rimos in lege. Irritum feciſtis pactū
leui dicit dominus exercituum. Prop-
ter qḋ ꝛ ego dedi vos contemptibiles
ꝛ humiles omnibus populis. ſicut non
ſeruaſtis vias meas. Ecce ratio quare
b. Mar. licet haberet claram ſcientiã.
ſanctam vitam. ꝛ bonam famam. ta-
men non reputabat ſe dignum ſacer-
dotio ex humilitate. Ideo abſcidit ſibi
policem. ſed deus prouidit: quia b. pe
trus vocauit eum. volens ipſum ordi
nare in ſacerdotem ꝛ epiſcopum alexã
drie. Reſpondit b. mar. Non eſt poſſi-
bile pater. Et oſtendit ſibi defectum
policis. Sed b. pe. orauit. ꝛ curauit ip
ſum. ꝛ factus eſt ſacerdos ꝛ epiſcopus
alexandrie. Ideo luc. 18. Omnis qui ſe
exaltat hu. ꝛ qui ſe hu. ex. ꝛc̄.

Tertium magnum bonum beati. m. fu
it deuotio ſanctitatis que eſt quando
homo in omnibus que facit ꝛ dicit dat
gloriam ꝛ honorem deo. Multa bona
opera perduntur quia multi neſciunt
dare honorem deo in ſuis operibus v̄.
g. Quare facitis filium ſacerdotem.
ut viuat delicate ꝛ in quiete. hic defi-
cit deuotio ſanctitatis. ſed ſi facitis fi
lium ſacerdotem ut oret pro vobis ꝛ
cetera. laudabile eſt. Idem ſi facitis
filium religioſum vt ſit abbas vel ma
giſter in theologia vel epiſcopus. Idē
de remiſſione iniuriarum amore ho-
minum. iſtud opus perditur: quia in
iuditio quando dicet vobis: Ecce quid
ego feci pro te. quid feciſti tu pro me?
Si tu vis dicere domine ego remiſi
mortem patris vel ꝛc̄. amore cuiuſ-
dã regis vel talis domini qui roga-
bat me? Et ideo vadas ad eum ut det
tibi paradiſum ꝛc̄. qui habebit ſatis
ad procurandum per ſeipſo. Sed quan
do remiſſio fit pro amore ꝛ honore dei
tunc eſt deuotio ſanctitatis. Ideo apo
ſtolus. i. thim. i. Regi ſeculorum
immortali inuiſibili ſoli deo honor ꝛ
gloria. Sic fecit. b. Mar. qui venit ale
xandriam vbi predicando ꝛ miracula
faciendo conuertit ĩnumerabiles. ꝛ fu

it ſibi dictum ꝙ rectores terre idigna
bantur cōtra eum ⁊c̄. Reſpōdit. Non
curo. ex quo ego do honorē deo i omni
bus. Cū autē ibi iam multiplicatis frī
bus. ⁊ eccl'ia ab eis ꝯſtructa miraculis
coruſcaſſet. ⁊ ipſe i feſto paſce concur
rente tūc cū feſto gentiliū celebraret
diuina. ligato fune ad collū eius. tra-
xerunt eū per ciuitatē gratias agentē.
Deinde recluſo i carcere. apparuit ei
ãgelus p̄io. ⁊ ſecūdo domin⁹ ihs xp̄s
ꝯfortans eū. Cū autē in craſtinū trahe
retur per ciuitatē ut prius dicendo. in
manus t. d. ꝯ. ſpūm meū. tradidit ſpūꝫ
Cū autē reliquias ei⁹ vellēt ꝯburere.
tāta facta eſt tēpeſtas. ꝙ fugerunt gē-
tiles. ⁊ viri religioſi ſepelierūt corpus
eius. qđ poſtmodum apud venetias eſt
trāſlatū. Ergo vt dicit̄. 1. pe. 4. Jn om
nib⁹ glorificet̄ deus. per ihm xp̄m. cui
ē gl'ia ⁊ iperiū i ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Jn feſto ſcī Petri martiris. almi or. predicatorum.

Coronabit̄ qui legitime certa
uerit. Originalr̄. 2. ad tim. 2.
⁊ recitatū eſt ſtatiꝫ in ep̄l'a ho
dierna. Hodie p totū mundū in nr̄a re
ligiōe ſancta p̄dicatoꝝ. fit feſtū beati
Petri mar. Et ſicut totū officiū fit de
eo. ita erit ⁊ ſmo nr̄. ⁊ hēbim⁹ multas
doctrinas ad iſtructionē ũtutū. corre
ctionē peccatorum. ꝯſolationē aīaꝝ
nr̄aꝝ. Sꝫ prius ſalu. ũ. ma. Pro decla
ratione thematis. ſciendū ꝙ antequā pri
mi parētes nr̄i tranſgreſſi eſſent man
datū dei. nullū inimicū hēbant: quia ſi
cut volūtas eoꝝ erat ſubdita deo per
ũtutem original' iuſticie. ſic ſenſualitas
rationi. ⁊ corp⁹ aīe. ⁊ aīalia hōi. Hec ē
rectitudo i qua creat⁹ ē hō. đ q̄ eccl'es
2. De⁹ fecit hōiēꝫ rectū. Poſt trāſgreſ
ſionē aūt mādati icurrit repugnātiam
ſui i ſeipſum. ⁊ aīaliū rebellionē. Naꝫ
ſtati deſerēte eos grā. de corpoꝝ ſuorū
nuditate ꝯfuſi ſūt. ⁊ ſenſerūt motū in-
obediētis carnis ſue tāꝗ̄ reciprocā pe
nā inobediētie ſue ſm tho. 1. q. 95. ar. 1.
Et etiā aīalia fuerūt rebellia hoī poſt
peccatū i penā peccati ſm eundē. 1. q.
96. ar. 1. Ad idē vide Augu. 13. đ ci. đi.
Jdeo iob. 7. Quare me poſuiſti ꝯtrium
tibi ⁊ fa. ſū mi. grauis. Et h̄ fuit iuſtiſ
ſimū. q2 vt dr̄ ſapi. xi. Per que qs pec
cat. p hec ⁊ torquet̄. Sic ergo ip̄e fuit
rebellis deo. ſic iuſticia exigēte creatu
re facte ſūt rebelles ipſi hoī. Propter
hoc dr̄ ſapi. 16. Creatura. n. tibi deſer
uiēs exardeſcit i tormentū aduerſus i
iuſtos. Ex tunc ergo icurrimus mltos
inimicos. ꝯ quos oꝫ dū ſum⁹ in via bel
luꝫ ꝯtinuū exercere. Jdeo dicebat iob
7. Militia ē vita hoīs ſup terrā. ⁊ ſicut
mercenarij dies ei⁹. Nō mercenarij. q
ſi bene laborat p̄miat̄: q2 coronatur in
gloria ⁊c̄. ⁊ hoc i ſero. i. i morte. hebr.
9. Statutū eſt homī ſemel mori. ⁊ poſt
hoc iudiciū. Mat. 20. Cū autē ſero fac
tū eſſꝫ ⁊c̄. Jdeo dicit thema. Coronabi
tur. ſ. ille i celis corona glorie q legiti
me certauerit i hoc mūdo p victoriaꝫ.
Amore vr̄i ego queſiui quot bella ha
bemus i hoc mūdo. p quibus habēdo
victoriā coronamur in celo. Ecce quo
modo materia erit bona. Et inuēi ꝙ in
hoc mūdo hēmus quīqꝫ bella. quibus
vincentib⁹ a deo dat̄ corona glorie in
paradiſo ⁊c̄. Et habemus

¶ Primū bellū ꝯ itellectū nr̄m. đ quo ha
bem⁹ victoriā per ſimplicē credētiā.

¶ Scđm bel. ꝯ voluntatē. đ quo hēmus
vi. p humilem obedientiā.

¶ Tertiū bel. ꝯ carnē nr̄am. de qua ha-
bem⁹ vi. per purā ꝯtinentiā.

¶ Quartū bel. ꝯ diabolū. đ quo ha. vi. p
claram ſapientiam.

¶ Quintū bel. ꝯ mundū. de quo ha. vic.
per firmam patientiā.

Oib⁹ his modis fuit victor b. petr⁹. Jō
đ eo ſinglr̄ dic thēa. Coronabit̄ q le. ⁊c̄
Dico p̄io ꝙ in hoc mūdo habem⁹ plūi
ſatis forte. ſ. i nr̄o itellectu nāli. Jntel
lect⁹ nr̄ nālr ꝗ̄rit rōnem rei mirabilis

⁊ iuiſe ⁊ trāſcēdentis .dicēdo q̄uo eſt
hoc poſſibile. ac ſi mō diceret aliquis.
Noueritis ꝙ ego vidi vltra mar̄ equoſ
volare. ſtatī intellectꝰ volat. ⁊ q̄rit di.
Q̄uo ē hoc poſſibile? habēt ergo alas.
⁊c̄. Idē ſi dicat̄ ꝙ vltra mare ſunt hōi
nes habētes vnum pedē ſolum tam ma
gnū ꝙ faciunt inde ſibi ſcutū ꝯ pluuiā
⁊ ſolem. ſtatī intellectꝰ querit rōnem
ante ꝙ̄ aſſentiat firmiter. Iō eſt regula
phie. p̄io metha. Q̄ꝺ ꝓpter admirari
ceperūt phi philoſophari. i. q̄ōnes face
re. maxīe q̄n videbant eclipſim ſolis.
ł lune. dicebāt. Quare hoc. q̄uo hoc ē
poſſibile ⁊ hꝰmōi. Mō nihil ē tā extra
neum. trāſcendēs. ⁊ tā inuiſū ꝙ̄ ſecre
ta fidei xp̄iane. ſ. ꝙ ſint tres pſone di
ſtincte. ⁊ ꝙ nō ſit niſi vna eſſentia ⁊ di
uinitas triū perſonaꝝ. Intellectꝰ bellat
q̄rens rōnē. ſed vincit̄ ꝑ ſimplicē credē
tiā captiuādo. ⁊ ſubiugando eū ad cre
dendū illud q̄ꝺ dixit ille q̄ nō pōt mēti
ri. nec decipere nec decipi. ⁊ ſui apl̄i ꝑ
dicauerūt. ⁊ ſua eccl̄ia affirmat ⁊ d̄ter
minat. De hoc triūpho meremur corōa
ri ī celo. Idē d̄ xp̄i īcarnatōe. Fuit vn
ꝙ̄ aliq̄d tā extraneū. mirabile. ⁊ inauditū.
ꝙ̄ ꝙ deꝰ ſit hō? Plꝰ eſt ꝙ̄ ſi ſol factꝰ fuiſ
ſet lapis. ⁊ celū lutū. maiꝰ eſt mirabile
ꝙ deꝰ īfinitꝰ factꝰ ſit homo ī vtero vni
us puelle: ſtatī intellectꝰ querit rōnē.
Sꝫ hēt̄ur victoria dicendo. credo dn̄e
ſimpliciter. ex quo vos dixiſtis ⁊ apl̄i ꝑ
dicauerunt. ⁊ ita habet̄ in euāgelijs ⁊
determinat̄. Idē de ſacramēto altaris
ꝙ ex uerbis uniꝰ ſacerdotis ſiue pecca
toris celū aperiat̄. ⁊ xp̄s deſcendat in
hoſtia. ⁊ etiā in ml̄tis hoſtijs. ut uox
mea in auribꝰ veſtris. ⁊ cū diuidit̄ ho
ſtia nō diuiditur xp̄s ſed totus integer
remāet ī qualibꝫ particula. vt imago ī
ſpeculo ⁊ eius parte. ſtatī intellectus
querit. q̄uo eſt hoc poſſibile. ⁊ quomō
ſtat xp̄s in hoſtia ſedendo vel iacendo
⁊ huiꝰmōi. Sed victoria hēt̄ per ſimpli
cem credentiā dicendo. Dn̄e ego credo
ſimpliciter ex quo vos ordinaſtis. ⁊ ec
cleſia tenet. ⁊ tot miraculis eſt ꝯfirma
tum. Iſta eſt victoria ex qua meremur
coronam in celo: ſic ſubiugādo ⁊ capti
uādo intellectū nr̄ū. De hoc dicit apl̄s
2. cor. 10. Deſtruētes omnem altitudinē
extollentē ſe aduerſus ſcientiā dei. ⁊ ī
captiuitatē redigētes omnē intellectū
in obſequiū xp̄i. Ex tali victoria ſubiu
gādo intellectū ad credendū datur co
rona a deo in celo. nō vniꝰ regni corru
ptibil̄. que hodie habet̄ ⁊ cras perdit̄.
ſed datur corona glorie xij. ſtellarū. vt
dicitur de virgine maria apoc. 12. Et in
capite eiꝰ corona ſtellaꝝ. 12. Moral̄r ita
poteſt dici de quolibꝫ xp̄iano habente
triumphū de ītellectu ꝑ ſimplicē credē
tiam. Iſta mlr̄ eſt aīa xp̄iana. amicta
ſole. i. xp̄o per ſimplicē credentiā. ⁊ lu
na. ſ. ſcientia phie. ſub pedibꝰ eius non
curādo in his que fidei ſunt de rationi
bus. in capite eius corona ſtellarū. 12.
i. 12. articulorū fidei ſcḋm ꝙ fuerūt. 12.
apl̄i. qui articuli continent̄ in credo.
Dicat̄. Ecce hic. 12. veritates tanꝙ̄. 12.
ſtelle. Eſſet pulcra corona regie ī qua
eſſet la ſtella d̄ lalba. pulcrior eſt corōa
que dat̄ aīe que hūit victoriā de intel
lectu ſuo. de qua dicit apl̄s. 2. tim. 4.
Bonū certamen certaui. curſum cōſu
maui. fidē ſuaui. In reliquo ſuple ſecu
lo repoſita ē mihi corōa. In iſto bello
hūit triumphū. b. petrꝰ martir q̄ fuit lō
bardus d̄ ciuitate veronēſi vbi erant
multi heretici ⁊ īfideles ⁊ eiꝰ parentes
oēs erāt īfideles. Inter quos exiuit b.
petrus ut roſa īter ſpinas. Qui cū eēt
5. vel. 6. annoꝝ. veniēs d̄ ſcola ī quadā
ciuitate vel platea obuiauit cuidā auū
culo ſuo qui erat īfidelis. ⁊ q̄rebat vn
de veniret. Rn̄dit puer ꝙ de ſcola. In
terrogatꝰ q̄d didiciſſet. rn̄dit. Credo in
deum patrem ⁊c̄. Auūculus reprehen
dens eū dixit. Et quis docuit te? hoc
non credas: q2 non eſt ita. Rn̄dit puer
Ita docuit me magiſter. ⁊ habet̄ ita in

carta mea: ꝛ ita ego credo. Et auūcul⁹
voluit eū percutere. ſ; dixerunt ſibi ꝙ
non faceret. ſed faceret ſibi aliq̄s ratio
nē ꝯ: q2 ſtatī puer eſſet victus. ꝛ fecit
ꝯ pueꝝ ratiōes d̊ phia. quas puer anul
lauit. Pro quo auūculus indignatus.
percuſſit eum d. O ribalde ꝛ mecū ita
contēditis. Rn̄dit puer. Volo viuere ꝛ
mori ī iſta fide. Et ex tūc recepit fidem
in tāta; firmitatē. ꝙ deſiderabat ꝛ ora
bat mori ꝓ fide. Quādo videbat corp⁹
xp̄i. ſicut alij dicūt adoram⁹ te xp̄e ꝛc̄.
ipſe dicebat vtinā dn̄e moriar pro te ꝛ
pro fide tua ſicut ꝛ tu mortu⁹ es ꝓ me
Unde cum ſemel ſoci⁹ quereret ab eo
ſcire orationē quā faciebat in eleuatōe
corporis xp̄i. dixit ſibi iſtam: que non
placuit ſocio. Fiat ergo rō. Si vincenti
bus intellectū propriū per ſimplicē cre
dentiā datur corona. ꝛ petr⁹ habuit vi
ctoriam: ergo coronabiꝛ qui legi. cer.
Moralr̄ hētis hic exēplū vt adiſcatis
credo ī deū. Et null⁹ p̄t ſe excuſar̄. Si
cut adiſcitis cantiōes ſic ꝛc̄. Et dicē eū
quolꝫ mane ꝛ ſero cū ꝓſtratiōe. ſic lu
crabiꝛ coronā. Benedictus erit qui B
conſilium tenuerit ꝛc̄.

Scd̄ꝫ ꝑliū ē ꝯ ꝓpria; volūtatē. Super
oēs creaturas hō hꝫ B. ſ. liberꝝ arbitriū
ad volēdū ꝛ deſiderandū; qcqd vult.
Eccl'ci. 15. De⁹ ab initio ꝯſtituit hoīem
ꝛ reliqt illū ī manu ꝯſilij ſui. glo. ī lib
tate arbitrij. Victoria hētur ꝑ hūilem
obediētiā. ſ. ꝯ liberꝝ arbitriū obediēdo
deo d̊bi grā. Si volūtas tua te īclinat
ad ſupbiā. pōpā. ꝛ vāitatē. ꝛ de⁹ p̄cipit
hūilitatē. Dicas. Dn̄e lꝫ volūtas īcliet
me ad ſupbiam. tn̄ q2 vos dn̄e precepi
ſtis humilitatē. potius volo vobis obe
dire q̄ ꝓprie voluntati. Idem de aua
ritia. luxuria. gula. ira īuidia. accidia.
Ecce qūo hētur victoria ꝑ humilē obe
dientiā. Quaſi dicendo vt xp̄us dixit
in nocte paſſiōis. Non mea voluntas
fiat. ſed tua. Ex iſto triūpho meremur
coronam. Auctoritas tob. 3. hoc autē

pro certo hꝫ oīs qui colit te: q2 vita eī⁹
ſi ī ꝓbatione fuerit coronabiꝛ. In iſto
bello b. petrus hūit victoria;. Poſtq̄
enim habuit victoriam de intellectu ꝑ
ſimplicē credentiam. voluit habere vi
ctoriam de voluntate per humilē obe
dientiam non ſolum obediendo p̄cep
tis dei quibus oēs tenemur obedire. ſ;
etiam conſilijs euangelicis. Ideo ītra
uit noſtrum ordinem predicatorum.
Poſtq̄ enim ſe recognouit. dixit. O q̄
malum eſt ſtare inter ſerpētes ꝛ beſti
as venenoſas. Et ſine licentia parētū
receſſit. ꝛ venit ad monaſterium pre
dicatorum de verona: quia tunc īcipie
bat ordo noſter. Et dicūt aliqui ꝙ ad
huc viuebat b. dominicus. dicens prio
ri quomodo erat nat⁹ ꝛ nutritus īter
infideles qui non credunt articulis fi
dei. Sed deus fecit ſibi grā;: q2 n̄ fuit
ab eis deceptus. ꝑꝑ qd̊ volo intrare or
dinem veſtrum. qui predicat fidē xp̄i.
De quo prior ꝛ oēs fratres fuerūt ga
uiſi: quia erat puer tam famoſus ꝛ re
ceperūt eū. In quo ordine obediuit n̄
ſolū p̄ceptis dei. ſed etiam conſilijs.
Seruauit. n. ibi obediētiā generalē. cō
tinētiā āgelicā. ꝛ pauptatē aplicā. Non
oportebat hēre claues ſicut mō: q2 nih
hēbat ī cela. vt lucrareꝛ meritū paup
tatis aplice. Itē ſeruauit cerimōias or
dinis ī cibo. potu. ꝛ ieiunijs. ī veſtitu.
in ſilentio. inclīatōibus. ꝛ in alijs. ita
ꝙ ſua vita nō erat niſi exēplū religiōis
Et q2 ſic ſe humiliabat obedire nō ſo
lū deo ſed ēt hoīb⁹ ꝑꝑ deū. De⁹ ēt obe
diebat ſibi in miracul'. Nota de blaſ
femo hertico quē reprehēdit. q2 ita dꝫ
fieri. cū ille non corrigeret ſe. imo for
tius blaſſemaret B. petrus orauit ꝙ d̊
us ſibi auferret verbū. ex quo ita male
vtebatur eo. Et ſubito factus ē mutus
Ecce qūo deus facit voluntatē illorū
qui faciūt volūtatē dei Joh. 9. Si qs
dei cultor ē ꝛ voluntatem eius facit.
hunc deus exaudit. Ecce quomō hūil

victoriam de voluntate per humilem
obedientiam. Ergo corõabit̃ qui legi-
time certauerit. Moralr̃ hẽtis hic exẽ
plũ obediẽdi p̃ceptis dei. ⁊ cauendi a
blaſſemijs: qꝛ ex iſto peccato veniunt
ſiccitates. fames. mortalitates ⁊c̃.
De blaſſematoribus aũt deberet fieri
punitio. ſ. vt ꝑderent liguã. Et ꝫ recto
res nõ faciant. deus faciet: qꝛ morien
tur ſine cõfeſſione ⁊ ſine teſtõ. Ideo di
cit̃ Thob. iꝫ. Maledicti erũt qui cõtẽ-
pſerunt te. ⁊ cõdẽnati erũt oẽs q̄ blaſ-
femauerunt te. Tertium bellum eſt ꝯ̃
ꝓpriam carnem. Ecce q̃ñ ſequit̃ per
ordineꝫ. Primũ bellũ ẽ ꝯtra itellectũ.
Scdm ꝯ̃ voluntatẽ. Tertiũ ꝯ̃ carnẽ õ
qua hẽmus victoriam ꝑ puram ꝯtinẽ
tiam vel durã pniam. Quãdo homo hꝫ
etatem diſcernẽdi. caro cõſurgit ꝯtra
ſpũꝫ qui vellet cõtẽplari. Caro aũt nõ
vellet cõtẽplari. ſed ĩ delectatõibus ⁊
luto luxurie volutari vt porcus. Ad
gal̃. 5. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpũm
ſpiritus aũt aduerſus carnem. Sed
vincit̃ ꝑ puram cõtinentiã. vel duraꝫ
pniam humiliando carnẽ afflictionibꝰ
ſeu caſtitate. Sicut. n. equus qñ aufer
tur ſibi annona ſtat ſimpliciter. Ita de
equo cõporis auferendo ſibi delectati
ones ⁊ ſolatia. abſtinendo a cibo ⁊ po
tu. ſolũ recipiẽdo neceſſitatẽ. Sed illi
q̄ nimis curãt de ſuo corpore. accidet
vt dño qui nimis curat de ſuo equo:
qꝛ proijcit eũ in luto. Teneat̃ corpꝰ ſub
freno tẽperantie. ⁊ viuetis in pace. Ex
hoc triũpho meretur homo coronam
in celo. Auctas ſapi. 4. O q̃ȝ pulcra eſt
caſta gñratio cũ claritate. ⁊ ſeqtur. ⁊ ĩ
ꝑpetuũ coronata triũphat. Nota cũ cla
ritate ſiue caritate. Aliq ſunt caſti ſed
non cum caritate ſꝫ ex neceſſitate. Vbi
gratia ſunt multi religioſi vel clerici q̄
ſolo timore perdendi honorẽ ⁊ famam
viuũt caſte. ſed hẽnt illud deſiderium
ſi poſſet fieri ſecrete. Tal̃ caſtitas nõ
ẽ pl̃cra. nec cũ caritate: qꝛ ñ amore dei
ſed tĩore ꝑiculi fit. Idẽ de mulieribꝰ ca
ſtis ſolo tĩore. ſed ſi ſecrete poſſent ⁊c̃.
tales coram deo iam ſunt meretrices.
Sed pulcra caſtitas ⁊ cum caritate ẽ
qñ amore dei homo viuit caſte. Iſtaꝫ
habuit b. petrꝰ martir. qui cũ magnis
abſtinentijs afflictionibus. ⁊ aſperitati
bus vite. ſemper cõſeruauit ſuam vir
ginitatem vt papa teſtatur in ſua ca-
nonizatione teſtimonio cõfeſſoruꝫ ⁊c̃.
Nunq̃. n. ĩ corde deſiderauit illõ opꝰ.
ſi forte ĩ ſomnis. hoc ñ ẽ cl̃pa ⁊c̃. Fuit
eniꝫ purus vt puer. 5. annoꝝ. Propter
hoc deꝰ fecit ſibi grãm: qꝛ qñ tãgebat
ĩfirmos ſtatim curabãtur. Illumiabat
cecos. curabat ſurdos ⁊ mutos ⁊c̃. Tã
tã grãm hũit ex ſua virginitate. q̄ ſua
veſtimẽta curabãt infirmos. Et poſſu
mus de eo dicere illud luc. 6. Oĩs tur
ba querebat eũ tangere. qꝛ virtus de
illo exibat ⁊ ſanabat oẽs. Pꝫ victoria
quã hũit cõtra ĩfirmã carnẽ. Ergo co-
ronabitur qui legi. certauerit. Mora
lit̃ hẽtis hic exẽplũ viuẽdi caſte. Mlti
eni deficiũt ĩ iſto ꝓlio ⁊ vincũtur. Dica
tur iuxta auditores ⁊c̃. Iõ apl̃s. i. ad
theſ. 4. hec ẽ voluntas dei ſanctificatõ
veſtra ut abſtineatis uos ⁊c̃.

Quartum bellum eſt contra dyaboluꝫ
q̄ fortiter bellat ꝯ̃ nos ñ ceſſat die ac
nocte. Bellũ itellectꝰ volũtatis ⁊ car
nis ceſſat aliqñ. ſꝫ bellũ dyabo. ñ ceſſat
Iõ pe. apl̃s. i. pe. 5. Fr̃es ſobrij eſtote
⁊ vigilate. qꝛ adũſariꝰ vr̃ dya. tãq̃ȝ leo
rugiens circuit q̃rens quẽ deuoret ⁊c̃.
Vincit̃ aũt ꝑ veraꝫ ſapiam dupliciter.
Aliq vicunt dyabolum expellẽtes eũ a
ſe. ñ cõſentiẽdo tẽptatiõibus. Aliq vin
cũt dyabolũ expellẽdo eũ ñ ſolũ a ſe ſꝫ
etiã ab alijs ꝑ verã ſapiam. ⁊ iſta ẽ me
lior victõia. Sicut miles qui diligẽter
cuſtodit caſtꝝ ſibi cõmiſſum a rege bñ
facit. ⁊ meret̃ ſalariũ: ſed ſi vult hic
acquirat alia caſtra inimicoꝝ regi tal̃
meret̃ maius ſalarium. Ita ſi ille qui

predicat cuſtodit caſtꝝ ꝑſone ſue ꝑ bo
nā vitā. tal' mēr coronā. Sꝫ ſi ꝑ ſapiaꝫ
diuīe p̄dicatōis acqrit regi xp̄o caſtra
inimicoꝝ. qñ p̄dicādo ꝯuertit ſupbum
qui erat caſtrum dyaboli per ſuperbiā.
vel ꝑ auaritiam. vel ꝑ luxuriam. ⁊ ſic
de alijs. tal' meli⁹ meret' coronā. i. pe.
5. Paſcite qui ī vob̄ eſt gregem dei ꝓ
uidētes ñ coacte ſed ſpōtanee ſ̄ꝫ deū.
neqꝫ turpis lucri grā. ſꝫ voluntarie. ⁊
cū appuerit p̄nceps paſtoꝝ ꝑcipietis i
marceſſibilē glīe coronā. Jſtā victori
am hūit b. pe. Qñ. n. fuit magnus ⁊
ſtuduit theologiam. īcepit p̄dicare. O
quot caſtra acqſiuit xp̄o. Pzio. n. acq
ſiuit caſtꝝ corpis ſui. Dicit papa ꝙ nun
ꝗ̄ peccauit mortal'r. ſꝫ ī grā baptiſma
li cōſeruauit ſe eā cōtinue augumētā
do. deīde p̄dicādo ſapiam dei. Quot ſu
ꝑbi fuerūt cōuerſi ⁊ fecerūt pniam. ⁊
ſunt mō ī ꝑadiſo ex ſua p̄dicatiōe. Jtē
quot auari vſurarij. Jtē quot luxurio
ſi ⁊ ꝯcubinarij. quot guloſi. quot iracū
di q remittebāt inimicis ⁊ faciebāt pa
cē. quot īfideles ⁊ heretici cōuerſi fue
rūt. Si ergo ꝑ verā ſapiam qs cōſequi
tur coronā. Quid dicem⁹ de b. pe. Co
ronabit' q. ⁊c̄. Dicat' hic de nube edu
cta ꝯtra eſtū ſolis ad ppl'i ꝯſolationeꝫ
mirabil'r. Moral'r hētis hic exemplūꝫ
docēdi filios. ſuitores. ⁊ ācillas ūras:
qꝛ qñ homo docet alios aliqđ bonum
ꝙ homo acqrit hꝫ coronā glorie. Auc
toritas eccl'ci. 32. Rectorē te poſuerūt
noli extolli. curā illoꝝ habe ⁊ ſic cōſi
dera. ⁊ oī cura tua explicita recūbe.
vt leteris ꝑꝑ illos. ⁊ ornamentū gratie
accipias coronam. Quintū bellū eſt ꝯ̄
mūdū qui bellat ꝯtra nos ī īfirmitati
bus. paupꝛtatibus. ſicitatibus: tribula
tiōibus: ⁊ aduerſitatibus. Jō dicit xp̄s
ioh. 16. Jn mūdo p̄ſſurā hēbitis ſꝫ ꝯfi
dite. qꝛ ego vici mūdū. Uicitur autem
iſte mūdus ꝑ firmā patiētiam. Dicēdo
domine vos poteſtis me iuuare: ſed ex
quo vob̄ placet ꝙ patiar paciēter reci
pio. Et hoc hō meret' coronā. Apoc. 2.
Eſto fidel' vſqꝫ ad mortem. ⁊ dabo tibi
coronaꝫ vite. Jſtā victoriā hūit b. pet.
Dicat' cū eēt īquiſitor ⁊ diſputaret ꝯ̄ he
reticos. nō poterāt ſibi rñdere. heretici
tractauerūt eius mortē. Fuit. n. vēdi
tus vt xp̄s. ⁊ dū iret ꝑ viā fuit occiſus
Nō eius martiriū ī quo pluit ſanguis
de arborib⁹ illius nemoris vbi fuit oc
ciſus. ⁊ celum fuit viſum aptuꝫ. ⁊ xp̄s
cū virgine recipiētes ī celo b. petruꝫ.
Jlla terra vbi fuit occiſus hūit magnā
virtutem ad curañ infirmitates. Fuit
ſepultus honorifice. ⁊ lampades accē
debātur luīe de celo deſcēdente. Jdeo
cantat'. Ad ſci petri tumulū frequēs
lux deſcēdit. in cuius laudis titulū lā
pades accendit. Miracula que fecit in
terra in mari. ⁊ ī mulieribus ꝓ filijs
hēndis īfinita ſunt. Pꝫ ergo quō b. pe.
hūit victoriā de intellectu ꝑ ſimpliceꝫ
credētiā. de volūtate ꝑ hūilē obedien
tiā. de carne ꝑ nitidaꝫ ꝯſciam. de dya
bolo ꝑ firmā ſapiam alias verā. de mū
do ꝑ firmā patiētiā. Ergo vt dr̄ Jac. p̄
Btūs vir q ſuffert tēptatiōeꝫ qm̄ cum
ꝓ. fu. accipiet coronā vite. quaꝫ repro
miſit deus diligentib⁹ ſe.

## In feſto apl'oꝝ philippi ⁊ Jacobi.

Ecce quō cōputati ſunt inter fi
lios dei. hēt' verbū iſtud textua
liter ſapie. 5. Official'r ī epiſtola
hodierna. hodie ē feſtū duoꝝ glorioſo
rū apl'oꝝ. Et ſi de vno apl'o ē magna ſo
lēnitas multomagis de duobus. Et ſi
placet deo hēbimus bonas doctrinas.
ad virtutū inſtructionem. peccatorum
correctionem. ⁊ vite reformationem.
Sed pri⁹ ſalutetur virgo ma. ⁊c̄. Pro
huius verbi declaratione ⁊ materie p̄
dicāde ītroductione. ſcieñ ꝙ inter oēſ
ſcōs qui fuerunt a principio mundi. ⁊
ſunt. ⁊ erūt ī poſteꝝ qui magis ꝯuētien
ter ⁊ excellenti⁹ dicuntur filij dei ſunt
apoſtoli. licet omnes ſancti ⁊ deuote

perſone dicatur filij dei. Ratō eſt iſta. Nam filiatio diuina cauſatur in hoīe ex uita ſpirituali que hētur i hoīe per grām ex pñtia ſpūs ſcī. alr̄s q̄tūcūq; ſit magn⁹ dn̄s. vel platus. magr̄ ſeu graduatus. ſi n̄ hȝ vitam ſpiritualem nō ē filius dei ſed inimicus. Sicut. n. fet⁹ cōceptus nō hȝ rōnem humane filiatō nis donec infundit' aīa rōnalis q̄ ꝯplet hūanā vitā ⁊ dat eē ſbāle i ſpetie hūana ſic ⁊c̄. Nota ad h̄ pulcrū miraculū b. petri mar. de muliere piēte fruſtrū carnis ⁊c̄. Pȝ ergo ꝙ filiatō hūana venit ex ſpū rōnali. quo deperdito p mortem. illud corp⁹ n̄ dr̄ fili⁹ nec filia nr̄a ꝓprie loquendo. Ita lȝ hō ſit genitus a deo in baptiſmo. ⁊ ſit cōfirmatus. ⁊ ſit magnus dn̄s ⁊c̄. niſi hēat vitā ſpūalem ⁊ ſpūȝ ſcūm ſecū per grām nō dr̄ filius dei. Sed qn̄ poſt baptiſmū ⁊ cōfirmatiōem hō viuit in vita ſpūali. qꝛ plus curat de aīa. qꝛ ſpūs ē melioꝛ corpoꝛe q̄ de corpe. dolet de pcīs pteritiſ cauet ō futuriſ. tal' dr̄ fili⁹ dei. Auctas ad ro. 8. Quicūq; ſpū ōi agit'. i. regūt' mouētur ⁊ iſoꝛmāt'. hi filij dei ſunt. Jt alia de veteri teſtō. Dauid loquens de pſonis qui tenēt vitā ſpūalem dixit ps 81. Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi oēs. Nota dij eſtis nō eſſentialr̄ ſed pticipatiue. Mō ad ꝓpoſitū cōſtat ꝙ iter oēs ſcōs apl̄i excellenti⁹ tenuerūt vitā ſpiritualē. ⁊ fuerūt pleni ſpū ſcō. Nā doctria ē clara i ſacra theo. ꝙ xp̄s ē fons oīuȝ grāꝝ ſpūaliū. Jō ſcī q fuerūt xp̄o ꝓpiqoꝛes fuerūt magis ſpūales: qꝛ q magis appꝛopinq̄t xp̄o fonti ſpirituali magis ē ſpūal'. Mō iter ſcōs q fuerūt an̄ xp̄ȝ l' p⁹: apl̄i fuerūt xp̄o ꝓpīqoꝛes. qꝛ cū ipſo ſteterūt cōederūt. ⁊ biberūt iō fuerūt magis ſpūales ⁊ maioꝛs ſcī. Nō ſil'itudīe; digitoꝝ i māu ad digituȝ lōgioꝛē. Scī pr̄iarche q fuerūt an̄ xp̄ȝ. fuerūt ſcī ⁊ ſpūaleſ. ſȝ magis ſcī ⁊ pfcī fuerūt ꝓphe q fuerunt xp̄o ꝓpiqoꝛes. vt moyſes. dd. ⁊ alij. Sȝ iter oēs iſtos ſanctioꝛ fuit Jo. bap: qꝛ fuit xp̄o ꝓpīnqoꝛ. qꝛ eū baptizauit. vn̄ dixit xp̄s ō eo Mat. xi. Int̄ natos ml'ꝝ nō ſurrex̄ maioꝛ iohāne baptiſta. Uirgo āt ma. ſup oēs fuit ſpūalioꝛ. qꝛ fuit xp̄o ꝓpiquioꝛ: qꝛ ipȝ poꝛtauit i vtero. 9. mēſes. Poſt ỽginē āt maioꝛes ſcī ⁊ magis ſpūales ⁊ pl⁹ pleī ſpūſancto. fuer̄t ſcī apl̄i. p⁹ eos ſcī martires. Et p⁹ ſcī ꝯfeſſoꝛes: Ultīo veīm⁹ nos q iā nihil valem⁹. Nō ſum⁹ niſi furfur ⁊ h⁹mōi. iō dicebāt apl̄i ad ro. 8. Nos ipi pmitias ſpūs hn̄tes. glo. qꝛ tpe poꝛs ⁊ cetēis abūdātiuſ. idē. n. ſpūs teſtimoniū reddit ſpūi nr̄o qm̄ ſumus filij ōi. Recte ergo ō apl̄is phi. ⁊ iadicit thēa. Ecce. ſ. rōnē ⁊ mōȝ quō. ſ. iſti duo apl̄i ꝯputati ſūt int̄ filios dei. Pȝ thēa. Mō pdicare ō vita uni⁹ apl̄i ē magn⁹ ſmo. q̄tomagis ō duob⁹ apl̄is Jō dicā modicū ō quolȝ. Et pzio in b. philippo nōui. 3⁹. ſigna dīne filiatiōis.

Pꝛimū ē dilectio ſpūalis.

Scōm ē pdicatio euangelicalis.

Tertiū ē paſſio martirialis.

Quantū ad pꝛimū Dilectio quā hēbat b. philipp⁹ ad ſuos pētes ⁊ amicos. tota erat ſpūal'. Pri⁹ apl'us vocat⁹ a xp̄o fuit philipp⁹ vt pȝ Jo. i. Dixit ſibi xp̄s ſeq̄re me. Nūdū xp̄s h̄ ỽbū dixerat alteri. Philp⁹ ỽo illuiat⁹ ⁊ iſtruct⁹ a xp̄o volebat thē ⁊ adducē fr̄eȝ ſuū ad xp̄m n̄ vt ſibi daret aliqd tpale. ſȝ vt ſaluaret aīaȝ ei⁹ ⁊ ibat q̄rēdo fr̄eȝ ſuū nathanaelē q erat magn⁹ doctō i lege. Quo iuēto. Dixit ſibi philipp⁹ illō io. pꝛimo. Quē ſcripſit moyſes i lege ⁊ ꝓphe iuēnim⁹ yhȝ. veī ⁊ vide. Et dixit eū ad xp̄m q̄ſi volēs dicē. Dn̄e ſic me illuīaſtis ⁊ ꝯuertiſtis. illuīetis ⁊ cōuertatis fr̄em meū. Placȝ mihi dixit xp̄s. Et dixit natanaeli. Ecce ỽe iſrl'ita. i quo dol⁹ n̄ ē. Dixit ei natanael. Vn̄ me noſti: Jeſus rn̄dit ⁊ ait. Pꝛiuſq̄ te philippus vocaret eū eſſes ſb ficu vidi te. ⁊c̄ nathanael a xp̄o illumiat⁹ ⁊ cōuerſus dixit xp̄o Rabi tu es fili⁹ dei. tu es rex iſrl'. Ecce

quõ oñdit amor ſpũal' b.philippi erga frem ſuũ. In hoc deficim⁹ mõ ĩ mũdo qꝛ tota dilectio nr̃a ad parẽtes ꝛ aĩcos eſt carnal': qꝛ diligim⁹ corpora pẽtũ. ho nores. officia ꝛc. cõedẽdo. bibẽdo. ꝛ ri dẽdo. ꝛ triũphare. valde pauci ſũt qui habẽt amorẽ ſpũalẽ diligẽdo aĩaꝫ alteri⁹. eũ iducẽdo ad bonã vitã. cũ tñ xp̃s pcipiat d. ioh. iſ. hec mãdo vobiſ ut di ligatis iuicẽ. Dñe ꝛ q̃li amor? R̃ñdit ſi cut dilexi vos. ſ. amore ſpũali Jõ vir dꝫ diligere vxorẽ ſuã nõ ſolũ amore ſeu di lectõe carnali ſꝫ ſpũali: qꝛ ſi vir ſit bo n⁹ ꝛ deuot⁹ ꝛ uxor vana ꝛ põpoſa ꝛc. vir dꝫ tenere bonos modos ut eã tra hat ad xp̃ꝫ ꝛ ecõuerſo vxor virꝝ ribaldũ ꝛc. ꝛ pẽtes filios ſuos iſtruẽdo vt ſciãt ſe ſignaꝛ. oraꝛ ꝛc. Etiã debẽt dãe oportunitatẽ audiẽdi miſſã. ꝯfitẽdi ꝛc. Uici n⁹ dꝫ atrahere vicinũ. ſoci⁹ ſociũ. reli gioſus aliũ religioſũ. cleric⁹ clericũ ad xp̃m q̃tum poſſunt bõis modis. Jſta ẽ dilectõ ſpũal'. bõa. ꝛ ſcã. Jõ dĩ ſcriptu ra. apoc. vl. Spõſ⁹ ꝛ ſpõſa dicũt vẽi. ꝛ qui audit dicat vẽi. Spõſ⁹ ẽ xp̃s. ſpõ ſa ẽ eccl'ia q dicũt veni. ſ. ad padiſũ. di mittas viã iferni. Tu. n. uadis p uiam ſupbie que ducit ad iferñuꝫ. iõ ueni p uiã hũilitatis. ꝛ ſic de alijs. ꝛ q audit v̄ bũ xp̃i. ſ. obediẽdo dicat. ſ. alteri ueni. Et iſtud ẽ pͥmum ſignũ filiationis.

Quantũ ad 2m ſignũ filiationis diui ne. ſ. bea. phi. fuit p̄dicatio euãgelica ſiue ap̃lica. Poſtq̃z. n. uixit cũ xp̃o diu ſpũaliter. final'r poſt xp̃i paſſionẽ. aſcẽ ſionẽ ꝛ ſpũs ſci receptionẽ philippus memorãs verbũ xp̃i d. actu. i. Eritis mihi teſtes ĩ yrl'm. ꝛ ĩ oĩ iudea. ꝛ ſa maria. ꝛ vſqꝫ ad vltimũ terꝛ Nõ. eritiſ mihi teſtes de vita mea cõuerſatiõe. p̄dicatõe. paſſiõe. reſurrectiõe. ꝛ aſcẽ ſiõe. pp hoc b. philippus incepit p̄dica re primo in yrl'm in plateis. ꝛ vicis. ciuitatibus vbi fecit magnũ fructum cõuertẽdo multos ad fidẽ xp̃i. Deinde p caſtra. ꝛ villas p̄dicãdo. viſitauit to tã iudeã. Deĩde trãſiuit ad ptes ſama. Deiñ ĩ aſiã que ẽ maior pars mũdi. Di cit hiſtoria q pſonas ĩnumerabiles ad fidem xp̃i ꝯuertit. Jõ dr̃ philippus os lãpadis pp ſuã luculentã p̄dicationeꝫ. Lãpas. n. hꝫ orẽ latũ. Deĩde eſt uncta oleo. Tertio ẽ clara ad illuminãdum. Jta os b. philippi fuit latũ ad p̄dican dũ. ubiqꝫ vnctũ ꝛ medicinale ad ꝯuer tendũ pp̃los multos. claꝝ ad illuiãdũ corda gentiũ. Sibi ergo dr̃ p pph'am iere. iſ. Si ſeparaueris p̄tioſum a vili q̃ſi os meũ eris cõuertẽtur ipſi ad te. ꝛ tu nõ cõuerteris ad eos. Precioſũ ẽ fides catholica. Uile ẽ error ꝛ ydola tria. hec ſepabat ſcũs philippus ore p̄ dicãdo. Jtem p̄tioſa res ẽ virtus. Uile eſt vitiũ. hec ſepabat b. philippus ore p̄dicãdo. Jdem de ſupbia ꝛ hũilitate. De auaritia ꝛ liberalitate. De luxuria ꝛ caſtitate. ꝛ ſic de alijs. B. philippus ſepabat p̄tioſum a vili: qꝛ ſuperbum ꝯuertebat ꝛ faciebat humilem. ꝛ ſic d̄ alijs. Jõ ſeq̃ꝛ Jpſi ꝯuertẽꝛ ad te. ſ. ad fidem quã tu p̄dicas. ꝛ tu nõ cõuerte ris ad eos. ſ. ad coꝝ ſectã. ꝛ errorem. Eſt hic q̃ő. quõ vnus hõ ſimplex ſcõm mũdum tãtos populos cõuertebat qui erãt iam antiquati ĩ coꝝ ſecta mala. ꝛ ſtatim credebant ꝛ ꝯuertebãtur ad xp̃m. Jdem de peccatoribus aſſuetis ĩ pcĩs. ꝛ ſtati cõuertebãꝛ ad virtutes. ꝛ mõ cũ ſim⁹ multi predicatões ñ poſſu m⁹ ꝯvtẽ vnũ ifidelẽ. Jmo iã ꝯv̄ſi p̄vtũ tur: qꝛ ap̃li ꝯvterẽt q̃ſi totũ mũdũ qꝛ ꝛc. qꝛ ĩ oẽꝫ terrã exiuit ſon⁹ coꝝ ꝛc. ꝛ mõ m'ti p̄v̄ſi ſꝛ. Pro rñſione dicaꝛ q ap̃li hẽbãt tria. qꝛ neqꝫ mirꝝ ſi gẽtes ꝯvtebã tur. ſ. pͥmo doctrinã celeſtialẽ. Nos hẽ m⁹ oppoſitũ. ſ. ꝛc. Sꝫ doctrĩa ap̃loꝝ to ta erat celeſtial'. ꝯvtẽdo gentes ad dei amorẽ. ꝛ ad amañ celeſtia. Mõ ãt doc trĩa m'toꝝ to⁹ ẽ poetaꝝ dãnatoꝝ. Quõ ergo poterit aliquẽ ſaluare tal' doctrĩa Aures tãgit ꝛ nubes ꝛc. ſꝫ ñ ꝯvtit cor da. Doctrĩa celeſtis ꝛ euãgelica hꝫ op poſitũ. ñ hꝫ illas cadẽtias poetaꝝ. ſed

doctrīa euāgelicā frāgit ⁊ penetrat cō da. ⁊ illuīat itellectū. ⁊ iſlāmat volūta tē. Ðeſ exēplū ō aq̄ q̄ aſcēdit nāl'r. tm̄ q̄tū deſcēdit. Si v̄o ꝓcedit a p̄ncipio īfimo n̄ pt aſcēdē. Ita ē de doctrīa euā gelica q̄ ab altiſſimo fonte ꝓcedit ab illo fōte de q̄ eccl'i. p̄. Fons ſapīe v̄bū dei ī excelſis. Jō fac aſcēdē pſonā ſuo te pdicātē ⁊ ip̄ȝ obſuātē vſq̄ȝ ad celū. Sȝ aq̄ doctrīe poetaꝝ ꝓcedit a p̄ncipio īfimo hūani itellect⁹. Quō ergo faciet te ad celū aſcēdē. Ꝓpt̄ h̄ dicebat xp̄s ioh. 4. Oīs q̄ bibit ex hac aq̄. ſ. doctrīe phie ſ̄ȝ itellectū alegoricū. ſitiet iterū Qui āt bibit ex aq̄ quā ego dabo ei n̄ ſitiet ī eternū. Et q2 b. philipp⁹ p̄dica bat doctrīā euāgelicā ⁊ celeſtē. ⁊ diſ putabat ſīn̄ forma ſilogiſtica ⁊ ſimpl'r dicēdo v̄ba fidei. gētes credebāt. ⁊ ꝯv̄ tebāt: q2 ita ꝓmiſerat eis xp̄s d. luc. 21. Ego dabo vob̄ os ⁊ ſapīāȝ ⁊c̄. Sc̄d̄a rō q2 apl'i hēbāt vitā ſpūalē. n̄ curabāt ō bōis huiuſ mūdi. Jmo dicebāt gēteſ Quid vult iſte hō. vult pecūias. digni tas? Rn̄debāt alij. Nō. ergo q̄d vl't? Di cebāt alij. Nihil aliō vult niſi honoreȝ dei. ⁊ ſaluatōeȝ aīaꝝ. Jeiūabant facie bant magnas pn̄ias ⁊ afflictōes ī ſuis ꝑſōis. vitabāt familiaritates. Nos v̄o mō neſcim⁹ p̄dicare niſi ꝓ vanitate. vt videamur ⁊ laudemur. l' ꝓ pecūijs acq̄rēdis. l' ꝓ familiaritatib⁹ hn̄dis corā regib⁹ ⁊ dn̄is. Nō ē iſta vita ſpūal' ſed dānatio īfernal'. q2 lȝ l'ra regis vel pape ſit optīe ordīata. ⁊ colore rethori co falerata. ſi v̄o ibi ſigillū n̄ ē. q̄cquid dic̄ n̄ credit̄. O ribalde nōrīe q̄uo ordi naſtis iſtā l'ram. Sȝ q2 n̄ hȝ ſigillū non creditis. Jta ſ̄mo rethoric⁹ ⁊ optīe or diatus ē vt l'ra regis l' pape. ſȝ q̄n ille q̄ pdicat caret ſigillo bōe vite n̄ credit̄ ſibi. Jſta ē rō q̄r mō n̄ ꝯūtūt̄ īfideles nec pcōres. Apl'i āt hēbāt vitā ſpūaleȝ ⁊ ſic dicebāt ore. ita ope ſuabāt. iō cre debāt̄ eis. Jō ad ro. 15. d. Nō audeo aliq̄d loq̄ eoꝝ q̄ ꝑ me n̄ effec̄ xp̄s. Tertia rō n̄ ſolū hēbāt doctrinā celeſtē ⁊ vitam ſpūalē. ſȝ hēbāt opa diuia. ſ. ī miracul' q̄ faciebāt: q2 q̄n̄ pdicabāt de articul' fidei vt de trinitate. īcarnatōe xp̄i. paſ ſiōe. ⁊ reſurrectōe. ⁊ aſcēſiōe. ꝓbabāt h̄ n̄ ſolū auc̄itatib⁹ ſacre ſcripture. ſed ꝑ demōſtratiōeȝ euidētē. ſeu potiſſimā ſcilȝ ꝑ miracl'a. Jō neq̄ȝ mirȝ ſi ꝯuerte bet̄ gētes. Jō dr̄ de apl'is Mar. vl. Il li autem predicauerunt vbiq̄ȝ domino coopāte ⁊ ſ̄mōeȝ ꝯfirmāte ſeq̄ntib⁹ ſi gnis. Dicam vobis vnuȝ ſingulare de b. phi. q̄ pdicādo ꝑ ſithiā venit ad q̄ndā ciuitatē vbi erat q̄dā draco terribilis q̄ emittebat anelitum vt furn⁹ calcis emittit fumū. ⁊ cōrūpebat oēs. Quib⁹ dixit philipp⁹. Credite mihi. ⁊ ſtatuam iſtā ꝯfringite ⁊ ī loco ei⁹ crucem dn̄i adorate vt īfirmi v̄ri curēt̄. ⁊ ſanent̄. Et īceprūt clamare dicēdo. Tm̄ fac vt ſanemur ⁊ hūc martē ꝓtinus ꝯfrīge m⁹. Tūc b. phi. p̄cepit dracom vt ī locū iret deſertū ⁊ nulli nocēt. Qui ſtatim receſſit ⁊ n̄ ꝯpruit āpl'i⁹. Tc̄ b. phi. oēs ſa nauit. ⁊ trib⁹ mortuis ex dracone vitā īpetrauit. ſicq̄ȝ vniūſis credētib⁹. eis p̄ſbiteros ⁊ dyacōes ordīauit. Nō mo ral'r. Draco corrūpēs ciuitatē ē nōbil' pſona viuēs ī mala vita: q2 ei⁹ exēplo oēs corrūpūt̄. Si ī aliq̄ loco ē aliq̄s cle ric⁹ l' religioſus ꝯcubiari⁹. tal' dr̄ ⁊ ē draco cōrūpēs ⁊ occidēs hoīes audien do miſſaȝ ſuā ⁊c̄. Sed hētis duo reme dia. ſ. p̄ intimare prelato. Sc̄d̄o q̄ rec tores faciāt ordiatōes q̄ oēs male mu lieres ſint ī lupanari ⁊c̄. Et ſic draco exibit a vobis. ⁊ īfirmi ⁊ mōtui ex pec catis ſuſcitabunt̄. Jō dic̄ ſcriptura. 1. cō. 5. Neſcitis q2 modicū fermētū totā maſſā cōrūpit. expurgate vet⁹ fermētū vt ⁊ ſitis noua ꝯſpſio. auferte malum ex vobis.

Quātū ad tertiū ſignū diuīe filiatiōis ē ei⁹ paſſio martirial': quia ꝓ xp̄o ſuſti nuit martiriū. Vn̄ cū pdicaſſȝ ⁊ m'ltos pp'los cōuertiſſȝ ⁊ eēt iam annoꝝ. 87.

poſt hoc ĩfideles eũ tenuerũt. ⁊ cruci ad
inſtar magrĩ ſui quẽ pdicabat affixerũt
⁊ crucifixũ ẽt lapidauerũt. ⁊ ſic ad dñm
migrauit. ⁊ feliciť uitã ↄpleuit. Mõalr
Ita nos velim⁹ mori ĩ cruce pñie. q2 ſi
cut crux fuit xpo afflictio ſ3 ĩ ea voluit
mori. ⁊ ita pñia ẽ afflictio ⁊ ĩ illa o3 nos
mori ſi volum⁹ ſaluari. Jõ apl's ad ga. 5.
Qui xpi ſunt carnem ſuam crucifixe-
runt cum vitijs ⁊ cõcupiſcẽtijs. ⁊ hec
de b. philippo ⁊c. Modo videam⁹ de ui
ta b. Jacobi que eſt maior ſed ea3 di
cam breuiter in. x. concluſionibus.
Prima cõcluſio quare dicitur iacobus
minor. Dico q ad drãm iaco. zebedei
fratris iohãnis euãgeliſte. Licet enim
iacob⁹ zebe. natu ſit prior. tñ fuit voca
tus in aplatum poſterius q dr maior.
Unde iſta cõſuetudo ĩ religiõib⁹ obſ
uat vt ille q prior ĩgredit maior vocat.
⁊ ille q poſterior minor l3 ſit prior eta
te vel ſanctitate vel dignitate. Jõ di-
cebat apoſtolus de ſe. i. cor. 15. Ego ſũ
minimus apoſtolorũ. Cum tñ ſit de ma
ioribus ĩ dignitate. ⁊ ſanctitate. S3 q2
vltimo fuit vocatus ad apoſtolatũ. di
cit. Ego ſum minimus. Scda ↄcluſio
quare dicebat iacobus iuſtus pter
meritum excellentie ſanctitatis. Nam
ſcdm Jeronimũ. tãte verecũdie ⁊ ſci
tatis erat q oĩs populus fimbriã veſti
mẽti certati tangeret ⁊ quaſi rũperẽt
Et de eo dicit egiſippus primus aplo
rũ vicinus. Hic ex vtero matris ſue ſã
ctus fuit. vinu3 ⁊ ſicerã nõ bibit. car
nes nunq̃ mãducauit. Tertia cõcluſio
qr dicebatur Jacobus frater dñi. Sed
quõ quia certum eſt q virgo maria ñ
peperit niſi xpm. Quõ ergo eſt frater
dñi. cum nõ eſſet niſi cõſanguineus fi
lius marie cleophe. Sed dicit frater
dñi: q2 ſimilimus fuiſſe ſibi phibet in
tũ vt pleriq3 ĩ eorũ ſpetie fallerent. Unñ
cum iudei ad capiendũ xpm pgerẽt.
iudas: qui xpm a Jacobo tanq̃ uerũ
familiarem optime diſcernebat ſignũ
oſculi dedit di. Mar. 14. Quemcunq3
oſculatus fuero ipſe eſt. tenete eũ ⁊c.
Tanta erat ſilitudo eor q ſanct⁹ igna
tius qui erat ĩ anthiochia ⁊ nunq̃ vi
derat xp3. ĩ epla ad b. Joh. dicit. Si li
citũ ẽ mihi ap te ad ieroſolimas pre
volo accedere vt videam illũ venera-
bilem iacobum: qui noĩat iuſtus quẽ
refert xpo ieſu ſimilimu3 facie vita ac
mõ cõuerſatõis ac ſi eiuſdẽ vteri fra
ter eẽt gemelus quẽ dicũt ſi uideo. ui
deo ieſu3 xpm ſcdm oĩa corporis linia
menta. Quarta ↄcluſio q erat magne
orationis ⁊ deuotionis. In oratiõe ge
nua flectebat ut calos in genibus ſic
in calcãeis uidet habere. Hic ſol⁹ iter
apoſtolos pp nimiã ſanctitatem ſuam
permittebatur intrare in ſancta ſcõr
non quidẽ cã imolatõis ſed orationis.
Quinta cõcluſio. q mortuo dño in die
veneris ſancta uotum uouit ſe nõ co-
meſturum. ſicut dicit ieronimus ⁊ ioſe
pheus in libro de uiris illuſtribus. In
ipſa aũt die reſurrectionis cũ uſq3 ad
diem illa3 nõ guſtaſſet. eidem dñs ap
paruit ac eis q cum eo erant dixit ap
ponite menſam ⁊ panem. Deinde pa-
nẽ accipiens benedixit ⁊ dedit iacobo
d. ſurge frater mi. comede q2 fili⁹ ho
minis a morte reſurrexit. Sexta cõclu
cluſio. q2 prius inter apoſtolos miſſa3
celebrauit. na3 pter excellentia3 ſue
ſanctitatis ſibi hũc honorẽ apoſtoli fe
cerunt in anthiochia. pet. miſſam cele
brauit ⁊ marchus in alexãdriã quãdo
apli debebant incipere ad predicãdu3
per mundũ tenuerũt cõſilium qs eorũ
eẽt eps yrlm. ⁊ fuit cõcluſu3 q iacob⁹
O qualis honor in ciuitate ubi ĩcepit
xpiãitas ubi xpus paſſus eſt. apoſtoli
aũt omnes erant ſacerdotes ⁊ epi or-
dinati a xpo ſed non ut in certis ciui-
tatibus eſſent epi. Septima cõcluſio.
habuit ſingularẽ patiẽtiã. unde cũ ſep
timo anno epatus eius apoſtoli ad diẽ
paſce ↄueniſſent ĩterogãte eodẽ iaco.

ꝗ̄ta per eos feciſſet domin⁹ corā popu
lo referebant in tm̄ ut populus iā ꝓ
pe eſſet vt baptizari uellet . repente ꝗ
dam templum īgrediens clamare ce-
pit di . O uiri iſrahelite ꝗd facitis . cur
ab iſtis magis uos decipi ꝑmittitis ?
In tantum aūt populum cōcitauit ut
apoſtolos lapidare uellet . Aſcēdit aūt
homo ille ſuꝑ gradus ubi iacob⁹ predi
cabat et ipſum precipitauit deorſum ⁊
ex tunc claudicauit . cū alios infirmos
ſanaret noluit ſe ipm̄ ſanare ſed ꝓpter
honorem ihu xp̄i vt bonus miles ⁊c̄ .
Octaua ꝯcluſio fuit martir gl'ioſ⁹ . In
ā̄no autē epat⁹ ſui trigeſimo videntes
autem iudei ꝙ nō poſſent occidere pau
lulum eo ꝙ ceſarē appellaſſet ⁊ romā
miſſ⁹ fuiſſꝫ . ꝑſecutōis ſue rabiē in iaco
bum cōuerterunt . ꝯ eum occaſionem
ꝗ̄rentes . Iō ad eum cōuenerunt dicē
tes . Oramus te ut reuoces populū qr
errat in ihu putans ꝙ ipſe ſit chriſtus .
Deprecamur ergo te ut ſuadeas oībus
ꝯuenientib⁹ ī die paſce de ihu . tibi . n .
obtemperabim⁹ omnes ⁊ de te tā nos
ꝗ̄ populus teſtimoniū ferīm⁹ . quia iu
ſtus es ⁊ perſonā nullius accipis . Sta
tuerunt ergo illū ſupra pinam templi
⁊ uoce magna clamātes dixerīt . uiroꝝ
iuſtiſſime . cui omnes nos obtemperare
debemus āuntia nobis quid tibi vr̄
de ihu . Tunc Jacobus cū ingenti vo
ce rn̄dit . Quid me īterogatis ō filio ho
minis . Ecce ipſe ſedet in celis a dexte
ris dei vēturus iudicare viuos ⁊ mor
tuos . hoc audien̄ . xp̄iāi gauiſi ſūt val
de . Pharifei autē ⁊ ſcribe dixerūt ma
le fecimus tale teſtimonium preſtare
ihu . aſcendam⁹ ⁊ precipitem⁹ eū deor
ſum ⁊ clamauerūt d . O O qr iuſt⁹ er
rauit ⁊ ꝑcipitauerunt eū ⁊ lapidibus
obruebāt d . Lapidem⁹ iacobum iuſtū
qui deiectus nō ſolum mori nō potuit :
ſed conuerſus ⁊ ſuper genua procūbēs
orabat d . Rogo domine dimitte eis . qr
neſciūt quid faciūt . Tūc vnus ex ipſis
ꝑticā fullonis accipiens . ualido ictu ca
put eius impetijt . ⁊ cerebrū excuſſit .
taliqꝫ martirio migrauit ad dn̄m . hec
egiſippius . Nona concluſio quā refert
ioſephe⁹ . qr ꝓpter peccatum mortis ia
cobi iuſti factū eſt excidiū irl'm ⁊ diſ-
perſio iudeorū . ſed nō ſolum ob mortē
iacobi imo ob mortē dn̄i precipue hec
deſtructio facta eſt . ſm̄ ꝙ dominus di
cit in euangelio luc . 19 . Nō relinquent
in te lapidē ſuper lapidē eo ꝙ non co
gnoueris tp̄s viſitationis tue . Tit⁹ . n .
filius veſpeſiāi īperatoris irl'm cepit .
⁊ captā ſubuertit : tēplum funditus de
ſtruxit . Et ſicut iudei xp̄ꝫ . 30 . denarijs
emerunt : ſic ⁊ ipſe vno denario . 30 . iu
deos vēdidit vt narrat ioſephe⁹ . nona
ginta ſeptē milia iudeorū venditi fue-
runt . ⁊ undecies cētena milia fame ⁊
gladio perierunt . ⁊c̄ .

De inuentione ſancte crucis .

Michi abſit gloriari niſi in cruce
dn̄i noſtri ihu xp̄i . Uerbū iſtud
habet textual'r ad gal . 6 . ⁊ in
ep̄l'a hodierna . Solēnitas iſta ⁊ feſtū
pn̄s dicitur inuentio ſancte crucis : qr
b . helena mater ꝯſtantini imperatoris
cū multis miraculis īuenit crucē do
mini noſtri ihu xp̄i quam iudei abſcon
derunt . De hoc etiā erit ſermo noſter .
Si placet deo hēbimus bonas doctri
nas . illumīationē vite ⁊ ordinatio-
nem ⁊ animarū noſtrarum cōſolatio
nem . Sed primo ſalutetur virgo ma .
In preſenti ſermone . intendo pertrac
tare verbū ꝓpoſitum tripliciter .

Prio ī pſona xp̄i ī cruce pacientis .
Scd̄o ī pſona b . helene crucē regrētis
Tertio ī pſona cuiuſꝫ hois v̄e credētis
De prio ptractādo v̄bū in pſona xp̄i in
cruce patientis . dicit ihs chriſtus . Mi
bi abſit . ſ . ꝙ veniā ad gloriā reſurrec-
tionis corporis niſi ꝑ crucē . Inuenitur
n . clare ī ſacra ſcriptura ꝙ xp̄s multo
tiens fuit in periculo mortis iter iude
os . ⁊ diuerſimode fuit ei⁹ mors ītērata

ſed oẽs alios modos moriẽdi vitauit fu
giẽdo vl' al'r. ſ; ad mortẽ crucis venit
gratis ipſemet ꝺ galilea i irl'z. Prio fu
it in piculo moriẽdi a gladijs icidẽtib᷒
ſtatī qñ fuit nat᷒. Tūc. n. regebat hero
des alienigena qui fauor̃ impatoris ro
mani abſtulit regimẽ iudeoꝝ. qui audi
ens natiuitatẽ regis iudeoꝝ a regibus
orientis ⁊ locũ natiuitatis a rabinis iu
deoꝝ voluit xp̄; occidere ꝓpter qḋ mi
ſit gentes armoꝝ vt occiderẽt oẽs pue
ros citatis bethleẽ. ⁊ eius attinẽtijs. ſ;
angel᷒ dñi appuit ioſeph d. ꝙ fugeret
in egiptũ cum puero ⁊ matre ei᷒ ⁊ ſic
euaſit xp̄s. Et fuit cõpleta ꝓphia Job
prio. Pueros ꝑcuſſerũt gladio. ⁊ euaſi
ego ſolus. Queritur quare iſta mors
non placuit xp̄o. Reſponſio moral' ad
inſtruendũ nos vt vitem᷒ mortẽ gladij
ſpiritualis. ſ. excõicationis. Legit̃ ꝙ i
paſſione ſol᷒ petrus portabat gladium
Joh. 18. Symon petr᷒ habẽs gladium
eduxit eũ. ⁊ ꝑcuſſit pontificis ſeruũ. ⁊
abſcidit auriculã ei᷒ dexterã. Rõ q̄re
ſolus petrus portabat gladiũ. q2 ſolus
papa vel p̄latus portat gladiũ ſentẽtie
excõicationis. Iſte gladi᷒ multũ eſt ti
mendus ⁊ cauend᷒. Sic. n. gladi᷒ mã
lis ſcidẽdo diuidit mẽbrum a corpore.
quo mortuo vel diuiſo nõ proficit ſibi
eſca corporis. ita gladi᷒ ſpiritualis diui
dit mẽbrum a corpore eccl'ie in tantu;
ꝙ nõ habet ꝑtem bonorum que ſunt.
Si mihi daret̃ electio quid vellẽ ampli
us. vel ꝑdere digitũ vel ſtare excõica-
tus per annũ. citius vellẽ perdere di-
gitum imo man᷒. ⁊ pedes ⁊c̃. q2 eſſe ex
cõicatus per mediã horã. Dicat̃ mira
culũ de arbore nucis. Ecce rõ q̄r xp̄s
noluit mori cũ gladio ut nos vitemus
gladiũ ſpiritualẽ qui ferit qñ dicitur ꝺ
nuntiam᷒ talem eẽ excõicatũ ⁊c̃. Job
19. Fugite ergo a facie gladij qñ' ultõ
iniquitatum eſt gladi᷒. Fugit hõ faci
em eius gladij qñ homo ponit ſe in orõ
ne: q2 ſtatī inuenit abſolutionẽ. Null᷒
dicat. Jta bñ comedo. dormio. ⁊ bibo
ſicut ante. excõicatio nõ cõedit panẽ.
ſ; comedit aīa; qḋ pei᷒ eſt. Scḋo xp̄s
fuit i piculo moriẽdi p̄cipitat᷒ ut recita
tur luc. 4. Xp̄s. n. fuit nat᷒ in ciuitate
bethleẽ. ⁊ fuit nutrit᷒ in ciuitate naza
reth. iõ dicitur ihs ꝺ nazaret. ⁊ incepit
p̄dicare ⁊ miracula facere in citate ca
pharnaũ ꝓuincie galilee de quo indi-
gnati illi ꝺ nazareth qñ vẽit ad eos di
xerunt ſibi luc. 4. Quãta audimus fac
ta i capharnaũ. fac ⁊ hic in p̄ria tua.
Rñdit eis xp̄s in ſentẽtia ꝙ nõ mere-
bant̃: q2 nõ credebãt in eũ. imo deſpi-
ciebãt eũ dicẽdo. Nõ ne hic ẽ filius fa
bri ⁊ illi᷒ ſutricis marie? Et repleti ſũt
oẽs ira. Et ſurrexerũt. ⁊ eiecerũt eũ ex
ciuitatẽ. ⁊ duxerũt eũ vſq; ad ſupcili
um montis. ſup quẽ citas illa erat edi
ficata vt p̄cipitarẽt eũ. Ipſe vo reddi-
dit ſe inuiſibilẽ eis qui ꝑquirebant eu;
d. vbi eſt. Jhs aũt tranſiens per medi
um illoꝝ ibat. Quare noluit ſic mori.
Q2 ſi voluiſſet ꝑ iſta; mortẽ. etiam ſal
uaſſet totũ mundũ. Rõ quare ſic nolu
it mori eſt vt daret nobis iſtructione;
vitandi morte; p̄cipicij que fit ex pec-
cato ſupbie. Qñ. n. demõ vult aliquẽ;
precipitare i inferno prio facit eũ aſcẽ
dere in ſupcilio mõtis ſupbie: Uer. grã
ꝺ religioſis. qñ. n. religioſus viuit deuo
te i clauſtro ſuãdo regulã ⁊ ꝯſtitutõeſ
talis via plana vadit ad padiſum. ſed
dyabol᷒ volẽs ipm̄ precipitare in infer
no. ponit i corde ſuo hãc imaginatõe;
ſ. q̄re tu nõ vadis ad ſtudiũ. ⁊ forte eſ
ſes magiſter i theo'. ⁊ poſt cõfeſſor re
gis. deide ep̄us. ⁊ ſic dimittit deuotio
nẽ ⁊ obſeruãtias ⁊c̃. Et qñ eſt altus i
ſupcilio montis precipitat̃ in infernũ.
de quo dicit dd dyabolo i p̄s. Deiecisti
eos dũ alleuarent̃. Idẽ ꝺ ſimplici ſacer
dote qñ habet puũ beneficiũ nõ curat
de ꝯcubina. q2 nõ poſſet ꝓuidere ſibi
⁊ filijs. nec dat aīcis. O dicit dyabol᷒.
Ego faciã te aſcẽdere. Põit i corde ſuo

vt ponat ſe cū magnis dn̄is . ⁊ cū eis
habeat beneficiū ⁊c̄. Et qn̄ ſunt. p̄cipi
tanꝛ a dyabolo Deiecisti eos dū alle.
⁊c̄. Idē de laycis. Qn̄. n. eſt artifex vl'
laborator qui viuit ſimpliciter d̄ ſuo la
bore. ⁊ officio. vadit recte ad paradiſū
per viā planam . ſꝫ dyabolꝰ ponit ī cor
de ſuo. d. quare tu nō es ī ꝯſilio ⁊ ī of
ficijs tal'. ⁊c̄. Et qn̄ ſunt alti ⁊c̄. deieci
ſti eos ⁊c̄. Idem de mulieribꝰ. Qn̄. n.
mlr viuit ſimpliciter. curat d̄ domo. ⁊
de filijs. diligit viꝝ ſuū . ⁊ obedit ei in
oībus licitis ⁊ honeſtis. tal' mulier ua
dit recte ad paradiſū. ſed dyabolꝰ pōit
ī corde ſuo ut ſit dn̄a. ⁊ ꝙ cantet galia
⁊ ꝙ nihil fiat niſi ſicut ipa ordinabit
d. ⁊ q̄re ego nō faciā ut talis facit: Et
q̄re ego nō ibo ut tal' ſic induta ⁊c̄. O
quot moriunꝛ precipitate. Iō iob. 20.
Eleuaſti me valdꝰ: ⁊ q̄ſi ſup vētū ponēs
alliſiſti me. Ita dic̄ iob. ī pſōa p̄cipitati
dyabolo valdꝰ ſcio qꝛ morti trades me
Ecce rō q̄re xp̄s noluit mori p̄cipitatꝰ
Tertio fuit ī piculo moriēdi lapidatꝰ vt
nārraꝛ a iohe euāgeliſta. 8. ⁊. 10. caplis
Cū. n. xp̄s p̄dicaret iudeis d̄ ſua d'nita
te d. Amē amē dico vob ſi qs ſmonē
meū ſuauit. ſ. legē ſuā euāgelicā: mōtē
n̄ videbit ī et̄nū Cui dixerꝛ iudꝰi. Quē
te ip̄m facis: Nūqd tu maior es pr̄e nr̄o
abraā q mortuꝰ ē ⁊ xphe mortui ſūt ⁊
tu dicis ſi qs ſmonē meū ⁊c̄. R̄ndit ihs
Amē amē dico vob anq̄ȝ abraā fieret .
ego ſuꝫ. Tc̄ iudꝰi dixerꝛ. moriaꝛ. Tulerꝛ
ergo lapides ut iacerēt ī eū. dic̄ Io. Ihs
āt abſcōdit ſe ⁊ exiuit d̄ tēplo. Qr̄ nolu
it mori iſta mōte R̄ndeo ꝙ ad iſtructō
nē nr̄aꝫ. ne lapidati moriāur ex peccato
auaricie. Auarꝰ. n. ē lapis durꝰ ⁊ frigi
dꝰ nullā hn̄s pietatē d̄ ꝓximo idigēti. De
auaro. dic̄ Iob. 41. Cor eiꝰ īdurabiꝛ q̄ſi
lapis. Auari āt moriūꝛ lapidati. tot mo
dis ꝑcutiūꝛ quot ſūt mōi auaricie. Pri
mꝰ lapis ⁊ p̄mꝰ modꝰ auaricie ē q dr̄ rapi
na. Iſto lapidꝰ ꝑcutiūꝛ dn̄i tꝑales a dya
bolo q n̄ ſūt ꝯtenti d̄ ſuis reditibꝰ: qꝛ
n̄ ſufficiūt. tot ſūt vāitates q̄s faciūt ⁊
ꝑquirūt ꝯ ſuos vaſſallos ⁊c̄. Scd̄s la-
pis dr̄ ſymōia. Iſto lapide ꝑcutiūꝛ reli
gioſi p̄lati. cl'ici q neſciūt dare bn̄ficia.
nec miſtrare ſacramēta niſi cū pecūijs
⁊c̄. Totū oꝫ emē ⁊c̄. Tertiꝰ lapis diciꝛ
vſ̄a. Antiqꝰ ſoli iudei lapidabanꝛ iſto
lapide. ſꝫ mō ēt xp̄iāi. ſi p̄ſtāt aliqd ali
cui. ſtatī dicūt rn̄dite mihi tm̄ . Uſ̄a ē
⁊ dānatio. nec papa poſſꝫ aliqd accipe
ſin̄ peccato. O quot lapidāꝛ iſto lapide.
Idē ſi hn̄t aliqd vēdē ad t̄minū. volūt
āpliꝰ ꝓ expectatōe. Itē ſi p̄ſtāt ſup poſ
ſeſſiōes. recipiūt fructꝰ. vſ̄a ē. Ideꝫ ſi
pro mutuo obligāt libertatē alterius
ad molendū in ſuo molēdino. ſi vis cē
ſualia ſit vera emptio ⁊ vera venditio
⁊ pretiū ſit iuſtum. aliter autē quouis
modo dicatur nomen in damnatione
anime ſue vſura ē. ⁊ dānatio. Quartꝰ
lapis eſt fraus male emēdo. ⁊ male vē
dendo. Iſto lapide lapidantur merca-
tores. tabernarij. hoſtalarij. ⁊ hꝰmōi.
Quintus lapis eſt calūnia. Iſto lapide
lapidantur iuriſte. aduocati. iudices.
⁊ procuratores. ⁊ notarij. qui calūnio
ſe dilatāt q̄ſtiones. faciūt durare lites
q̄diu ſentiūt pecunias ⁊c̄. Sextꝰ lapiſ
dr̄ furtū ſecretū. Iſto lapide lapidanꝛ
illi qui vadunt de nocte. furando gali
nas. fructus ⁊c̄. Septimus lapis diciꝛ
detentio. Iſto lapide lapidanꝛ qui de-
tinēt ſibi ſolidatā ſuoꝝ. ancillaꝝ deci
mas. primitias . ⁊ legata defunctoꝝ n̄
ꝯplendo teſtamēta. Itē illi q detinēt il
lud qđ īuenerꝛ . Ecce quot lapides ꝓi
cit dyabolꝰ ꝯ hōīes. Iō xp̄s noluit mo
ri lapidatꝰ. Iō dicit ſcriptura eccl'i. 32.
In via ruīe. ſ. auaricie n̄ eas ⁊ n̄ offen
des ī lapidꝰs nec credas te vie labōioſe
nec pōas aīe tue ſcādalū. Quāto fuit ī
piculo mōiēdi potōatꝰ. Ipē. n. vēit pau
ꝑ ī h̄ m̄do. iux̄ ꝓphiā zacharie. 9. Exul
ta ſatis filia ſyon. iubila filia irl'm. Ec
ce rex tuꝰ vēiꝫ tibi iuſtus ⁊ ſaluator ip
ſe pauper ⁊ ſedēs ſup aſinā. Et in tātū
tenuit vitam pauperem in hoc mundo

ꝙ nõ habebat domũ nec cameram ad
quam declinaret poſt ſermonẽ ſed ĩui
tabatur ab aliquo ꝛc̃ . Judei ꝟo inimi
ci ſui videntes ꝙ eũ non poterãt occi-
dere . nec ꝑcipitare . nec lapidarꝫ . volue
runt ipſum potionare ſecrete . ꝛ inuita
bant ipſum ad prandiũ. Et poteſtis co
gitare ſi faciebant ſalſam veneni potio
nando vinũ . vel aliud . De hoc prophia
in pſona xp̃i . d . hiere . xi . Tu autẽ domi
ne demõſtraſti mihi ꝛ cognoui . tu oſtẽ
diſti mihi ſtudia eorũ . cogitauerunt ꝯ
me cõſilia dicẽtes mittamꝰ lignũ ĩ pa
nem eiꝰ ꝛ eradamꝰ eum de terra viuẽ
tium . ꝛ nomẽ eius nõ memoreꝫ ampliꝰ
S; xp̃s q2 omnia ſciebat nolebat come
dere de cibo venenato . Qꝛ noluit mo
ri iſta morte? Rñdeo ꝙ ad inſtruendũ
nos vt vitemꝰ morte; potionatã ex pec
cato luxurie . Qui . n . uult aliũ potiona
re cõiter ponit venenũ in cibo dulci ꝛ
delectabili . Jta facit demon . Cibꝰ dul
cis ꝛ delectabilis vꝛ luxurioſo luxuria
ꝛc̃ . ſed ibi ẽ venenũ peccati qḋ animã
occidit . Cibꝰ . n . eſt venenatꝰ niſi fiat
ĩter virum ꝛ vxorẽ . ꝛ ſeruando modũ
ꝛc̃ . Jdem iob . 6 . Nunquid põt aliquis
guſtare qḋ guſtatũ affert mortẽ? quaſi
dicat non . Nullꝰ . n . q̃tũcunq; exuriat
vel ſitiat comederet cibũ . quem ſciret
venenatũ eſſe . Jõ dicit ꝛ nunquid põt
ꝛc̃ . Et tu luxurioſe comedis ꝺ illo cibo
quẽ ſis venenatũ veneno peccati mor
talis . niſi ſis infidelis . Quito fuit ĩ pe
riculo moriẽdi crucifixus . Et iſte modꝰ
moriendi placuit ſibi . ꝛ acceptauit . Ui
dentes iudei ꝙ nõ potuerũt eum occi-
dere precipitatꝰ . nec lapidatus nec po
tionatꝰ . dixerunt moriaꝛ crucifixus . ꝛ
parauerũt crucẽ . Et tũc ꝑdicabat chri
ſtus in illa ꝓuincia . ſ . galilee . Et ſciẽs
ꝙ iam iude ꝑarauerãt crucem . dixit
diſcipulis ſuis . illõ Mat . 20 . Ecce aſcẽ
dimus ieroſolimã ꝛ filiꝰ hominis trade
tur . Jta ꝙ nõ violenter ſ; gratis venit
ad crucẽ . ꝛ data ſentẽtia a pilato non

excuſauit ſe . nec appelauit . ſ; dic̃ iohes
19 . ꝙ baiulãs ſibi crucẽ exiuit ĩ eũ qui
dꝛ caluarie locũ . Quare iſte modꝰ mo
riendi ꝑ alijs placuit ſibi? Rñdeo . Jam
ſcitis ꝙ totũ malu; tã aĩaꝝ ut peccatũ
ignorãtie . incliatõis male . q̃ ẽt corpoꝝ
vt ĩfirmitates . dolores . labores ꝛ fina
liter mors ꝛc̃ . totũ hoc venit ex pecca
to ade ꝛ eue qḋ peccatum venit ex re
ceptione illiꝰ fructꝰ vetiti . Xp̃s ergo q
venit ad reparandũ oĩa mala tam aĩa
rum q̃ȝ corporũ . ipſe . n . eſt ille fructus
de quo dꝛ ꝟgini marie . benedictꝰ fruc
tus ventris tui . repoſuit fructum ĩ ar
bore . q2 dicũt hiſtorie grecorũ antiq; .
Que arbor crucis erat ꝺ illomet ligno
de quo adã accepit fructum . Jõ quãdo
xp̃s fuit in arbore crucis . tunc xp̃s fru
ctus fuit in arbore reſtitutus : ꝛ repa-
rauit omnia mala que ex peccato ade
fuerãt ſequuta ꝟuãdo ordinẽ . q2 ſic̃ ma
la , aĩe venerũt p2io deĩꝺ corpis . ſic xp̃s
reparãdo p2io reparauit mala aĩaꝝ dã
do remedia p baptiſmũ ex quo remittũ
tur oĩa peccata . repauit ſcientiã denũ
tiando nobis gl̃iam paradiſi . ordines
ãgeloꝝ . Jnclinatõẽs malas refrenauit
ſacramẽto penitẽtie . Qñ aũt redibit ci
to ꝛ bene cito ad iudiciũ generale . tũc
reparabit mala corpoꝝ : q2 tũc reſurge
mus ĩpaſſibiles . ꝛ ĩmortales . Ecce rõ
q̃re voluit mori ĩ cruce . De hoc figura
numeri . 21 . ꝺ ſpente eneo ꝛc̃ . figura fu
it paſſiõis xp̃i . ex qua nos ſumꝰ ſalui Si
cut moyſes exaltauit ſpentẽ ĩ deſerto .
ita exaltari oportet filiũ homĩs . ſ . ĩ cru
ce . Joh . 3 . vt oĩs qui credit in ip̃m non
peat ſed habeat vitã eternã . Jõ dicit
xp̃s . Mihi abſit gloriari niſi ĩ cruce do
mini nr̃i ihu xp̃i .
¶ Quantũ ad ſm . hoc ꝟbũ ptractaꝛ in
pª ꝺ ſcã helena crucẽ regrente poſt xp̃i
paſſionẽ . reſurrectõ; . ꝛ aſcẽſiõe; . Scã
crux faciebat ĩfinita miracula ex qbuſ
multi ꝯuertebantur ad fidem chriſti .
O dixerũt iudei iſta crux deſtruet nos

Ideo abſcondatur ne a chriſtianis in
ueniatur. Et foderunt in monte calua
rie quaſi paſſus. xx. ſub terra. ⁊ ibi ab
ſconderunt ſanctam crucem. Ubi fuit
abſcōdita per annos. cc. ⁊ vltra. quo
uſq; illa ſancta mulier helena mater
ꝯſtantini īpatoris. que nouiter fuit ad
fidem cōuerſa ex multis miracul̄ ſibi
factis. Propter qđ illa ſcā mulier ve-
nit yrl'm ad īquirēdum crucē xp̄i. que
oēs iudeos coram ſe vocauit. Cum aūt
regina interrogaſſet de cruce et de lo
co vbi fuerat dn̄s crucifixus. ⁊ illi nl'
latenus indicare vellent. iuſſit omnes
igne cremari. ⁊ illi timentes: tradide-
runt iudam d. Indicabit tibi. Iſte enī
totum ſit. Ad quem regina: per crucifi
xum fame te pimā niſi mihi dixeris ve
ritatem. Ipſum ergo in puteum ſiccum
iuſſit proici ⁊ ibidē moleſtia famis cru
ciari. Cum ergo die ſeptimo inde ex-
tractus eſſet ⁊ ad locum vbi ſancta
crux erat veniret. ⁊ oraret. locus ſubi
to ꝯmouetur. ⁊ fumus aromatum mi
ri odoris ſētitur. Ita vt miraretur iu
das. ⁊ diceret manibus iunctis. ī ueri
tate xp̄e tu es ſaluator mundi. Et pcin
gens ſe viriliter incepit fodere. Et. xx.
paſſus fodiens. tres cruces abſcondi
tas inuenit. Cum autem crucem xp̄i
ab alijs diſcernere neſcirent. poſuerūt
eas in medio ciuitatis. ⁊ cum circa ho
rā nonā. quidam iuuenis mortuus de
ferretur. Iudas feretrum tenuit. ⁊ pri
mam ⁊ ſc̄am crucem ſuper corpus de
functi poſuit. ſed nequaq̄ ille reſurre
xit apponens aūt tertiam crucē defun
ctus rediit ad vitam. ⁊ multa alia mi
racula circa infirmos fuerunt ibidem
facta. Dyabolus autem in aere vocife
rabat d. O Iuda qđ feciſti? Iude meo
ꝯtraria operatus es. Nam ille me ſuadē
te fecit proditionem. ⁊ tu me renuēte
crucem ieſu inueniſti. Per illum mul
torū lucratus ſum aīas. ⁊ per te video
me perdere quas eram iam lucratus.

Per illum regnabam in pōpulo. per te
iam expellar ꝺ regno Rn̄dit iudas. chri
ſtus te damnet ī abiſſis ignis eterni.
⁊ baptizatus eſt. Et mlti iudeorū uiſis
tot miraculis conuerſi ſunt ⁊ baptiza
ti ī gloriam dei. De iſta inuentione fit
hodie feſtum. Et potuit tunc dicere b.
helena. Mihi abſit gloiari niſi ī cruce
domini noſtri ieſu chriſti. Dicatur hic
q̄ta fuit etiā uirtus crucis ad curādū
oēs īfirmitates niſi obſtz q ſāitas cor
poris ſit anime nociua. quia deus non
eſt occaſio peccati. ⁊ multis eſt meli⁹
pro aīa q ſint īfirmi q̄ ſi ſint ſani. Nō
ergo recurratis ad demones uel cōiu
ratores. ſed ponatis ſup infirmitates
emplaſtrū crucis xp̄i cum nomīe ihu
cum calore deuotionis ut ſanet. Tāta
eſt uirtus crucis xp̄i. q hēbitis ſanita
tem. Ideo cantatur mō. Salue crux
ſacta ſalue mundi gloria uera ſpes no
ſtra. uera ferens gaudia. ſignum ſalu-
tis ſalus in picul is. Uirtus crucis etiā
apud īfideles maxīa p oīa ꝯprobatur.
Nā refert grego. in. 3. libro dyalogoꝝ.
q q̄dā die quidā iudeus romā ueniēs.
⁊ cū declinata eſſet iam dies. ⁊ ubi re
manere poſſet minime reperiret. ī quo
dā tēplo ydoloꝝ ſe cōtulit. qui ipſius lo
ci ſacrilegiū pertimeſcēs q̄uis fidem
xp̄i non hēret. tamē ſe ſigno crucis mu
nir̄ curauit. Nocte autē media euigilāſ
uidit malignoꝝ ſpirituū multitudinem
⁊ ſathanam ſedentē. ⁊ omnes ibi aſiſtē
tes. ⁊ ueniens unus de malignis ſpiri
tibus adorauit eū. Cui ille. Unde ue-
nis? Et ille. In tali puintia fui. ⁊ bella
plurima cōcitaui ⁊c̄. uſq; uas. uacuum
ſed ſignatū. Ad hanc uocem illa mali-
gnorum turba diſparuit. Iudeus autē
ad epiſcopū uenit ⁊ ei oīa per ordinem
enarrauit. ⁊ baptiſmū ſuſcepit.

Quantum ad tertium uerbum propoſi
tum pertractabitur in perſona cuiuſ
libet vere credentis gloriam quā nos

ſperamus ī celo habemus per xp̄i cru
cem. quia in illa paſſus eſt. Ideo nullꝰ
añ xp̄i paſſionem intrabat celum. ſed
ibant vel ad infernum damnatoꝝ vl̄
ad locū purgandoꝝ. vel ad locū puulo
rum ſiue limbum vel ſinum ꝑfectoꝝ
qui dicitur ſinus abrae. Dicat̄ quomō
infernus eſt in corde terre vbi ſunt do
muncule vt in corde pomi. In ſinu er
go abrae ibant aīe ſcōꝝ. Pr̄ia fuit abel
⁊c̄. Et ibi expectabant chriſtū q extra
xit eos inde qñ ſurrexit a mortuis. De
hoc ꝓphia zacha. 9. Tu quoqꝫ in ſan
guīe teſti tui ⁊c̄. Modo ex quo xp̄ianꝰ
ſic credēs in xp̄o ⁊ ei obediens. qñ mo
ritur. iaꝫ inuenit portaꝫ paradiſi aptā
virtute crucis xp̄i. Rabanus. Crux xp̄i
clauis eſt paradiſi. ſed reqrit̄ credētia
⁊ obedientia. ⁊ ſic vadimus ad paradi
ſum quē per crucem hēmus. Ideo dici
mus mō. Nos aūt gloriari oꝫ in cruce
domini noſtri ieſu xp̄i. in qua eſt ſalus
vita ⁊ reſurrectio noſtra. ꝑ quē ſalua-
ti ⁊ liberati ſumus.

¶ In feſto corone domini.

Coronam de ſpinis ꝓpoſuerūt ca
piti eiꝰ. Jo. 19. Sicut ſcā mr̄ ec
cleſia heri fecit feſtum ⁊ ſolēni
tatem de ſancta cruce domini nr̄i ieſu
xp̄i. eo qꝛ in ea fuit paſſus. Ita hodie
ordo noſter fratrū predicatoꝝ vbiqꝫ
facit feſtum de corona domini. de qua
fuit coronatus in ſua paſſiōe in die ve
neris ſancta. Et de iſta materia erit ēt
ſermo noſter. Salutetur prius virgo
ma. ⁊c̄. Pro introductōne materie pre
dicande. ſciēdū ꝙ inter alias magnas
reuelationes quas xp̄s fecit b. iohāni
euāgeliſte in apocalipſi. fuit vna val-
de magna viſio. De materia hodierna
de qua ipſe dicit. 19. Uidi celum aper
tum. Et ecce equus albus. ⁊ qui ſede-
bat ſuper eum vocabatur fidelis. ⁊ ve
rax. ⁊ cum iuſticia iudicat ⁊ pugnat.
Oculi autem eius ſicut flamma ignis
⁊ in capite eius dyademata multa. hic
ſunt ſex clauſule ⁊ bene notande. Pri
ma ibi. Vidi celum apertum. Iſta celi
apertura ſignificat incarnationē xp̄i.
quādo de celo voluit venire in vtero
virginali. Tunc enim celū dr̄ fuiſſe ap
tū. ſicut qñ aliquis dn̄s dat aliqđ donum
dr̄ hēre burſaꝫ aptam. Ita ēt dr̄ đ illo
maximo dono filij dei. quē deus pater
donauit ꝓ noſtra redēptione. qñ miſit
ipſum in hunc mūdum. Ideo dicitur
celum fuiſſe aptū. Secūda ibi. ⁊ ecce
equꝰ albꝰ. Ecce h̄ ꝯuerſatio xp̄i. Equꝰ
albus fuit ſuū glorioſiſſimū corpus: qꝛ
ſicut equꝰ regitur a milite freno ⁊ cal
caribus equitante ſuper ſellam. ſic cor
pus xp̄i fuit a ſpū ſcō gubernatū frēo
tēpantie ⁊ calcaribus amoris ⁊ tioris
filialis: vel reuerential̄. ſedens in ſella
virginitatis vel puritatis. ad hebr. 7.
Talis. n. decebat vt eēt nob̄ pontifex.
ſcūs. innocēs. ipolutus. ſegregatus a
peccatoribus. Tertia ibi ⁊ vocabatur
fidelis ⁊ verax. ſ. i doctrina euāgelice
ꝑdicationis. fidel̄. ſ. ad cōpleñ oēs pro
miſſiones factas i veteri teſtō. Uerax
qꝛ doctrina euāgelica quā ꝑdicauit pu
ram. verā. ⁊ certā cōtinet veritatem.
Quarta ibi. ⁊ cuꝫ iuſticia iudicat ⁊ pu
gnat. ſ. i hūani generis redēptōe. quā
noluit facere cū violētia ⁊ potētia. ſed
cū hūilitate. pacia. ⁊ iuſticia. ſatiſfecit
pr̄i pugnādo ꝓ nobis in die veneris.
Quita ibi. Oculi aūt eius ſicut flamma
ignis. ſ. in glioſa eiꝰ reſurrectiōe. rō qꝛ
ſicut flāma ignis aſcēdit ſurſuꝫ ſic aīa
xp̄i de libo. ⁊ corpꝰ de ſepl̄cro ſit̄ aſcē
dit gloriose reſurgendo. Sexta ibi
⁊ in capite eiꝰ dyademata multa. Ego
ꝯſiui amore vr̄i i ſacra ſcriptura. xp̄s
quot coronas hūit. ⁊ inueni ꝙ ad ſilitudi
neꝫ pape l̄ iperatoris hūit. 3. corōas. ſ.
¶ Prima fuit de ſapientia diuinali.
Secunda fuit de pn̄ia corporali.
Tertia fuit de preſidētia generali.
De ſca āt loqt̄ thema. Coronā đ ſpinis
⁊c̄. Et đ iſta fit ſolēnitas hodierna.

Dico pmo q rex nr dñs ihs xpus fuit coronatus i h mūdo de corōa ſapie diuinalis. Pro cuius declaratiōe ſciēdū q ſapiētia recte dicitur corona triplici rōne. Prima. quia corona i capite portatur ⁊ qui aliūde portaret nō diceret coronatus. Sic ſapiētia ad inſtar corone in capite reſidet. Jō dicit vulgariter de pſona ſapiēte. O quō habet bonū caput. De iſta dr eccli. 45. Corona aurea ſup caput eius exprſſa ſigno ſanctitatis. Nō exprſſa ſigno ſcitatis. Aliqui habēt coronā ſapiētie in capite: qr ſunt apti in aliqua facultate. vel theologie. vel iuris ⁊c. ad legeñ. diſputañ. pdicandū. ſed nō expreſſā ſigno ſanctitatis. ſed vanitatis. quia multi habēt magnam ſciētiam ⁊ malam cōſciam. ⁊ eorum vita non concordat cū diuina ſapientia. Sed qñ vita cōcordat cū ſapiētia. tc corona eſt expreſſa ſigno ſanctitatis. qr hēnt magnam ſcientiā ⁊ deuotionem ⁊ bonam pſciam. Scda rō. qr corona caret termis. ſ. fine. ⁊ pricipio. ideo dr dyadema qſi duo demens finē. ſ. ⁊ pricipiū. h. n. figuram circularē ⁊ nō quadrāgularē. Jſta ſapia diuina caret fine ⁊ pricipio. vt de9. Sic. n. in figura circulari finis vnit pricipio ita pſona ſapiēs qcqd facit oia facit ad laudē dei ⁊ ñ pp vanā gl'iam ſeu lucrū vel pp honores. vel dignitates mūdanas acqrēdas. Secus de multis q hñt ſciām ſed nō diuinā: qr finis corū non vnit pricipio. ſ. deo. Vbi gra: multi ſūt ſapientes i legibus: qui laborauerunt in ſtudio. pricipiū ē a deo: qr ois ſapia a deo eſt. ſed videamus de fine vtrū ſit ad deū vel mūdum. Si. n. finis ē vt acqrant diuitias. honores. dignitates. finis ē mundanus ⁊ non diuinus. Si eni homo iterrogaret ſtudētes ſingilatim dicendo. qr ſtudes que ē intentio tua: Omnes rñderent. vt poſtq ſim bachalarius. uel doctor vadam ad priam ⁊ ducā vxorē. ero aduocat9 ⁊ pgregabo ⁊c. Ecce qualis finis. finis deberet eē dicēdo. Ego ſtudeo vt ſcdm deū ⁊ iura ego regā p pſonā meam. Deinde ciuitatem ⁊c. Jdem de canoniſtis. quia cum diligētia ſtudent vt cum habuerint gradum vadant ad papam pro bñficijs ⁊ dignitatibus obtinendis. Primum ē a deo ſed finis non cōcordat. Sed ſi dicerent deus dedit canones vt mūd9 ⁊ eccl'ia ab eis guberneē. Jō volo ſtudere vt ſciam me regere. ⁊ eccleſiam dei talis finis ē bon9. ſi poſt vobis daē beneficiū vel dignitas tc bñ venerit. Jdem de theologis. modo ſolū pauperes curant d theologia. cuius pricipiū ē a deo ſed finis m'torū ē ad mundū. ſ. vt videāt. laudēt. vt hēant pfeſſiones familiaritates. cameras vel epatū ⁊c. Talis finis ñ vnit pricipio. ſ theolog9 d ſtudere vt cognoſcat deum. ⁊ eum cognoſcēdo diligat ⁊ faciat ipſū alijs cognoſcere ⁊ amare predicādo vel legēdo. ⁊ ſic lucrat coronā glie. quā m'ti pdunt: qr corū finis ē ſolū ad illa mūdana ⁊ trāſitoria. Jō iacobus apl's dicebat. 3. capitulo. Nō ē iſta ſapia d ſurſum deſcēdēs. i. diuina ſ terrena aial' dyabolica. Tertia rō. qr corona qbuſdā florib9 eminenter ornatur. ſ. qtuor. ſecus de girlanda q eſt tota plana ita corona ſapiētie eminet qtuor florib9 ante ⁊ retro a dextris ⁊ a ſiniſtris. Flos qui ante eminet ē cognitō dei. qui eſt creator ⁊ gubernator oīum creaturarū ſimplex i eſſentia. ⁊ trin9 i pſōis. pmiator bonorū. ⁊ pūitor malorū. Flos retro eſt cognitio creaturarum que ſunt in triplici gradu. Quedam ſunt pure corporales ut elementa ⁊ iumenta. Quedam pure ſpirituales vt angelus. Quedam ſpirituales ⁊ corporales vt homines. Flos a dextris eſt cognitio bonorum operū que facere tenemur ⁊ glorie ſperande. Flos a ſiniſtris eſt cognitio peccatorum ut caueantur: ⁊ penarum inferni vt vitentur. Ecce triplex

ratio. q̄re ſapientia diuina dr̄ corona.
Jdeo ſalamon loquēs ď grā diua dicit
pŏ.4. Sapiā dabit capiti tuo auguſtīta
gratiaꝝ ⁊ corona inclita ꝓteget te. Di
co ꝙ de iſta corona que ē ſapiētia diua
xp̄s fuit coronat⁹. Hec corona fuit poſi
ta primo in die incarnatiōis qn̄ virgo
maria dixit angelo. illud luc. pri°. Ec
ce ancilla dn̄i fiat mihi ſm verbuꝫ tu
um. Dicūt theologi ꝙ in illo inſtanti cō
ceptōis. anima xp̄i hūit tantā ſapienti
am q̄tam habet nūc i celo. Habuit. n.
corona xp̄i q̄tuor flores eminentes. an
te q2 habuit ſapientiā de deo. cognitio
nem de trinitate ⁊c̄. cū tamen corpus
eius nō eſſet ita magnū vt formica. ⁊
iam illa anima videbat eſſentiā diuinā
clare. ⁊ trinitatē perſonaꝝ ⁊c̄. Retro ha
buit cognitionem omniū creaturarū.
⁊ proprietatū. ſtellarum. uolucrū. piſci
um. animaliū metallorū gēmarum. ⁊
omnium factorū. fiendorum. ⁊ factibi
lium. de die iudicij. ⁊ de oībus cogita
tōibus cordium humanoꝝ. A dextris
quia habuit ſtatiꝫ cognitionē omnium
angelorum ⁊ omniū predeſtiatoꝝ. De
us pater oſtendit ſibi librum predeſtīa
tōis diuē: i quo uidit oēs ſaluādos per
eum. A ſiniſtris. q2 habuit cognitionē
de inferno de oībus penis. ⁊ de oībus
damnandis. ⁊ cauſas ⁊ ratōes eorum
damnatōis. quot iperatores. quot re-
ges ⁊c̄. eſſent i mundo. ⁊ de illis tot dā
narentur ex iniuſtitia. Jtē quot plati ⁊
tot damnarent̄ ex ſymonia. quot reli-
gioſi ex iobedientia. quot clerici ex lu
xuria. quot de matrimonio ex mala vi
ta. quot vidue quot mōiales. quot puel
le. omnia cognouit ſubito. De iſta coro
na. auctoritas. can. 3. Egredimini filie
ſion ⁊ videte regē ſalomonē in diadēa
te quo coronauit eum mater ſua i die
deſponſationis illi⁹ ⁊ in die leticie cor
dis eius. Nota egredimini filie ſion. i.
aīe deuote ⁊ cōtemplatiue. ⁊ videte re
gem ſalomonē. i. xp̄m. Regula eſt ⁊ ue

ra doctoꝝ theologoꝝ xp̄ianoꝝ ⁊ etiam
iudeorum: ꝙ vbicūqꝫ in iſto libro dici
tur ſalomo i ſponſus vel dilectus intel
ligitur xp̄s. ⁊ vbi ponit̄ ſponſa vel co
lumba intelligit̄ ⁊ exponitur ď eccle
ſia ſeu virgine ma. vel de anima deuo
ta hec ē expoſitio ſm nos. Sed iudei ex
ponunt de ſinagoga: i diademate quo
coronauit eum mater ſua. Nota iudee
ergo deus hꝫ matrem. ergo conceptus
⁊ nat⁹ de muliere. ergo homo eſt argu
mentum iſolubile. Sinagoga aūt non
genuit nec ꝯcepit nec peperit euꝫ. Sed
quare dicitur quo coronauit eū mater
ſua. ⁊ nō dicitur de patre: q2 xp̄s in q̄
tum homo nō habet patrē hominē. ſꝫ
ſolum matrē virginem. ſicut in q̄tum
deus habet patrē ſine matre. Nō i die
deſponſati. Sicut. n. in deſpōſatōe vir
⁊ vxor vna caro fiunt Mat. 19. Erunt
duo i carne vna. ita ꝙ iam non ſunt
duo ſꝫ vna caro. Jta vnio diuinitatis
⁊ humanitatis in xp̄o nō ſunt due per
ſone ſed vna. Jdeo incarnatio illa dici
tur deſpōſatio. Et in die leticie cordis
eius. ſ. virginis marie: q2 illud fuit pri
mum gaudium ⁊ leticia eius quādo ſci
uit ſe eſſe matrem dei. reginā celi ⁊c̄.
De prima corona hec ſufficiant.

¶ Dico ſecundo ꝙ fuit coronatus in hoc
mūdo corona de penitentia corporali
de qua loquitur thema. Coronam ď ſpi
nis impoſuerūt capiti ei⁹. Jpſe. n. p̄di
cabat ⁊ affirmabat ſe eſſe regem meſ
ſyam promiſſum in lege. Propter hoc
dixerunt iudei ⁊ multi pilato. Si rex ē
ergo coronetur. ioh. 19. Tunc milites
plectentes coronam de ſpinis impoſue
runt capiti eius ⁊ ſequitur. Exiuit er
go ihs portans coronaꝫ. ſpineam coro
nam. purpureum veſtimentū. tunc fu
it purpureuꝫ. i. ſanguinis guttis ex co
rona diſtallantibus rubicatum. Ratio
quare voluit de ſpinis coronari eſt: q2
nos ex peccato ade ⁊ ex noſtris incur

rimus duo magna mala ⁊ damna. Pri mum quia eram⁹ ꝯdemnati ⁊ obligati ad furcam inferni in qua ſuſpendunt peccatores igne ſuppoſito. nec poſſunt mori. Secundū eſt qꝛ perdimus paradiſi regni coronam quā ex gratia habere debebam⁹. Propter hoc xp̄s uoluit ſuſpendi in cruce vt ſibi credentes ⁊ obedientes liberarent a ſuſpendio infernalis patibuli dicens patri. Ego ſolus ſuſpendar ⁊c̄. Ita etiā voluit ſpica corona coronari vt ſibi credentibus ⁊ obedientibus daretur corona regni celeſtis. vn̄ cantat eccleſia. Coronat regē omniū corona cōtum. lie. cuius nobis obprobriū corona confert glorie. Moraliter ſi uolum⁹ obtinere coronā glorie in paradiſo nobis a xp̄o ꝓmiſſam oꝫ nos habere ī hoc mūdo coronā ſpinarum quattuor genera ſpinarum cōtinentē. anteri⁹ memoriā peccatorum que cōmiſimus amare cōterendo. contritio. n. eſt ſpina que pungit cōſcientiam. Ita faciebat rex ezechias dicēs Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine anīe mee. yſa. 38. Poſterius bona que omiſimus. vel cogitare penas inferni quas meruim⁹. Propter hoc dixit xp̄s de iuda Mat. 26. Bonuꝫ erat ei ſi nat⁹ nō fuiſſet homo ille. Dextrorſum cogitādo bona que peccando perdidim⁹. tempus ꝑditū. ⁊ premia ꝑdita etiam merita. Iſte ſpine pungunt cōſcientiam. Siniſtrorſum cōſiderādo iudiciū generale ī quo xp̄s dicet. Ecce quid feci pro te oſtendens vulnera. videamus qd feciſti pro me. Si non poteſtis oſtēdere aliqua bōa. quid dicetis? dico vobis damnati vellent eē tunc in ꝓfundū inferni ne viderēt illā diē terribilem. Nota hic miraculū de illo iuuene ſcutifero male vite. iurator. blaſfemator. luſor. leno ⁊c̄. Et cū quadam nocte dormiret vbi videbat xp̄m ⁊ virginem mariam matrē. ⁊ ſanctos. ⁊ coram xp̄o ducebantur anime. ⁊ xp̄s dicebat cuilibet quid feciſti pro me. ⁊ alique que tenuerunt bonam vitam hic oſtenderunt aliqua bona. ⁊ alique multa. ⁊ xp̄s dabat ſententiam bonam. vt irent ad paradiſum. ⁊ gloriā. Alique autē erant que nō fecerant cōdignam penitentiā. quib⁹ dabat penitentiā vt irent ad purgatoriū. Alie autē erant q̄ nullum bonum hēbant ſed impenitentes deceſſerāt. Iſtis dabat ſententiam damnationis eterne. ⁊ crudeliter cito recipiebant a demonib⁹ ⁊ ducebātur ad infernū. Iuuenis hoc vidēs valde timebat. d. O miſer quid dicā quādo ī terrogabit me. qꝛ nullum bonum feci. Et poſt pauca fuit vocat⁹ corā iudice. cui dixit iudex. Quis es tu. Redō ratōnem vite tue. Tūc iuuenis ad hoc verbum iudicis fuit excitat⁹. ⁊ fuit totus canus ſiue albus ⁊ totus rugatus. Et quid erit de veritate. qꝛ ſolo ſomno fuit tot⁹ alteratus. Tunc ille iuuenis dimiſit oēs vanitates. recepit cilitium ⁊ multa ieiunia. ꝯfitebatur ſepe. ⁊ ſic fuit cōuerſus ⁊ ſanctus effectus. Iſte fuit coronatus corona ſpinaꝝ. Perſonis que de hac corona ſe coronant. dicit d̄ us illud can. 2. Sicut liliū inter ſpinas ſic amica mea inter filias.

Dico tertio ꝙ fuit coronatus de corōa de preſidentia generali. Xp̄s. n. dn̄s ꝑ ſuam paſſionem non ſolum nobis. ſed ſibi meruit. ſ. coronā vniuerſalis preſidentie. ⁊ vl'e dominium ſuper omnes creaturas. ⁊ hoc maxime apparebit ī iudicio generali. De hoc dauid. p̄s. 8. ⁊ ap̄ls ad hebr. 2. Minuiſti eum paulominus ab angelis gloria ⁊ honore coronaſti eum ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum ⁊ omnia ſubieciſti ſub pedibus eius oues ⁊ boues uniuerſas inſuper ⁊ pe. campi. uolucres celi ⁊ piſces maris qui perambulant ſemitas maris. ⁊ loquuntur patri de filio ſuo ihu chriſto. inquātū homo

dicit. Minuiſti eū paulominus. minus paulo .i. modico ab angelis. Sed quare dr̄ hoc. cū xp̄s etiã in q̃tum homo eſſet maior angelis. iuſtitia honore. ⁊ dignitate ⁊ excellentior. hoc dicitur q2 chriſtus in q̃tum homo modicum fuit minor angelis. ſ. in hoc q͂ fuit paſſibilis propter hoc gloria ⁊ honore corona ſti eũ ⁊c̄. Modo iſta preſidentia ⁊ dominium nō videtur nec percipitur niſi a xp̄ianis per fidem. ſed in generali iudicio quando veniet in maieſtate ⁊ nō in humilitate vt in primo aduentu. ⁊ ſtabit in aere ſedens in trono iuditiali ⁊ congregabuntur ad eum omnes gentes. Quinque conditiones ponuntur a dauid. Prima cum dicit oues. ⁊ ſunt perſone que habuerunt conditiones ouis. Ouis. n. non nocet dentibus vt canis. nec cornibus vt bos. nec pedibus vt equus vel mulus. ſic perſone ſimplices ſunt oues que non mordent diffamando. Et qualis morſus eſt diffamatio. nec cornibus potentie vel ſcientie percutiunt nec pedibus deſpicien do aliquem nec conculcant. Item ouis eſt benifica dans lanam ⁊ lac. Item ouis non eſt vindicatiua ut canis. Itē eſt obediens paſtori ſuo. Qui habebūt conditiones ouis in iudicio erunt a dextris. ſtatuet quidem oues a dextris. Secunda conditio eſt cum dicit boues qui ſignificant perſonas de vita apoſtolica triplici ratiōe. Prima quia bos eſt maior oue. Ita perſona de vita apoſtolica eſt maioris perfectionis. Secūda quia habent cornua. Ita perſone d̄ vita apoſtolica habent cornua duo. Primum bone vite. Secundum vere doctrine. Tertio bos non portat onus ſed trahit aratrum colendo terram. Ita perſona de vita apoſtolica non debet portare onus proprietatis ſed trahere aratrum penitentie colendo terram proprij corporis. Nota cum dicit boues vniuerſas in feminino cum deberet dici in maſculino. ad inuendum q͂ perſone de vita apoſtolica debent eſſe vt vace habentes vbera doctrinarum lactando dulciter populos ⁊ eos nutriendo in deuotione ⁊ penitentia. trahendo eos ad deum. tales in iudicio erunt cum chriſto iudices. Mat. 19. Amen amen dico vobis q͂ vos qui reliquiſtis omnia ⁊c̄. Tertia conditio eſt. ⁊ pecora campi. Iſti ſunt qui ī hoc mundo vitam tenuerunt beſtialem. comedendo. bibendo. ⁊ luxuriando ſicut beſtie. ſine freno rationis ⁊ timoris dei. ſequuntur ſenſualitatem peccando habita opportunitate. Quarta conditō. eſt volucres celi. Iſti ſunt ſancti angeli qui in iudicio ſeparabunt bonoſ a malis. Quinta conditio eſt. ⁊ piſces. Iſti ſunt demones qui vt piſces latitant ⁊ vadunt per mare ita ⁊ demones per mundum. Iſti ſtabunt in gula inferni parati ad recipiendum malos ⁊ ſecum portādo. Super omnes autem xp̄us habet vniuerſale dn̄iũ merito ſue paſſionis Amen.

¶ In feſto ſci Barnabe apoſtoli.

Erat vir bonus plenus ſpiritu ſancto ⁊ fide. Origīaliter actu. xi. Iam ſcitis q͂ feſtum ⁊ ſolēnitas hodierna tota eſt beati Barnabe apoſtoli: ita erit ⁊ ſermo noſter. Et ſi placet deo. d̄ ſua ſanctitate. ⁊ eius mirabili vita. poterimus recipere exemplum gubernandi vitam noſtram. ut ad paradiſum perueniamus. Et ut ita ſit. ſalutetur primo v̄. ma. Pro itroductione materie. poſſ3 hic querere aliq̄ſ ſimplex ⁊ ignorans. Unde eſt hoc. q͂ beatus Bar. dicatur apoſtolus. cum apoſtoli ſint. xij. ex illis quos apoſtoloſ nominauit. ⁊ ipſe non ſit de numero

illorum? Pro reſponſione. ſciendum ꝙ de apoſtolis poſſumus loqui dupliciter vno modo ſtricte. alio modo large. Stricte autem. ſolum ſunt apoſtoli illi quos chriſtus in vita ſua elegit ⁊ miſit predicare: quia apoſtolus idem eſt ꝙ miſſus. ⁊ ſolum fuerunt electi. xij. Auctoritas. Luc. 6. Uocauit diſcipulos ſuos. ⁊ elegit. xij. quos ⁊ apoſtolos nominauit. Simonem quem cognominauit petrum. ⁊ andream fratrem eius Jacobum ⁊ iohannem. Philippum ⁊ bartolomeum. Matheum ⁊ thomam. Jacobum alphei. ⁊ ſimonem qui vocatur zelotes: ⁊ iudam iacobi: ⁊ iudam ſcarioth qui fuit proditor. Ideo dixit chriſtus. ioh. xi. Nonne. xij. ſunt hore diei? Non loquebatur de die naturali. quia. 24. horas habet: nec de die vſuali. quia aliquotiens habet plures horas. aliquotiens minus: ſed loquebatur de ſe qui eſt dies ille. de quo dauid in ps. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia auri ⁊ argenti. Duodecim hore huius diei. ſunt. 12. apoſtoli: quia ſicut hore ſunt clare. ⁊ principaliter hodie: ita apoſtoli fuerunt clari in ſanctitate. ⁊ ſimul cum chriſto. Iſto modo. nec beatus barnabas. nec b. paulus ſunt de. xij. apoſtolis. Sed b. Mathias fuit de numero illorum. quia licet in vita chriſti non fuit de numero apoſtolorum. tamen ſucceſſit Jude. ⁊ iam chriſtus in corde ſuo elegerat ipſum. quando dixit illud Mat. 19. Amen amen dico vobis. ꝙ vos qui ſecuti eſtis me. in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue. ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes. xij. iudicantes. xij. tribus iſrael. In dicta autem auctoritate non loquebatur de iuda. ſed de b. Mathia eius ſucceſſore. quem iam in corde ſuo elegerat. Si autem largo modo volumus loqui de apoſtolis. Non ſolum illi. xij. qui per chriſtum in vita ſua fuerunt electi ſunt apoſtoli. Sed etiam illi qui poſt chriſti aſcenſionem fuerunt electi. ſunt apoſtoli. ⁊ ſic ſunt. 14. beatus Paulus maximus apoſtolorum quem elegit dum iret damaſcum ad perſequendum chriſtianos di. illud actu. 9. Uas electionis eſt mihi iſte. ut portet nomen meum coram gentibus. ⁊ regibus. ⁊ filijs iſrael. Ex iſta ratione in bullis papalibus in ſigillo plumbeo paulus ponitur ad dexteram. ⁊ petrus ad ſiniſtram. alias bulla eſſet falſa. Ratio eſt. quia b. petrus fuit electus a chriſto in ſiniſtra ſ. in hac vita mortali. que per ſiniſtrom deſignatur. Paulus autem fuit electus a chriſto in dextera. ſ. in gloria: quia iam chriſtus erat in gloria impaſſibilitatis ⁊ immortalitatis. Et beatus barnabas fuit electus a chriſto in dextera glorie. De iſta electione auctoritas actu. 13. Jeiunantibus autem diſcipulis. dixit illis ſpiritus ſanctus. Segregate mihi ſaulum ⁊ barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. Patet ergo ꝙ bea. bar. eſt verus apoſtolus chriſti. licet chriſtus non elegerit ipſum in vita iſta. Si autem dicatur de omnibus alijs diſcipulis quare bea. bar. fuit electus in apoſtolum ⁊ non alij: ratio aſſignatur in themate di. Erat vir bonus. Nota erat vir. non dicit erat homo. quia multi ſunt homines qui ſunt magni peccatores: ſed dicitur vir a virtute. quia erat virtuoſus ⁊ bonus. Patet thema. in quo ſubtiliter oſtenduntur quatuor excellentie de bea. bar. apoſtolo. Prima eſt quia fuit.

¶ Primo alte virtuoſus. ibi erat vir.

¶ Secundo plene pietoſus. ibi bonus.

¶ Tertio vere gratioſus. ibi plenus ſpiritu ſancto.

¶ Quarto digne glorioſus. ibi plenus fide.

Dico primo q̄ b. bar. fuit alte virtuoſus. quia erat vir. i. virtuoſus. Quid ē virtuoſum eſſe? Dico q̄ quando intellectus. memoria. opa ⁊ volūtas fiūt ſm deum ⁊ ei⁹ mādata. nō curās qd dicāt gētes. ſed qd d₃ fieri ſ₃ deū. tal' ē ṽtuoſus ⁊ fortis. ſicut dr̄ de illo q leuiter cadit modico vēto ul' īpetu. ñ h₃ virtuté reſiſtendi. ñ ē fortis. Ecce q̄r cadit. Sed qñ fortiter. dr̄. O virtute₃ h₃ ſtat fortis. Jta eſt ſpūaliter. Totus iſte mundus eſt plenus ventis qui ſunt tēptatiōnes demonum. 3. R. 19. Spirit⁹. i. ventus grandis ⁊ fortis ſubuertēs montes ⁊ conterens petras. Montes alti fuerunt adam. eua. ſanſon. dauid ſalomon. ⁊ tamen ſubuerſi ſunt vento temptationis. Non enim erant fortes: quia ſtatim ceciderunt. Jdeo virtuoſi ⁊ fortes ſunt qui non permittunt ſe cadere quacūq₃ temptatione. Secundo quādo quis portat onus fortiter dicitur q̄ habet virtutem. Jſte fortis eſt. ſecus ſi cum honere cadit. Jta quilibet noſtrum portat magnum onus carnis. ſcilicet Sapien. 9. Corp⁹ quod corrumpitur aggrauat anima₃. Qui ergo permittit ſe cadere pondere malarum inclinationum carnis. nō eſt virtuoſus. nec fortis: ſed ille qui tenet ſe fortiter eſt virtuoſus. Tertō preſens via non eſt niſi via lubrica. tot ſunt occaſiones peccandi. ſcilicet videndo. audiendo. operando. ⁊ oportunitates male. q̄ ille qui non cadit eſt fortis ⁊ virtuoſus. Quarto in hoc mūdo habemus multas erumnas tribulationum. dolorum. infirmitatum. ⁊ paupertatum. ita q̄ multi cadunt per impacientiam. Sed qui ſcit ſe tenere fortiter contra ventum temptationū. contra onus malarum inclinationu₃. contra lubricitatem occaſionum. ⁊ cōtra impetus tribulationum. talis eſt virtuoſus. Auctoritas de illo ſancto iob. qui in his quattuor fuit fortis. Jō dicitur de eo Job. i. Uir ideſt virtuoſus erat in terra us nomine iob. ⁊ vir ille erat ſimplex. quia cum haberet cōpus ⁊ animam. ſolum ſequebatur animam qua regebatur. ⁊ rectus erat: quia non permittebat ſe cadere. ac timens deum. quia dyaboli temptationibus non cecidit. ⁊ recedens a malo. ſcilicet vitando carnis inclinationes malas. talis fuit beatus barnabas.

Erat vir ideſt virtuoſus. quia deſpectis cunctis temporalibus bonis virtutibus appetebat. ⁊ emebat celeſtia ⁊ eterna. Nota quomodo fuit de cipro ō ciuitate vicoſie. de genere aaron. de tribu leui. habens domum ⁊ poſſeſſiones. ⁊ erat litteratus in lege moyſi. Qui audita fama virtutum. miraculorum. ⁊ doctrine apoſtolorum. ipſemet volebat audire ⁊ videre. ⁊ venit ierusalem. ⁊ vidit apoſtolos. ⁊ audiebat ſermones eorum. ⁊ erat totus attonitus: ⁊ quia ipſe erat magnus cleric⁹. ⁊ cognoſcebat tempus aduentus meſſye completum. cum magna reuerētia ⁊ attentione audiebat ſermones apoſtoloru₃. Jdeo fuit illuminatus. Nota cum quanta diligentia audiendus eſt ſermo. Deinde dixit infra ſe. Ex quo audiui doctrinam iſtorum hominum. Uolo uidere uitam eorum: quia multi predicant bene qui tamen viuunt male. Et vidit q̄ viuebant cōmuniter. nullus hebeb[illegible] nec portabat pecūias particulariter. niſi rectores hominum ⁊ mulierum. ⁊ fuit multu₃ contentus ō eorum vita. Deinde reſpexit miracula eorum quomodo curabant cecos. ſurdos ⁊c. O dixit beatus barnabas. Et quis poſſet iſta facere niſi deus? Nolo aliam probationem. Et reuerſus eſt ciprum. ⁊ vendidit omnia bona. Et recepto congerio ab amicis. uenit ad apoſtolos dicens eis. unde erat. de quo genere ⁊ tribu. ⁊ illuminatus predicationibus ſupplicauit eis vt

ipſum reciperent i ſocietatē. ⁊ fuit rece
ptus ⁊ baptizatus. Barnabas qđ ideȝ
eſt ꝙ filius conſolationis: quia apoſto
li fuerunt valde ꝯſolati de eo. ⁊ p̄ciuȝ
bonoꝝ ſuorum poſuit ad pedes apl'oꝝ
vt diſtribueref paupibus. ⁊ i ſocietate
poſuit ſe ⁊c. Erat ergo vir. Et xp̄s ſibi
apparuit i orōne dicēs. Cōſtans. i. vir
tuoſ⁹ eſto barnaba: qa p̄mia eterna ꝑ
cipies. O qual' permutatio dare terrēa
⁊ accipere celeſtia. De oībus q̄ dixi au
ctoritas de biblia in q̄ maxie vita bti
bernabe hētur actu. 4. Joſeph aūt qui
cognomiatus ē barnabas ab apl'is. qđ
eſt iterpretatū filius cōſolationis leui
tes ciprus gnre. cum hēret agrū. vēdi
dit eum ⁊ attulit p̄cium: ⁊ poſuit ante
pedes apl'oꝝ. Ideo poſſumus dicē ō eo
illud. 4. Re. 5. Erat vir magn⁹ apud dn̄ȝ
ſuum ⁊ honoratus. Moraliter ſi vos
de mūdo nō hētis tātam virtutē dimit
tendo oīa pro deo. nec tenemī. ſȝ nos
religioſi tenemur ex voto. Sed dimit-
tere tenemini oīa de malo iiuſto. vſura
furto. rapina. de calūnia. de ſolidata.
de decimis. de defūctis. de fraude ma
le emendo vel vendendo. ⁊ reſtituere
ō illis De bono iuſto poteſtis cōgrega
re pro vobis ⁊ filijs. Item tenemini
ad reſtitutionē de dānis datis. ⁊ mlti
non faciunt ſibi cōſcietiā. Si ex negl'ia
veſtra vl' ſcienter oues veſtre itrarūt
cāpum vel vineā alterius. lȝ curia nō
curet nec tangat vos. tn̄ tenemini ſa
tiſfacere. Idem de notarijs qui i teſtis
faciūt mutare volūtatē teſtatoriſ. Idē
ſi rex. papa ul' dn̄s volebat dare alicui
officiū vel beneficiū ⁊ vos impediſtis
tenemini. Ideȝ de falſis teſtibus in iu
dicio in dānū p̄rimi. Idem ſi aliquis
diſplicuit vob. ⁊ vos odio icidiſtis ſibi
vineā. vel hortū. arbores ⁊ huiuſmōi.
tenemini ⁊ null⁹ curat. Ideȝ de iudici
bus. aduocatis. notarijs. ꝓcuratorib⁹
nō poteſtis ſaluari niſi reſtituatis. Jō
dixit ille ſcūs patriarcha iacob labam
ſocero ſuo. gen. 31. Ego oē dānum red
debam quicqd furto ꝑibat.

Scđa excellētia. bti bar. fuit plene pi⁹
quia erat bonuſ. Proprie eē bonū ē qn̄
ꝑſona non ſolū curat ō bono ſui ſȝ etiā
procurat ō bono proxi ſui. q2 al's non
eſſet bonus ſi ſolū curaret de ſe. Auc
toritas eccl'i. 17. Deus mādauit vnicui
qȝ de proxio ſuo. Idem dicit dyoniſius
Bonū eſt qđ eſt cōicatiuum ſui ipſius
ſ. ad vtilitatē alioꝝ. Jō dixit rex achis
ad dauid. i. Re. 29. Scio q2 bonus es i
oculis meis ſicut angel⁹ dei. Angel⁹
n. dei lȝ non poſſet ꝑdere gl'iam nec ip
ſaȝ augumētare eſſentialiter. tn̄ adhuc
coꝝ bonitate deſcendūt ad cuſtodien-
dum nos. ⁊ bene nobis expedit q2 al's
⁊c. Patet ergo ꝙ eē bonū eſt non ſolū
curare de bono ſuo ſȝ alterius. Cura-
bat. n. b. bar. nō ſolum ſe ſaluare. imo
totū mundū. Incepit ire predicādo de
vila ad vilā. de ciuitate i ciuitatē. nole
bat habere vilā. citatem. nec domū ꝓ
priaȝ. ergo erat vir bonus. Dicā vobis
vnā bonitatē quam fecit. Quādo paul⁹
fuit cōuerſus in via dū iret damaſcuȝ
redijt ier'lȝ. qui uolens ſe ſociare xp̄ia
nis omnes fugiebāt ſcientes ipȝ perſe
quutoreȝ. Et b. bar. ſol⁹ ſe ſibi aſſocia
uit. ⁊ ipm ad apl'os duxit actu. 9. Cum
aūt paul⁹ ueniſſet irl'm tēptabat ſe iun
gere diſcipulis. ⁊ oēs timebāt eum. nō
credētes ꝙ eſſet diſcipulus. Barnabaſ
aūt apprehēſum illū duxit ad apl'os. ⁊
narrauit illis ⁊c. O quale feſtū ⁊ gau
diū fuit factū de eius cōuerſione mira
bili. Item nō quō pie recōciliauit ſibi
ſociū Joheȝ marci notariū qui dimiſe
rant cuȝ cū fuiſſent in periculo mortis
Patet. Bene ergo poſſum⁹ ſibi dicere
Bonus es tu ⁊ in bonitate doce me iu
ſtificationes tuas. Moral'r etiam nos
debemus hanc bonitatem habere. nō
ſolum procurando bonum noſtrum. ſȝ
etiam proximi. Accidit aliquotiens in

domo. ꝙ vir erit bonus ⁊ deuotus. ⁊
vxor mala ⁊ indeuota. gulosa. v̄bosa.
nō ſufficit viro dicere nō curo. ſufficit
ꝙ ſaluem aīam meam. ſed oꝫ ꝙ bonis
modis ⁊ dulcibus verbis inducat eaꝫ
ad bonum dicēdo ⁊c̄. Et per oppoſitū.
ſi vir ſit malꝰ. iurator. fur. luxor. ebriꝰ
⁊ vxor ſit bona ⁊ deuota. oꝫ ꝙ q̄n vir
erit in bonis ꝙ ipſa dulciter īducat eū
ad bonum. dicendo. O marite q̄r non
cōfitemīꝰ ⁊c̄. Ideꝫ de parentibus erga
filios. Nō ſufficit habere. ⁊ tenē filios
bene paſtos ⁊ indutos. imo oꝫ ꝙ ſint
bene nutriti. nō iurent ⁊c̄. Nota quo
modo matres tenentur eis oſtendere
vt ſignent ſe. orēt ⁊c̄. mane ⁊ ſero ⁊c̄.
Si filij ſunt mali culpa eſt parentum
qui licet de ſe boni ſint. tn̄ erunt dam
nati ex mala cura filiorum: quia ſicut
arbor tenuis poteſt adaptari. ſi nō fit
ex culpa ortolani. Ita ⁊c̄. Ortolani in
orto xp̄i ſunt illi de matrimonio q̄ plan
tant filios ⁊c̄. Si ergo aliquando ſunt
curui. ⁊ male vite. ⁊ ribal li ⁊c̄. culpa
eſt parentum. i. ad tim. 5. Si quis aūt
ſuorum ⁊ maxime domeſticoꝝ curam
non habꝫ. fidem negauit. ⁊ ē infideli/
deterior. Item qui habet regimen ci/
uitatis vel cōitatis debet ꝓcurare bo
num non ſolū ſibi ſed toti cōitati cor
rigendo peccata.

Tertia excellentia fuit. vere gratōſus
qr plenus ſpiritu ſcō. Sciendū ꝙ gra/
tia gratum faciens n̄ ē in perſona niſi
hēat ſpūꝫ ſcūꝫ. quia ſimul ſtant ⁊ ſimꝉ
ꝑdūtur q̄n hō peccat. Sꝫ b. bar. hēbat
ſimul ſpūꝫ ſcūꝫ ⁊ grām gratū faciētē.
Ideo dico ꝙ erat vere gratioſus ī oī/
bus dictis ⁊ factis ſuis. Nō q̄uo fuit ꝑ
ānū ī ciuitate ātbiochie ⁊ magnā tur
bam ↄuertit ⁊ ibi mutauit nomē. Ipi
enim xp̄iani tunc dicebāt̄ diſcipꝉi. hoc
nomē diſcipulus ē correlatiuum. ſ. ad
apl̄os quoꝝ erant diſcipuli. O dixit b.
bar. melius ē ꝙ relatio. cognominatio.
ſiue deriuatio fiat ad xp̄m. Ideo vt hē
tur actu. xi. ordinauit ꝙ diſcipuli vo/
carēt̄ xp̄iāi. Et fuit ↄpleta ꝓhēia yſa.
65. d. Seruos ſuos vocabit noīe alio ī
quo q̄ bn̄dictus ē ſuꝑ terrā bn̄dicetur
ī deo amē. Itē hētur actu. 14. qualiter
recuſauit diuinos honores ſibi oblatos
Plēitudo ſpūs ſcī repellebat ab eo ſpi
ritū inanis glorie. ſꝫ oīa referebat ad
deuꝫ. Iō poterat dicere. illud p̄s. 163.
Spūs tuus bonꝰ deducet me ī terraꝫ
rectā. Moralr̄ hētis h̄ doctrīaꝫ ꝙ ī oī
bus factis ⁊ dictis vr̄is. detis honorē
deo. qr multa bona opa perdūtur. quia
honor nō datur deo. ad colo. 3. Quod
cūqꝫ facitis ī verbo aut ī ope. in noīe
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i facite. Quarta excel/
lētia ē qr fuit digne glorioſus. qr ple/
nus fide: qr ꝑꝑ plenitudinē fidei fuit
glorificatus. qr fides xp̄iana hꝫ tantaꝫ
virtutē. ꝙ qui eam tenet in corde ſine
errore vel falſa opinione. deus fac̄ ip
ſum glorioſum ī miraculis ī hoc mūdo
⁊ in alio ꝑ glīam eternā. Ideo quādo
curabat aliquē dicebat. Fides tua ſal
uum te fecit. nō humilitas tua. vel pa
tiētia tua ⁊c̄. auctoritas ad ro. 5. Acceſ
ſum hēmus per fidem in grām iſtaꝫ ī
qua ſtamus. ſ. faciendi miracula. ⁊ in
alio gloriamur in ſpe glorie filioꝝ dei.
Ideo b. bar. Ex fide firma quā hēbat ī
corde ⁊ ꝓdicabat ore: curabat oēm in
firmitatē. Nō legitur ꝙ portaret aliuꝫ
librꝝ. niſi euāgeliū b. mathei qd̄ magis
late ponit vitā xp̄i. Et q̄n portabatur
ſibi īfirmus ad curan̄. pōebat illō euā
gelium ſuꝑ eū ī noīe ieſu ⁊c̄. ⁊ curaba
tur. Ecce qualr̄ fuit ī hoc mūdo glīo/
ſus ī miraculꝭ. ⁊ ī alio ī premio. Nota
hic eius martiriū. Moralr̄ inſtruimur
ꝙ ex quo fides xp̄iana hꝫ tātā v̄tuteꝫ.
cōſulo vt ſciatis eam. que tota ↄtinet̄
ī credo ī deū: ⁊ dicatis ī mane ⁊ ſero
cū ꝓteſtatōe. Def̄ rō ꝙ cādela accēſa q̄
extiguit̄ niſi reſpirt. Iō dō. Credidi. ſ.
ī corde ꝑꝑ qd̄ loquutꝰ ſum. ſ. ī ore. Et
q̄lr̄: Ego āt hūiliatꝰ ſuꝫ nimis d̄o grās

¶ In feſto btī Johannis baptiſte.

Ante ꝙ̄ exireſ de vulua ſcificaui te. Hr̄ verbū iſtō textualr̄ iere. p̄. ꝛ rec tatiuc ī epl'a hodierna de vigilia ꝛc. Salutef vir. ma. ꝛc. Pro introductione mr̄ie p̄dicande ꝛ declaratiōe thematis. Sciēdū ꝙ ille magnꝰ pp̄ha ꝛ amicus dei ieremias ī epl'a hodierna recitat magnas gr̄as quas deꝰ fecit ſibi d. Factum ē verbū dn̄i ad me d. priuſꝙ̄ te formarē in vtero noui te. ꝛ anteꝙ̄ exires de vulua ſcificaui te. ꝛ pp̄haꝫ in gentibꝰ dedi te. Jn his vb̄ nārat. 4. magnaſ gr̄aſ ꝙ̄ſ deꝰ fec ſibi Prima ē familiaris colloquutio. Qꝛ cum iere. eſſet adhuc puer. deꝰ ſibi loquebatur familiariter. Legit̄ d̄ abraā gen. 12. cui p ſingulari gratia deus voluit loqui. ſed ī qua etate. nō qn̄ erat puer vel iuuenis. ſed qn̄ fuit. 75. annorum. Sꝫ ieremie fuit loquutus cuꝫ adhuc eſſet puer. Ecce quare dixit factū eſt verbum dn̄i ꝛc. Scd̄a. eſt eternaliſ predeſtinatio. qꝛ eternalr̄ deus predeſtinauit eū vt eſſet ſanctus in hoc mūdo. ꝛ glorioſus in paradiſo. Et hoc reuelauit ſibi. quaſi vt aperiret ſibi libꝝ predeſtinationis. ī quo nullus legit niſi deus. Si vultis ītelligere iſtā gratiā cogitate illud vb̄ū eccl'es. 9. Neſcit hō vtrū amore an odio dignus ſit. Sed ieremias ſciuit. qꝛ deꝰ ſibi dixit. Priꝰꝙ̄ te formarē ī vtero noui te nō ſolū ſciā ſpeculationis. ſed ſciā approbationis. Tertia ē ſanctificatio ſpālis. Maxima gr̄a fuit ꝙ ante fuiſſet ſanctus ꝙ̄ natꝰ Noe habuit p ſingulari gr̄a qn̄ fuit qngentoꝝ annorū ꝙ tunc fuerit a deo ſcificatus. ſed ieremias iā ī vtero mr̄is Ante ꝙ̄ exires de vulua ſanctificaui te Quarta ē illuminatio pp̄halis: qꝛ deꝰ fecit eū conſiliarium ſuū. ꝛ ſecretariū reuelādo ſibi ventura. Jō dixit ꝛ pp̄ham ī gentibꝰ dedi te. Jſta vb̄a ꝛ iſte quattuor gr̄e pp̄rie ꝛ hiſtorice dn̄tur d̄ ieremia pp̄ha. ſꝫ appropriate ꝛ alegorice d̄ btō Joh. bap. hodie ī eccl'ia: qꝛ deus etiā ſibi fecit iſtas quattuor gr̄as ꝛ fuit ī vtero matris ſanctificatus. Jō appropriate dīc thema. Ante ꝙ̄ exireſ de vulua ꝛc. Queſiui amore vr̄i quot ſunt modi quos deus tenet ad ſanctificandum peccatorem. ꝛ qui ſunt. Et inueni ꝙ ſunt. 5. ꝛ de. 5. modo loquit̄ thema Ante ꝙ̄ exires de vulua ꝛc. ꝛ ſunt iſti qui ſequuntur videlꝫ.

¶ Primus eſt finalis ꝯtritio.
¶ Secundus penitentialis cōuerſio.
¶ Tertius martilialis afflictio.
¶ Quartus babtiſmalis ablutio.
¶ Quintus ſpecialis preuētio.

¶ Dico primo ꝙ vnus modus quem deꝰ tenet ſcificandi peccatorem ē final' cōtritio. Quādo pſona vixit diu in peccatis ꝛ mala vita. ſine timore dei. ꝛ verecundia gentium. n̄ curat de eo. Jmo forte non credit. Sed finaliter quādo debꝫ mori deus aperit ſibi fontē. tunc dans ſibi contritionem de peccatis. ex qua purificatur aīa ꝛ ſcificatur. ſed de iſta non facit cottidie: qꝛ in tota ſacra ſcriptura non legitur ꝙ aliquis fuerit ſanctificatus niſi vnus ſcilꝫ latro. De quo dicit leo papa ꝙ ſemper fuit male vite. ꝛ nūꝙ̄ fecit aliquod bonū in vita ſua. ꝛ pro ſuis criminibꝰ ſniatus. fuit ad latus xp̄i ſuſpenſus. Et ſubito xp̄s aperuit ſibi fontem miſericordie. ꝛ flumen contritionis venit ad euꝫ. ꝛ dixit xp̄o cū magnis ſingultibꝰ ꝛ ſuſpirijs. illud luc. 23. Dn̄e. memento mei cū veneris ī regnū tuum. Et xp̄s ſibi rn̄dit: d. Amen dico tibi. hodie mecum eris in paradiſo. Et fuit ſanctificatus ab omnibus ſuis peccatis. Sed poſſet queri ab aliquo quū duo legant̄ latrōes fuiſſe cū xp̄o ſuſpenſi. qr̄ vnus fuit ſanctificatus ꝛ alius non? Ratio que a ſcīs doctoribus aſſignatur eſt iſta. Dicunt euangeliſte ꝙ chriſtus expirauit hora nona. ꝛ tunc ſol eſt altꝰ ꝛ incipit decli

nare ad occaſuꝫ. ꝛ vmbra brachij xpī
tetigit latronem que fuit tante virtu-
tis ꝙ conuertit euꝫ. Neqꝫ mirum. qꝛ
legitur actu. 5. ꝙ vmbra b. petri ſana
bat infirmos. Dicatur quomodo pone
bantur infirmi in grabatis per vicos.
vt vmbra petri tangeret eos. Quid mi
rum ergo ſi vmbra chriſti cōuertebat
peccatoreꝫ? De nullo alio legitur ꝙ ha
buerit malam vitam ꝛ bonam finem.
niſi de iſto latrone. De iſto modo ſācti
ficationis ꝓphia. iere. 12. Cōgrega eos
quaſi gregem ad victimam. ꝛ ſanctifi
ca eos in die occiſionis. Hec dicebat ꝓ
pheta orando. Modo quilibet veſtruꝫ
vellet viuere ad libitum. ꝛ habere bo
num finem. Ideo vſurarij. lenones. ꝛ
meretrices qñ iurant dicunt. Ita ſi de
us ducit me ad bonum finem. Sꝫ ipſi
nolunt hēre bonā vitam. Ideo nō ha-
bebūt bonum finem. Idō non expecte-
tis finem. ſed pro tēpore dimittatis ma
lam vitam ꝛ peccata. ꝛ vēiatis ad deū
quia in fine tot ſunt dolores mortis ꝙ
nō poſſunt habere deuotionem. nec cō
tritionē. nec recordātur de peccatis.
Nullus dicat. deus parcet mihi vt la
troni. Cōfidere ꝺ dei miſericordia ſine
penitētia. ſtulticia ē. Ideo mō ꝓ tēpoꝛ
redite ad bonā vitā ꝛ pñiam. ꝛ ſic eri
tis ſcīficati a peccatis. Ita dixit apl's
quibuſdam peccatoribus poſtqꝫ redie
runt ad bonam vitā ad ro. 6. Nunc āt
liberati a peccato ſerui āt effecti deo
hētis fructum veſtrum in ſcīficatiōe.

Scḋs modus ſcīficationis eſt pñialis
conuerſio. Quādo perſona que fec̄ plu
ra peccata ſuperbie ꝛ vanitatis. auari
tie ꝛ cupiditatis. luxurie ꝛ cārnalitatis
ꝛ ſic de alijs nō expectat finē: qꝛ iuue-
nis non expectat ſenectutem. nec ſan⁹
infirmitatē. ſed de bōa hora redit ad
dñm. dolet ꝺ peccatis ꝛ proponit abſti
nere. cōfitetur. acceptat pñias. ſatiſfa
cit. parcit inimicis. ſeruat feſta. cōicat
deuote. Iſto modo multi ſcīficāť. Iſte
eſt ſecurus modus. Iſto modo maria
magdalena fuit ſcīficata vt habeť luc.
7. Que in iuuentute incidit neſciens
cauere. in tantū ꝙ ita fuit diffamata.
ꝙ perdidit nomē. ꝛ dicebāť peccatrix
Sed quid fecit? Non expectauit ſenec-
tutem. nec finem. ſed auditis ſermoni
bus xpī dicentis Mat. 4. Pñiam agi-
te ꝛc̄. O dixit ipā. adhuc potero ſalua-
ri ſi fecero pñiam. ꝛ venit ad pedes
xpī. ꝛ lachrymis rigauit pedes eius. ꝛ
recepit in ſe magnam pñiam. ieiunia.
orationes. ꝛ alia. ī tm̄ ꝙ. 30. annis fuit
in deſerto ſolitaria: que nihil comedit:
nec bibit. dormiebat ſuper lapideꝫ ꝛc̄.
Iſte modus ē melior ꝙ̄ primus. De iſto
dicit dᷓ ps. 45. Fluminis impet⁹ letifi
cat ciuitateꝫ dei. ſanctificauit taberna
culum ſuū altiſſimus. Nota flūis īpe-
tus. Quattuor ſunt flumina ī aīa pec-
catoris penitentis. ſ. flumen olei. flumē
mellis. flumen aque. flumē ſanguinis
Dico primo de cathedra dei ꝓcedit flu
men olei miſericordie. ſignificatū per
oleum qḋ eſt medicinale. ꝛ curat vul
nera intellectus ꝯtra errores ꝛ falſas
opiniones. ꝛ volūtates cōtra odia ran
cores. ꝛ memoriā cōtra dei beneficio-
rum obliuiones. curat ꝛ vulnera cor-
dis ꝯ malas cogitatiōes. curat ēt oris
mendatia. ꝛ falſa piuria. oculos a ma
lis aſpectibus. aures ab auditu ma
lorum verborum. manus a furtis ra
pinis. percuſſionibus. inanibus tacti
b⁹ īmundis. finaliter tocius corporiſ.
Et ꝯ vulnera luxurie tāqꝫ bon⁹ medic⁹
mittit flumen ſue miſericordie. vngēs
vulnera peccatorum. Ecce quare dicit
flumīs impetus. quia ſubito venit.
De ſcḋo etiā mittit flumen mell' ſpūſ
ſancti. Et hoc qñ perſona recipit ſpem
veīe. dicendo. verum eſt ꝙ ſum pecca
tor. ꝛ feci multa mala: ſed de cetero
emendabo vitam meaꝫ. Fui ſupbus.
van⁹: ſꝫ de cetero volo humiliari ꝛ ſic

de alijs. De tertio flumine aque ē quā
do perſona penitens lacrimat pro pec
catis d. O miſer quid erit de me τc̄.
Si dicat᷑. nō eſt flumen ſed diſtillatio
aquaꝝ lacrimaꝝ. dico ꝙ imo. quia ma
iorem virtutē habet vna gutta lacrīa
ruꝫ ꝗ̄ totū mare ad abluendū peccata
De quarto flumīe ſanguinis ē quando
ex peccatis hō̄ diſciplinat ſe. Jſta peni
tētia ē propria homicidis. τ hominibꝰ
qui tractant vel conſentiūt in morte
alicuiꝰ. ſm̄ illud gen. 9. Quicūqꝫ effu
derit humanū ſanguinem. fundet᷑ ſan
guis illiꝰ. Ecce quare dicit flumīs īpe
tus. Nō letificat ciuitatē dei: qꝛ ut dr̄
luc. 15. Gaudiū erit corā angelis dei in
celo ſup vno peccatore penitentiā agē
te ꝗ̄ ſuper nonagīta nouē iuſtis qui nō
indigent penitētia. Sc̄ificauit taberna
culū ſuum altiſſimꝰ. Quādiu homo eſt
in peccatis. τ ſcabellū porcoꝝ. ſed poſt
ꝗ̄ flumīs impetꝰ mundauit eū efficitur
camera. tabernaculuꝫ τ hītaculū dei.

¶ Tertius modꝰ eſt melior. ſ. martirial᷑
afflictio. Qn̄ aliq̄s pro fide catholica. l᷑
pro aliqua virtute manutenēda mori
tur pro xp̄o. martir efficit᷑ τ ſanctꝰ. vt
ſi captiuꝰ permitteretur ſe mori anteꝗ̄ fi
dem catholicā abnegaret martir eſt. τ
in numero ſanctorū martirū computa
tur. Idē de muliere captiua ſi permit
teret ſe mori anteꝗ̄ cōſentiret peccato
eſſet martir cū b. kateriā. Idem iter
xp̄ianos ſi meretrix ꝯuertatur. τ poſt
conuerſionem cogat᷑ ꝑ aliquē τ ipſa con
tradicente tādē ab illo occiditur. mar
tir efficitur. Item de ſeruitore cui p̄ci
pitur fieri aliq̄d a dn̄o contra deum τ
nō vult facere. τ occidit᷑ a dn̄o. martir
eſt. Idē de muliere nolēte conſentire
viro aliquid inhoneſtum τ cōtra deū.
τ occidit᷑ a viro. martir efficitur. Idē
d illo q manutenet cōitatem ſi pp̄ hoc
occidit᷑. martir eſt. De iſtis dr̄ Mat. 5.
Beati qui perſecutionē patiūt᷑ pp̄ iuſti
ciā qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. De iſto
mō ſanctificatōis dicit ꝓpha ſopho. i.
Preparauit dn̄s hoſtiā: ſanctificauit
vocatos ſuos.

¶ Quartꝰ modꝰ eſt baptiſmal᷑ ablutio.
Jſte modꝰ eſt leuis. per quē modū nō
ſolū pueri ſc̄tificant᷑ ab originali pec
cato. Dicat᷑ quid ē. qꝛ aīa de ſe iꝗ̄tū
eſt ad ymaginē dei ē pulcrior ſole. nul
la creatura corporal᷑ eſt ita pulcra. in
tm̄ ꝙ ſi poſſet videri τc̄. Sed maculat᷑
qn̄ infundit᷑. ſicut ſi ego mitterem vel
lum albū in conca tincta. Ita de aīa.
Jō ſi moriat᷑ ante baptiſmū nō intrat
paradiſuꝫ. lꝫ poſſet venire uſqꝫ ad por
tam petens ingreſſum. Sed dicit᷑ ſibi
a xp̄o. reſpicias te quomō es turpis:
Jō qūo ſtares cum iſtis. τc̄. Rn̄det aīa
Dn̄e ego nullū peccatū feci. τc̄. Et xp̄ſ
ideo nō dabo tibi penā cum illis ī īfer
no. τ remittit eā ad limbū τ ad locuꝫ
pueroꝝ vbi nō eſt ignis nec demones.
τ ibi ſtant delectabiliter. τ diſputant
inter ſe τc̄. apoc. 21. Nō intrabit in ea
aliquid coīquinatū. Jſto mō aīa adulti
ſanctificat᷑ nō ſolum ab originali. ſed
etiā ab omnibus actualibꝰ. in tm̄ ꝙ ſi
moriat᷑ ante ꝗ̄ peccet. ſubito euolat re
cta uia. etiā ſi ante habuiſſet oīa pecca
ta mūdi ex quo nō ficte accedit ad bap
tiſmū. Nota hic cōtra uetulas dicen
tes ꝙ aīa pueri nouiter baptizati quā
do morit᷑ trāſit per purgatoriū ex dolo
re mr̄is. Nō credatis: qꝛ error eſt. Sic
ſanctificatis dicit apl̄s. 1. cor. 6. Pecca
tores aliquādo fuiſtis. ſꝫ abluti eſtis:
ſed ſc̄ificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis ī
nomīe dn̄i nr̄i ihu xp̄i.

¶ Quintus modus ē excellentior. ſ. ſpāl᷑
ꝑuentio. Jſto mō ſolum tres pſone fue
rūt ſc̄ificate ī vtero matris ſiue meri-
tis ipſius creature p̄cedentibus. Jſto
mō legit᷑ virginē fuiſſe ſanctificatā in
vtero matris τ ſic decebat. qꝛ matrē
dei τc̄. Etiā legit᷑ de ieremia ꝓpha: qui
etiā in vtero matris fuit ſanctificatꝰ.

qꝛ debebat ꝺ xp̄o ꝓphetizare . Tertiꝰ
⁊ ultimus fuit b. iohannes baptiſta. Nō
legit ꝙ b. iohānes euāgeliſta fuerit ſci
ficatus. nec petrꝰ. nec paulꝰ. Sꝫ de io
hāne bap. legit ꝙ poſtq̄ꝫ virgo maria
ꝯcepit filiū dei iuit ad uiſitandū heliſa
bet ꝯſanguineā ſuā; quā gabriel reue
latōne ſciuit eē grauidā. vt pꝫ luc. p̄io
Et ſic virgo maria ītrauit domū. ſalu
tauit heliſabet . ⁊ vt audiuit ſalutatio
nem marie. exultauit infans in vtero
eiꝰ . Tunc heliſabet a ſpūſcō ſciuit ꝙ
vir. maria erat grauida ꝺ filio dei. Et
dixit. Benedicta tu ī mulieribꝰ. ⁊ bene
dictus fructꝰ ventris tui. Ecce. n. vt
facta ē vox ſalutatōis tue in auribꝰ me
is. exultauit in gaudio īfans in vtero
meo. Et amplexantes ſe mutuo ⁊ oſcu
lantes. tanta ſcītas exiuit de virgine
maria ꝙ ſcīficauit iohēm in vtero ma
tris exiſtentē. ⁊ iohēs cognouit p̄ſenti
am filij dei. Quia dicit ſanctꝰ thomas
ꝙ vſus liberi arbitrij fuit in eo accele
ratꝰ. Ecce qualr̄ b. iohānes fuit ſcīfica
tus iuxta angeli reuelationē. Spiritu
ſancto replebitur adhuc ex vtero mr̄is
ſue. Ideo iohāni appropriate dicit the
ma. Ante q̄ꝫ exires de vulua ſanctifica
ui te. Amen.

¶ In feſto beati Johannis baptiſte p̄
curſoris

MAnꝰ dn̄i erat cū illo. hētur hoc
verbū textualiter luc. p̄io ⁊ of
ficialr̄ ī euāgelio hodierno. To
ta ſolēnitas hodierna ē illius glorioſi ⁊
ſancti patriarch. prophe. martiris. ⁊
amici dei iohānis baptiſte. Simlr̄ ⁊
ſmo noſter erit de eodē. Si placet ꝺo
hēbimus multas bonas inſtructiōes
ad nr̄aꝝ aīarum ſaluationē. ⁊ vite cor
rectionem. Sꝫ p̄io ſalutet virgo ma
ria ⁊c̄. Uerbū iſtud propoſitū pro the
mate ⁊ fundamēto totiꝰ nr̄i ſmonis di
cit de beato iohāne. ꝙ manus dn̄i erat
cū eo. Pro huiꝰ verbi maiori declara
tione. ⁊ materie p̄dicāde introductō
ne. ſciendū ꝙ in ſacra ſcriptura tam ī
veteri teſtamēto q̄ꝫ ī nouo inuenit ꝙ ꝑ
manū dei ītelligit virtus dei infinita
per quā cuncta operat ſicut nos mani
bus facimꝰ opera. Et ſicut manꝰ homi
nis vel mulieris habet. 5. digitos qui
bus operatur: ita vtꝰ dei hꝫ. 5. attributa
q̄ſi. 5. digitos. qbꝰ deꝰ cuncta oparꝰ ē.
Primū attributū v̄tutis dei dr̄ poten
tia que ē q̄ſi polex. Iſto deus fecit opa
creatōis celū cum ſtellis. elemēta cū
ꝓprietatibus ⁊ cōtentis. ⁊ elemētata
ſ. homīes. iumēta. arbores. montes. ⁊
ualles ⁊c̄. Scōm eſt ſapiētia q̄ſi īdex.
Iſto gubernat vniuerſa. celū. ſolem ⁊
lunā ⁊c̄. elemēta. homīeſ. ⁊ aīalia. oībꝰ
ꝓuidet ſapiētia ſua. Tertiū eſt miſicor
dia. q̄ſi digitꝰ mediꝰ qui longior ē alijſ.
ſic miſicordia dei ſuper oīa opera eiꝰ.
Cum iſto oparus ē opera noſtre redem
ptionis: qꝛ maxīa miſicordia fuit velle
humiliari vt ei credētes ⁊ obedientes
exaltaret. Uoluit ſuſpēdi in ligno cru
cis. ne ſui ſuſpenderent ī furcā infer
ni. Quartū ē gratia quaſi medicus tā
gens venā cordis. ipm illuminādo ad
cognoſcendū peccata. ⁊ ad ꝯterēn. ⁊ ꝯ
fitēn. ⁊c̄. Iſto oparus ē opera iuſtifica
tionis peccatoꝝ. ⁊ hoc mediātibus. 7.
ſacramētis ſacroſancte matris eccl̄ie
Quintū ē iuſticia. q dicitur auricula
ris: qꝛ minor alijs apparet nunc. quia
hō videt ꝙ in hoc mūdo mali nō puni
untur. nec bōi remunerātur. Iſto opa
tus eſt opera noſtra. ſ. retributionis.
Ecce. 5. digiti virtutis dei cū qbus deꝰ
cuncta creauit. Auctoritas Job. 12.
Quis ignorat ꝙ oīa hec manus dei fe
cerit: In cuiꝰ manu ē anima oīs viuē
tis ⁊ ſpiritꝰ vniuerſe carnis hominis.
Pꝫ ergo ꝙ manꝰ dei dr̄ eiꝰ v̄tꝰ infinita
qua oīa corporalia ⁊ ſpiritualia ⁊ īcor
ruptibilia fabricatus ē. Cū ergo diuīa
virtus opata ſit mirabilia. ⁊ magnas
excellentias in beato iohāne baptiſta.
Iō dicit thema. Manꝰ dn̄i erat cū illo

Et īuenio q̄ man⁹ virtutis dei opata ē in beato iohāne baptiſta. 5. mirabilia. alta. ⁊ ſingularia.
Primū ē ānunciatio glioſa.
Scōm generatio virtuoſa.
Tertiū ſanctificatio gratioſa.
Quartū māifeſtatio gaudioſa.
Quintū noīatio miraculoſa.
Et d̄ oībus iſtis dicit thema. Manus dn̄i erat cum eo.
Dico p̄rio q̄ man⁹ virtutis dei opata ē in beato ioh. bap. Annūtiatio glioſa. q̄ ante q̄ fuiſſet genitus vel in vtero m̄ris ꝯceptus. fuit mirabiliter nūtiat⁹ Jllemet āgel⁹ gabriel q virgini marie nūtiauit filij dei miraculoſa; incarnationem nūtiauit ēt zacharie b. iohānis natiuitatē Ad p̄aticā. zacharias p̄r b. iohānis. ⁊ heliſabet eius mater ſteterunt m̄ltis ānis ī ſuo m̄rimonio. ⁊ nū q̄ habuerūt fructū ꝑlis. Cū autem ſuiſſent iam ſenes ⁊ antiq̄ ī tantū q̄ dicit Nicho. de lira q̄ iā dimiſerant ōronē quā ꝯſueuerant facere ut de⁹ daret ſibi fructū de ſuo m̄rimonio. ꝑpter eoꝝ antiquitatē. zacharias aūt cū eſſet ſacerdos magnus ſemel ītrauit templū dei ut oraret. nō vt obtineret ꝓlē ut dicit nicholaus de lira. ſ; orabat deuote deū ut mitteret meſſiā eis ꝓmiſſū mūdi ſaluatorem: q̄ videbat iā temp⁹ completum. ⁊ ꝓphias ꝯpletas. ⁊ orabat. q̄ſi vellet dicere. Poſtq̄ non fui dignus habere ꝓlē. ad minus dn̄e mitte meſſiam ⁊c̄. Et ipſo ſic orante. Ecce apparuit ſibi archāgelus gabriel reſplendens ⁊ clarus. in tantū q̄ zacharias timens tremuit: quia conditio eſt ſpirit⁹ ſiue boni ſiue mali īcutere terrorē quādo appet. Ratio q̄ ex fragilitate carnis nō poſſum⁹ ſubſtinere viſionē ſpūs. Jō dicit b. luc. de virgine maria luc. p̄rio. Et turbata ē in ſmone eius. Tamen angelus bonus ſtatī dat cōſolationē. Jō ſtatī ſibi dixit. Ne timeas zacha. q̄m exaudita ē oratio tua: quia meſſias venit illico. ⁊ tu videbis eum Etiam annuntio tibi q̄ heliſabet vxor tua cōcipiet. ⁊ pariet filium. ⁊ vocabitur nomen eius iohānes. ⁊ erit gaudium tibi ⁊ exultatio. ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit. n. magnus corā dn̄o. Primo erit magnus in aſperitate vite: q̄ non bibet vinū neq̄ aliquē liquorē quo poſſit inebriari. nec comedet panem. nec carnes. nec piſces. nec fructus. ſed cibus ei⁹ erit mel ſilueſtre. ⁊ locuſte. Ueſtis eius erit nō d̄ auro ſiricho. nec de lana. nec de lino. ſed de pilis camelorum. nō dormiet in lecto ſ; in terra: non morabitur ī ciuitatibus ſed ī deſerto. Secūdo erit magnus corā dn̄o in ſanctitate vite: q̄ ante eius natiuitatē iam erit ſanctus q̄ habebat intellectū virilē Spūſancto replebit adhuc ex vtero matris ſue. Tertio erit magnus coram dn̄o in magna vtilitate: q̄ multos filioꝝ yſrael cōuertet ad dn̄m deū ⁊ ad fidem meſſye ⁊ ad penitētiā. Quarto erit magn⁹ corā dn̄o ī dignitate: q̄ ſicut helyas ē ventur⁹ ante iudiciū generale ad p̄dicandū ꝯ antixp̄z. ſic iſte vēiet an̄ ſaluatoris aduētū notificādo ip̄m mūdo. ⁊ oſtēdendo. De iſtis nouis. zacharias hūit gaudiū ſingulare. ſ; ꝯſiderata ſua ſenectute. videns man⁹ ſuas rugatas. cogitata ſenectute vxoris ⁊ eius ſterilitate. dubitauit. hic defecit. ⁊ dixit angelo. Unde hoc ſciam? Ego. n. ſū ſenex ⁊ vxor mea ꝓceſſit ī dieb⁹ ſuis. Reſpōdit angelus ad modū pſone indignate d. Dubiū ponis ī verbis meis qui mētiri nō poſſū: q̄ angelus bon⁹ nō pōt mētiri nec decipere. ⁊ dixit. Jn hoc cognoſces veritatē quā tibi nūtiaui. Ecce eris tacēs. ⁊ nō poteris loq̄ vſq̄ in diē natiuitatis ſue ꝓ eo q̄ n̄ credidiſti v̄bis meis. i. ī ꝑūtōē. Et āgel⁹ receſſit ⁊ remāſit mut⁹ zachāias. Ecce h̄ ei⁹ ānūtiatōē glioſā. Ecce q̄re dic̄ n̄rm thēa. Man⁹ dn̄i ⁊c̄. Nō. h cū dr̄ q̄ zachāias

dubitauit in quo errauit. Sic ē de mul
tis qui de ſecretis fidei. ⁊ ỽitatibus di
uinis quas de⁹ denūtiauit nō ſolū per
ꝓphas. uno ēt per angelos. ⁊ per ſeip
ſum incarnatū. Sed m̄lti dicunt cū za
charia. vnde hoc ſciam. volētes diſpu
tare quō hoc pōt fieri ꝙ xp̄s tam ma
gnus ſit in tam pua hoſtia conſecrata
Itē quō ſtat. Itē quō hoſtia frangitur
quō non frangit̄ xp̄s. argumēta ſūt na
turalia. vnde hoc ſciā. magnū pecca
tū eſt marie q̄ iam hētis exemplū in
nā. ſ. i ſpeculo ⁊c̄. Iō Ambroſius. Tol
le argumēta vbi fides queritur. Si di
catur. Et nūquid aug. ⁊ thomas. ⁊ alij
doctores queſierūt rōnes. ⁊ argumen
ta? Dico ꝙ argumēta ⁊ rōnes bona ſūt
ꝓpter confortationē intelligentie. ſed
nō ꝓ fundamēto credētie. Si fuiſſ; di
ctum tūc b. auguſtino. q̄re credis i tri
nitate ⁊ vnū deū? Certe nō reſpondiſ
ſet ex tali argumēto ⁊ ratione. ſ; dixiſ
ſet q̄ ita p̄dicauit ⁊ docuit xp̄s verus
deus ⁊ hō. ⁊ etiā ap̄li determinarūt.
Qui ergo nunc querūt argumenta vel
rōnes ꝓ fundamento fidei. tales cū za
charia efficient̄ muti tempore antixp̄i
q̄ ſtatim cadēt. q̄ illi facient rationes
infinitas ⁊ argumēta. ſed ꝑſone obedi
entes ⁊ ſimplices ſtabūt firmiter dicē
tes miniſtris antixp̄i. Fides mea non
fundatur i argumētis. ſ; in oīa. Iō
dicebat ap̄ls. i. cor. 2. Sermo meus ⁊
p̄dicatō mea. nō i ꝑſuaſibilibus huma
ne ſapiētie verbis: ſed i oſtenſione ſpi
ritus ⁊ virtutis. vt fides veſtra nō ſit
in ſapientia hominū. ſ; i ỽtute dei. Nō
ſmo meus ⁊c̄. i. nō facio fundamentū i
argumētis loycalib⁹ nec phicalibus. ſ;
in virtute dei ꝑ fidem et ſimplicē credē
tiā. ⁊ hoc de p̄mo mirabili ⁊c̄.

Dico ſecūdo ꝙ man⁹ virtutis dei opa
ta ē in beato iohāne generationē ỽtuo
ſam. q̄ a parentib⁹ genit⁹ fuit virtuoſe
⁊ miraculoſe: q̄ nō ſufficiebat virtus
p̄ris ad generandū. nec matris ad con
cipiendū. ſed ỽtus dei ſupleuit dans vi
patri ad generandū. ⁊ m̄ri ad ꝯcipien
dum. Ad praticā. Nā zacharias facta
ſua oratiōe redijt ad domū ſuam. Erat
n. de nobiliorib⁹ ierl̄m ⁊ etiam heliſa
bet vxor ſua. ⁊ ex ſenectute quil; dimi
ſerat lectum. ⁊ iam dormiebāt ſeorſū
in ſua camera. Iſtam ſcitatē honeſta
tis ſeruabāt oēs antiqui ſancte q̄ non
curabāt de copula carnali niſi ratione
prolis. Iō quādo m̄r erat grauida di
uidebant lectū ſtatim. quouſq; creatu
ra erat ablactata. Idē quādo erant ſe
nes. hoc hētur ex textu biblie gen. 18.
Dixit ſarra vetula de ſe ⁊ abraā ſene
quādo de⁹ ꝓmiſit ſibi filiū. Poſtq̄ cō
ſenui. ⁊ domin⁹ meus uetulus ē volu
ptati operam dabo? zacharias autem
veniens de oratione mut⁹ intrauit do
mum ſuā. ⁊ nō potuit vxori loqui nec
petere debitū verbo. ſed ſignis. Et ad
mirans heliſabet dicebat huy huy huy
dn̄e benedictus de⁹. quid habetis? qd
accidit vobis. nihil ſciens de nuntiatō
ne angeli. ⁊ ipſe accipiebat ipſam per
brachium. Cogitate quō la benedeta
vetula mirabatur. ⁊ finaliter videns
voluntatē viri ſui cōſenſit. Nō hic ꝙ
ex quo ſunt i matrimonio. unus deb;
alteri cōſentire ſiue ſit iuuenis ſiue ſe
nex. nec ſe d; aliter excuſare aliqua fi
cta deuotōe. al' damnat ſe ⁊ aliū. Ideo
ap̄ls. i. cor. 7. Vxori reddat vir debitū
ſil'r autē ⁊ vxor viro. Mulier ſui cor
poris poteſtatē nō habet ſ; vir. ſil'r au
tem ⁊ vir ſui corporis poteſtatē nō h;
ſed m̄r. Nolite fraudare inuicē. niſi
forte ex cōſenſu ad tp̄s vt vacetis orō
ni. Iō ſancta heliſabet l; eēt ſancta. d
uota. ⁊ antiqua. ex quo regrebat a vi
ro ꝯſenſit ⁊ ꝯcepit. trāſactis trib⁹ mē
ſib⁹ venter intumuit ⁊ dicebat iſta. hay
miſa. qd ē hoc. nūqd ſum ydropicha.
Final'r cognouit ꝙ erat grauida. Et d
hoc multū verecūdabat̄. in tm̄ ꝙ d̄r

luc.i.ꝙ occultau t ſe mēſibus.5.Cogi to ego ꝙ fecit ſibi amplam ueſtē ut abſcondēt partum.timēs ne gentes dicerent.Ecce lꝫ ſit deuota tamen adhuc vacat libidini.Ecce hic generatio virtuoſa beati iohannis: quia manus domini ꝛc. Moraliter hic. Si heliſabet ita verecundabatur de hoc ꝙ aliquis preſumeret ꝙ ipſa cum viro ſuo vteretur matrimonio.quāta verecundia dꝫ eſſe mulieribus vel uiris qui curant ꝺ alijs: Proditores ſunt tales. Ideo apoſtolus ad hebr.vlt.honorabile connubium in omnibus ꝛ thorus immaculatus.fornicatores enꝫ ꝛ adulteros iudicabit deus.

Dico tertio.ꝙ manus virtutis dei opata ē i btō iohanne ſanctificationē gratioſam: qꝛ adhuc exñs in vtero matris fuit ſcũs.Sicut dixit angelus. Spũſācto replebit ex vtero matris ſue.Non ſolꝫ fuit plenus ſpũſcō. ſed repletus. Criſo.Chriſtus fecit mariaꝫ heliſabet ſalutare vt ſermo procedens de vtero matris vbi habitabat dominus ꝛ per aures heliſabet ingreſſus deſcenderet ad iohannem.vt illic cuꝫ inungeret in pphām.Modo audite modũ ipſius ꝛ tēpus quo fuit ſcīficatꝰ.Dicit criſoſtomus ꝙ b.iohānes in vtero matris per v.menſes ꝛ aliquos dies de ſexto menſe ſtetit cū peccato origīali.ſed ī ſexto mēſe fuit ſcīficatꝰ. In ſexto enꝫ mēſe ſue cōceptōis miſſus ē angelꝰ gabriel ad virginem mariam.que cōcepit tūc dei filium ꝛ dixit angelus virgini qūo heliſabet ſterilis ꝯcepat filiū.Propter qꝺ virgo ma.iuit ad viſitādū heliſabet Et cum itraret domū: fuit dictū heliſabet ꝙ vir.maria venerat.ꝺ quo heliſabet gauiſa fuit ꝛ exiens ei obuiam ſalutauit eam.Tunc virgo maria dixit ſibi.O benedicta cognata. pſit vobis filius.Iſta verba fuerunt tante virtutis.ꝙ ſicut verba ſacerdotis in baptiſmo.virtute xpi,ſanctificāt animam. ſic illa verba virginis virtute filij dei in ea incarnati ꝛ in ea exiſtenti ſanctificauit b.ioh.bap.i.tim.4.Scīficatur enī creatura per verbum dei.Dicit.s. Thomas i.4.ſniarum di.ſexta ī lrā ꝙ tunc fuit acceleratus vſus rōnis in b. ioh.ꝛ habuit vſum libi arbitrij.ꝛ exultauit ī vtero.ſic letatur miles ſi rex daret ſibi mille florenos: uel caſtrū unū de ſpetiali grā.Sic tunc b.ioh.fuit totus letꝰ ꝛ gaudioſus.Ber.Uocat illꝺ gaudiuꝫ tripudiū.Tunc heliſabet ſpū ſancto inſpirata cognoſcens ꝙ uirgo ma.ꝯcepat filiū dei.voce magna dixit illꝺ luc.i.Benedicta tu in mulieribꝰ ꝛ benedictus fructus vētris tui. Unī hoc mihi ꝙ ueniat mater dñi mei ad me.Rogo vos contemplate hic modicum. Sancta heliſabet erat antiqua. virgo autem maria erat tunc iuuenis 14.annorum.ꝛ amplexantes ꝛ oſculātes ſe venter heliſabet eminebat ſup ventrem virginis.Iꝺ iohā.erat altior chriſto. Propter hoc Ioh.retraxit ſe in vtero matris dans filio dei honorē Sicut faceret miles regi in eodē ſcāno ſedere uolenti.quia miles ſtatim ſe proijceret ad terram.Ecce hic ſanctificatio gratioſa.Moraliter b.iohānes oſtendit nobis quantam reuerentiam debemus facere altari chriſti.ꝛ miniſtris eius.Uirgo maria erat tunc altare.in quo erat chriſti corpus.ꝛ quādo b.iohan.acceſſit ad chriſtum per amplexum matris b.iohannes retraxit ſe humiliter inclinando.Multi errant ī hoc ſtantes prope altare etiaꝫ deſuper apodiati.miror quare non interficiuntur ab angelis qui ſunt ibi preſentes. Ut dicit b.grego. Antiquitus ut habetur numeri i.ꝛ ſecūdo capi.homo.n. ꝺ gñre aaron ſi acceſſerit ad altare meum.morte moriatur. Tamen in illo ñ ſāctificabaꝛ corpus xpi ſed aīalia.q̄to ergo plꝰ dꝫ haberi ī maiori reuerentia altare in ꝗ offerꝛ filius dei: Cogitate ēt

quid faciet de clericis luxurioſis inmū
de ipſum tractantibus. Dauid tam ſan
ctus rex cū magna reuerētia uēiebat
ad tēplū dei. Dicit ipſemet ps. 5. Ego āt
ī multitudine miſericordie tue ītroibo
ī domū tuā adorabo ad tēplū ſcū; tuū
ī timore tuo. Dicat̄ ꝯtra tripudiantes
ꝛ īſtrumēta ī eccleſia pulſātes. ꝛ ꝯco
medentes ī eccleſijs.

Dico quarto. ꝙ man⁹ virtutis dī opa
ta fuit ī b. iohāne māifeſtatōe; gaudio
ſam: qꝛ ī partu gaudioſe fuit māifeſta
tus. qꝛ ī partu nō potuit latere. ſecre
te poſſunt mulieres cōcipere. ſed non
ſine clamorib⁹ parere. Et qꝛ zacharias
ꝛ heliſabet erāt nobileſ. Jō ab oīb⁹ co
gnoſcebātur. Et dicebant gētes ſcitiſ
noua: Et quid ē. Jlla nobilis heliſabet
peperit vnum filiū. Et ſi non erat gra
uida. quia nimis antiqua. Jmo pro cer
to ſe abſcondebat . Tunc amici eius
ꝛ cognati veniebant ad eam ꝛ congra
tulabātur ei dicētes. O certe bn̄ vide
tur ꝙ deus diligit vos: qꝛ in tāta ſene
ctute deus dedit vobis heredez. Ecce
quō manus dn̄i erat cum illo in mani
feſtatione gaudioſa. Moraliter oñdit
nobis hic qualr̄ debemus gaudere de
perſona ſterili in bonis opibus. ꝛ anti
quata ī peccatis ꝛ mala vita. qñ parit
fructum bonoꝝ opu; ꝛ meritoꝝ vt he
liſabet congratulabant̄ amici eius. i.
āgeli: qꝛ vt hētur luc. 15. Gaudiu; ē an
gelis dei ꝛc̄. Nota ꝙ hoc nomen heliſa
bet eſt cōpoſitum ex tribus noībus. ſ.
el. i. deus ly. i. meus ſabet. i. ſeptima.
Jdeo helyſabet. i. dei mei ſeptima. hec
ē īterpretatō huius nominis heliſabet
Modo videamus que ē iſta dei mei ſe
ptima. Rn̄deo ꝛ dico ꝙ iſta dei mei ſe
ptima ē creatura humana. Oīa q̄ de⁹
fecit vadunt de. 7. in ſeptem. Septē. n.
ſunt creature principales quas de⁹ fe
cit. ſ. terra. aqua. aer. ignis. ſ. celi. na
tura angelica. natura humana. Ecce
dei mei ſeptima. Multotiēs creatura
ſeneſcit ꝛ antiquatur ſterilis ſiñ fru
ctu bonorum operum. Quot religioſi
ꝛ preſbiteri. ꝛ homies. ꝛ mulieres ſūt
in mundo ſteriles: quia nunq̄ fecerūt
fructum boni opis. ſed quādo ꝓponūt
dimittere peccata ꝛ malam vitā. ꝛ vo
lunt redire ad deum faciendo illa que
tenent̄ ſm ſuum ſtatū. tunc cōcipiunt
ꝛ ꝑiunt. Quando faciunt bona opera.
quando religioſus ſeruat ſuam regulā
vota ꝛ cerimonias. tunc parit. Jdem
de alijs. Tunc oēs vicini ꝛ amici eius
debent gaudere ꝛ cōgratulari ꝛ regra
tiādo deo dicere. O benedictus ſit. mō
in ſua ſenectute dedit ſe deo. Sed ho
die fit totum oppoſitū. Jn mūdo ſi eſt
aliquis religioſus diſſolutus ꝛ ribald⁹
nullus dicit ſibi aliqd. Jmo oēs laudāt
ꝛ commendant eum. ſed ſi vult ſeruar̄
ſuam regulam ꝛ viuere ſm ꝙ vouit.
ſtatim perſequit̄ ab alijs. Jdem dē cle
rico. idē dē layco hoīe ꝛ muliere vana.
ſi vult dimittere vanitates ꝛ pōt dicē
illud luc. 15. Congratulamini mihi oēs
quia reperi ouem. i. aiam quam perdi
deram. ꝛ tñ in tm̄ perſequit̄ quouſq;
faciūt ſibi perdere aīam cum alijs.

Dico qnto ꝙ man⁹ dn̄i fuit opata ī btō
iohāne bap. noīatōe; miraculoſā. Fuit
enī mirabilr̄ noīatus poſt ei⁹ natiuita
tē. ſ. 8. die ſ; legē moyſi iudei circūci
debāt pueros. ꝛ ſic nūc ī baptiſmo nos
ponim⁹ noīa. Jta tūc ī circūciſiōe īpōe
bātur. Cū āt rabin⁹ teneret iā illā pelli
culā ꝛc̄. queſiuit a mr̄e quō vocaretur
Dixerūt circūſtātes. vocetur pr̄ ſuus
zacharias. ſ; mr̄ reuelatōe ſpūs ſci ꝯ
dixit. Nequaq̄. ſed vocabit̄ iohānes.
Jlli vō admirātes de tali noīe. dixerūt
ad illā. qꝛ nemo ē ī cognatōe tua q vo
cet̄ h̄ noīe. Tūc iuerūt ad pr̄em ſuū. ꝛ
īnuerūt quē vellet vocari eū. adhuc
aūt pr̄ ei⁹ erat mut⁹. Et dicit hic glo.
ꝙ ēt erat ſurd⁹. Jō īnuebāt ei ꝑ ſcri
turā quō vocaret̄. Qui poſtulās pugi

larē ſcripſit dicēs. Johānes ē nomē eiꝰ
q̄ſi dicat. Nō ipono ego ſibi h nomē. ſ;
dn̄s. Tūc pr̄ ſubito recupauit verbū. ⁊
ꝓphauit dicēs Bn̄dictꝰ dn̄s deꝰ yſrl̄.
q2 viſitauit ⁊ fecit ⁊c̄. Ecce h q̄uo fuit
eiꝰ noīatio miraculoſa. Moralr̄ ⁊ ītra
biniꝰ ꝑ qōnē. Qō nomē ē meliꝰ. zacha
rias. vel iohānes. ⁊ vr̄ ꝙ iohannes. q2
dixit mr̄ nequaꝗ̄ vocabit̄ zacharias: ſ;
iohānes. Rn̄deo ꝙ zacharias ſ; iterp̄
tationē ebraicā iterpretat̄ memorans
deū. Jſtud nomē iohānes ī. x. gradibꝰ
excellit nomē zacharias. Nā ſi aliq̄ pſo
na ſit ī pcīs. ⁊ vult dimittē pcā cupiēs
ſaluari gr̄a dei. o; ꝙ tal̄ pſona ſit p̄mo
zacharias. ſ. memorās deū quē offēdit
⁊ ꝙ hēat ꝯtritionē. De ſc̄o ꝙ hēat ꝓpo
ſitum n̄ redeūdi ad pcā ⁊c̄. Dicāt̄ noue;
opa pnialia nec ī nono ope ē iohanneſ
ſed zacharias. ſ; ī decio ope. ſ. ī coīo
ne ſacramītali. ⁊c̄ h; donū gr̄e. l̄ ī quo
ē gr̄a. tūc ē iohānes. Ecce q̄r dic̄ neq̄
q̄ꝫ vocabit̄ zacharias ſ; iohānes ad in
nuendum ꝙ eēt pfcūs ī pn̄ia ⁊ gr̄a dei
Jō yſa. 49. Dn̄s ab vtero vocauit me. d
vētre mr̄is mee recordatꝰ ē nois mei
⁊ dr̄ ī perſona bti iohānis. q2 h; gr̄am
⁊ pfectiōe; quā deus debuit ſibi dare ī
poſuit ſibi nomē. Ergo manꝰ dn̄i erat
cū illo ⁊c̄. Rogemus deum. Amen.

¶ Jn feſto ſancti petri apoſtoli.

Beatꝰ es Simon bariona. Mat.
16. Feſtu; ⁊ ſolēnitas hodierna
ē duoꝝ apl̄oꝝ maioꝝ ⁊ pncipu;
alioꝝ qui eodē die martirizati ſunt ꝓ
xp̄o. ⁊ ī eadē ciuitate. ſ. rome. ⁊ ſub eo
dē īpatore. ſ. nerone. Et tanta ē digni
tas iſtoꝝ duoꝝ apl̄oꝝ. ꝙ eccl̄ia hodie
facit feſtū de btō petro. ⁊ cras de btō
paulo: q2 hodie nō ſufficeret de ābobꝰ
p̄dicare. S; ut ſermo pn̄s ſit in laudē
⁊ reuerētiā ⁊c̄. Salutet̄ uirgo ma. ⁊c̄.
Verbum propoſitu; pro themate ⁊ fū
damēto noſtri ſermonis reqrit aliqua
lem litteralem declaratiōe;. Pro quo
ſciendum ꝙ petrus anteꝗ̄ eēt chriſti
diſcipulus apl̄s. ⁊ papa vniuerſal̄ vo
cabatur ſimon. ſed poſtꝗ̄ fuit diſcipu
lus xp̄i ⁊ apoſtolus. xp̄s conſtituit ip;
papam ⁊ vicarium ſuum vniuerſalem
⁊ impoſuit ſibi nomen petrus. Sic fit
etiam modo qn̄ papa eligitur mutatur
ſibi nomen: quia quaſi mutatur in alte
rum viru; ⁊ noua; creaturam. Jta fe
cit xp̄s Mar. 3. Unde impoſuit ſibi no
mē petrus. Pater vō bti petri vocaba
tur iohannes ⁊ aliquotiens groſſo mō
vocabat̄ iohāna. aliquotiēs diminuti
ue iohānet. Aliquotiens vt cōiter dici
tur iohan. ſicut vos cōmuniter facius
in noſtro vulgari de aliquo proprio no
mine. Jta iudei vocabant patre; petri
⁊ ita etiam nominauit ipſum chriſtus
Aliquotiēs vt cōiter dicitur Johānes
vt ioh. vl. Simon iohannis. i. filius
iohānis diligis me. Aliquotiens groſ
ſo modo vt ioh. i. Tu es ſymon filius
iohāna. Aliquotiens diminutiue. vt in
themate. beatus es ſimon bariona.
bar. i. filiꝰ. iona. i. iohanet. Patet the
ma ſecundū expoſitionem litterale;. ⁊
ſu; in materia predicāda. Jn themate
petrus vocatur binominus. ⁊ ponun
tur ibi duo nomina. ſ. ſymon ⁊ bariōa
⁊ quodlibet nomen habet duas inter
pretationes quibus oñdunt̄ quattuor
virtutes ꝑꝑ quas ē beatus in celo.

¶ Prima ē prompta obedientia.
¶ Scd̄a eſt aſpera penitentia.
¶ Tertia eſt recta intentio.
¶ Quarta ē dura paſſio.
¶ Per iſta. 4. dicit̄. beatus es ſimō bar.

¶ Quantum ad primam virtutem per
quam ſanctus petrus eſt beatus. dici
tur prompta obedientia. que notatur
hic cum dicitur ſymon. ꝙ interpretat̄
obediens. Quando enī perſona audit
⁊ obedit verbis ⁊ mandatis dei. ⁊ ſin̄
aliqua execuſatōe implet voluntatem
dei. vt ſeruus fidelis voluntatem
domini ſui obediens eſt ⁊ meretur

ſalariū.ſ.ſolui ī fine ſuitij.ſic qui ī hoc müdo ſeruit ꝓmpte ⁊ obedit verbis ⁊ mandatis dei. Quādo finierit ſeruitiū ſ.in morte iuſte habebit retributionē ⁊ beatitudinē ꝓ ſalario Jō.luc.xi. Bti qui audiunt uerbū dī ⁊ cuſtodiūt illō. Hanc obedientiā hūit beatus petrꝰ vt pꝫ Mat.4. Ambulās ihs iuxta ⁊c. vbi dicit breuiter ſed ponā ī pratica. Beatus petrus anteqꝫ eſſet diſcipulus xpi erat piſcator pauper.in tm̄ ꝙ ipſe ⁊ frēius beatꝰ and.hēbant ſolū vnam barcham. ⁊ vnū rete. ⁊ viuebant ſic de ſuis laboribꝰ piſcando. Quadā die ipſo exiſtente ī ſtagno.ſ.maris galilee iuxta littꝰ dicti maris ſeu ſtagni vidit petrum ⁊ andreā quibus dixit. O boni homīes ⁊ quid ibi facitis? Rñderunt. Dñe volumꝰ piſces capere. Sciēs xps ꝙ alibi proficeret pluſ qꝫ ibi. dixit eis Uenite poſt me faciā vos fieri piſcatores hominū. Ego.n. docebo vos piſcari hoīes. reges. principes. duces. comites. ⁊ multaꝝ gentiū generationes In his vrbis venite poſt me ⁊c. ſunt duo. Et ꝑ dat intelligi ꝙ eccl'ia xpiana ē ſicut nauis duaꝝ ſeu triū cooptu rarum. Copta baſſa ſiue inferior eſt religioſorum ſe hūiliantiū. ⁊ ſicut coopertura inferior ē ſecreta. ſic religioſus dꝫ eſſe ſecretꝰ in clauſtro in cella. nō ire per vias. vel plateas tractando negotia. Scda cooptura ſignificat ſtatū preſbiteroꝝ. qui debēt miniſtrar̄ ſacramēta eccleſie. Cōiter ī media coopertura ſtant bone merces paradiſi.ſ.ſacramēta ꝓpter que habemꝰ vitam eternaꝫ. Tertia cooptura ē ſtatꝰ laycoꝝ qui vadunt hinc inde ꝑ mundū. ſicut mercatores ⁊ illi de naui qui vadūt per coop tam exercendo laborem manꝰ. De iſta dicebat ſalomon ꝓ.vlt. Facta eſt qſi nauis inſtitoris.ī.mercatoris. de longe portans pan̄ ſuū hoc ē mercantiaꝫ ī.aīam bonā. Scdm ſecretum ē Faciā vos fieri piſcatores hominum. Piſcatores hominuꝫ ſunt ꝑdicatores. ꝑdicatio ē ſicut rete: qꝛ ſicut recte eſt totū ligatū. ⁊ vna corda trahit ſic predicatio euāgelica ē de diuerſis cordis.s. auctoritatibꝰ. ⁊ rōnibus probabilibus. ⁊ omnia ſūt colligata ſi ꝑdicatio ſit beñ ordinata. Et trahūtur vna cōda.ſ.thematē qđ ē fundamētū ſermonis. Predicatores iſtos mittit deus. Jere.16. Propterea ecce dies veniēt dicit dñs. ⁊ nō dicetur vltra viuit dñs q eduxit filios iſrael d terra egipti. ſꝫ viuit dñſ qui eduxit filios iſrael de terra aquilonis ⁊ de vniuerſis terris ad quas eieci eos. Ecce ego mitto piſcatores multos dicit dñs ⁊ piſcabunt eos. Multoſ piſcatores miſit. qꝛ apl'os. martires. ꝯfeſſores. ⁊ nos quibꝰ dixit laxate retiā veſtra in capturā. nō dicit predicate ꝯtra illos qui habent magnā ſcientiam ⁊ libros ml'tos. ⁊ tenent plicatos: ⁊ nolunt ſe diſponer̄ ad ꝑdicañ. ad capieñ piſces. Ecce quare dicit vēite poſt me ⁊c. ac ſi diceret: dimittite illā barchaꝫ paruam cū qua modo capitis piſces. ⁊ ponam vos in magna naui eccl'ie triū coopturarum. dimittite fallacia illa ⁊ habebitis doctrinā euāgelicam. dimittite illud mare. ⁊ ponā vos in mari magno huiꝰ mundi. dimittite illos piſces. ⁊ faciā vos fieri piſcatores hominū regum. militū. ⁊ alioꝛum. Omnia intellexit petrus diuina virtute qñ xps ore ſuo dixit venite poſt me ⁊c. ⁊ cognouerunt ipm veruꝫ meſſyam. O dixit b. petrus ꝙ ego habeā loco retis doctrinaꝫ euangelicā ⁊ poſſim in naui eccleſie ꝑ mundū piſcari hoīes. Prompte obediunt relictis retibus ⁊ naui ſecuti ſunt eū. Incōtinēti ſequuti ſūt eū. Beatꝰ ergo petrus flexis genibꝰ dixit coraꝫ xpo in corde ſuo nolo retia ⁊ nauē ex quo vos poſuiſtis in corde meo affectioneꝫ piſcandi ī mari huiꝰ mundi cum naui eccleſie ⁊ doctrina euangelica incorruptibili. Et ſubito iuit cum chriſto. Ecce

ꝓmpta obediētia. Dicatˀ hic ꝯ̄ defec-
tū huius mūdi. Nā omnes vocamur a
xp̄o. ſ. xp̄iani. iudei. agareni. ⁊ nos no
lumus ire. Uocat. n. nos illuminādo
corda. dans cognitionē de peccatis. ⁊
ſtatim deberemꝰ ip̄m ſequi. ſ; accidit
nobis vt ſamueli ei qui vocabatˀ a deo
⁊ ipſe ibat ad hely. Nota iſtoriā primo
℞. tertio. Non ſic iob qui dicit. 14. c.
Uocabiſ me ⁊ ego rn̄debo tibi nō hely
Cōtra tales dic xp̄s ꝓu̇. p͛io. Uocaui
⁊ renuiſtis. extendi manū meā ⁊ non
fuit qui aſpiceret. Moralr̄ cū dicit fa
ciam vos fieri piſcatores hominū. No
tent hic religioſi ⁊ alij qui habēt predi
cādi officiū: q͛ omnes ſunt piſcatores.
rete ē p̄dicatio euangelica. Ego mō ex
tendo rete ⁊ cum aliquis audiens p̄di
cationem ꝓponit dimittere peccata ⁊
vitia ⁊ redire ad deū: tunc piſcator po
teſt dicere vnum piſcem cepi. Quādo
nobilis vel miles ꝓpter p̄dicationem
dimiſit pompā. odiū. vel rancorē inimi
co ſuo. cepimus vnum delphinū. O ta
les piſces ⁊ piſcatores q̄ntum placent
deo. Idē de nobili dn̄a. dimiſſis vani-
tatibꝰ. ornamētis. blanḋto. ⁊ huiꝰmōi.
ꝯfitetur. ⁊ propōit bene viuere. tūc po
teſt dicere qd̓ cepit vnā tonnā. Quan
do autē i predicatione cōuertitur agri
cola aut ſimplex homo capitur vlipa
geli. Idē d̄ muliere paupere capitˀ vna
ſardena. ⁊ i die iudicij dicet xp̄s predi
catoribꝰ. illd̓ ioh. 21. Uenite nūc ⁊ prā
dete. De quo dn̄e: Afferte de piſcibus
quos prendidiſtis. Oy tam miſer erit
predicator qui dicet dn̄e nou ſum piſca
tus niſi ligna. herbā. ⁊ huiꝰ. ſ. pecuni
as. familiaritateſ. famā. ideo amore d̄i
laboremus vt capiamꝰ aīas. Nā in iu
dicio quil; veniet cū aīabus quas con
uertit dicendo. Ecce dn̄e piſces quos
ego prendidi. O quot piſces o quot ani
mas ducet b. petrus ſecum qui in pri
ma predicatione ꝯuertit triamilia ani
mas. vide act. 2. ⁊. 4. capl'is.

Quantū ad ſecundā virtutē per qua;
b. petrꝰ eſt ſanctus in paradiſo ē ſtric
cta penitētia. qd̓ oſtēditˀ cum dicitur
ſymō. ꝙ ſecūdo modo interpretatur po
nens triſtitiā. ſ. penitētie. de qua apl's
2. cor. 7. Que. n. ſm̄ deum triſtitia eſt:
penitētiā in ſalutē ſtabilē operatˀ. No
ta que ſm̄ deū. ſ. quādo diſplicet homi
ni de offenſis factis deo. Talis beati-
tudinem meretur. qui verā penitenti
a; facit. Unde Mat. 5. Beati qui lugēt
q̄m ipſi cōſolabuntˀ. ſ. in beatitudine
celeſti. Mō attendatis ad penitentia;
beati petri. In tribus. n. fecit penitēti
am. in mangiar. in beuere. in veſtir.
Sciatis ꝙ ſemel fuit interogatꝰ quā ui
tā ducebat. Rn̄dit cibus cottidianus ē
panis cū oliuis. ⁊ raro cū oleribus. i.
caulibꝰ. q͛ ſolū i magnis feſtiuitatibuſ
Ecce vita ſua l; eſſet papa. Unde ergo
exiuerunt tot capones galine. ⁊ tot ci
baria delicata: Dicatˀ truffatorie. ꝙ il
le oliue beati petri erāt grandes ⁊ pe
pererūt capones ⁊ alia p̄dicta. Itē fuit
interrogatus de veſtitu. Rn̄dit. Ueſti
mentum meū. tunica quā vides cum
mantello. tam in yeme. q̄ in eſtate. Ec
ce prima veſtis primi vicarij xp̄i. Unde
ergo exierunt tot ueſtium diuerſitateſ
quas portant prelati: Dicatur mantel-
lum peperit ea ⁊c̄. Item uita ſua fuit
talis. ꝙ de oculis ſuis fecit fontem la
crimarum. recordans de renegatione
pro qua q̄ꝺdiu uixit lacrimatus eſt. ⁊
uixit poſt xp̄i paſſionem. 37. annis ut i
libro de uiris illuſtribus dicit ſanctuſ
ieronimus. tantum flebat ꝙ habebat
faciem quaſi aduſtam ex caliditate la
crimarum. Nota penitentiā de negatō
ne. ipſe peccauit per os xp̄m renegan-
do. Ideo fecit penitentia; per os non
comedēs niſi panem ⁊ oliuas. quaſi di
cat: quia per os peccaſti per os ieiuna
bis. Secundo negauit xp̄m calefacien
do corpus ſuum ut dicit io. ideo fecit
penitentiam in corpore. ſolum portās

tunicã cum mãtello. Tertio ſicut faci-
es ſua nõ fuit verecundata xp̄m nega
re. Jõ fleuit. Jſti ſunt fructus digni
penitẽtie. Luc. tertio. Facite fruct⁹ di
gnos penitẽtie. Sapi. xi. Per que quis
peccat ⁊c̃. Moral'r hic b. petr⁹ pro tri
na xp̄i abnegatiõe. timore mortis ⁊ ta
men fecit. 37. annos oẽs de penitentia
Quid erit de ill' renegatorib⁹ qui nõ
ſolum ter ſ; milies ĩ die renegant xp̄;
Dicatur pratice quõ fuitor portabat
taceam vini. ⁊ ipſi inuitant ſe ⁊c̃. Idẽ
de introitu porte. Idem de bolo vere
cundoſo. O maledicte renegator quid
erit ð aĩa tua ſi b. petrus pro trina ne
gatione tm̃ fecit. quid deberes tu facẽ
qui nõ timore mortis ſed mala conſue
tudie iuras? Itẽ beatus petr⁹ nõ dixit
Jõ renego ⁊c̃. ſ; dixit nõ cognoſco eũ.
Cogita quid erit de aĩa tua. Amor̃ dei
adhibeant̃ modi ꝙ iſta deteſtabilia ceſ
ſẽt. Ego dabo vobis tria remedia. Pri
mũ ꝙ vos mulieres que habetis filios
puos inſtruatis ne iurent niſi ꝑ aduer
bia. Secũdus modus ꝙ quil; iurator
ponat ſibi iſtã legem. ſ. ſoluere certum
qd pro quol; iuramẽto. ⁊ dare pauperi
bus in die dñica. ⁊ ſic corriget̃. Terti⁹
mod⁹ corrigẽdi ꝑtinet ad rectores pa
trie qui per ſtatutũ debent ordiare ꝙ
qui iurabũt de deo falſe puniãtur tali
modo ⁊c̃. ⁊ nulli parcere in his que tã
gunt xp̄i honorẽ. S; quia rectores nõ
corrigũt cõquerit̃ deus dicendo illud
yſa. 52. Dñatores popl'i mei inique agũt
dicit dñs: ⁊ iugiter tota die nomen me
um blaſfematur. Propter hoc ſciet po
pul⁹ meus nomẽ meũ ĩ die illa: q2 ego
ipſe q loquebar ecce adſum. Ecce de
ſecũda virtute ĩ hoc ꝙ dicit ſymon. i.
ponẽs triſtitiam.

Quantũ ad tertiã virtutem per qua;
b. petrus dicit̃ beatus eſt recta inten
tio. Jn omnibus que faciebat. ſ. predi
cando. celebrando. ⁊ alia opera virtu
oſa exercendo. ſemper reſpiciebat ho-
norem dei qð notatur in hoc ꝙ dicit̃
bariona. ꝙ interpretatur filius ſimpli
citatis. non dicit duplicitatis. Quãdo
n. aliquis aſpicit mundum. ⁊ ad hono
res. ⁊ non ad deum. eſt duplicitas. Ac
cidit. n. talibus ut gallo qui cum vno
oculo reſpicit celum. ⁊ cum alio gra-
num. Beatus autem petrus in omni-
bus habebat rectam intentionem ad
deum. vnde ĩ p̄s. Non nobis domine
non nobis: ſed nomini tuo da gloria;.
Ecce ſimplicitas. ⁊ iſti merentur beat
tudinẽ. vnde Mat. 5. Beati mũdo cord
de quoniã ipſi deũ videbunt. hic per
cõtemplationẽ ⁊ ĩ alio ſeculo per eter
nã poſſeſſionẽ. ꝓv̄. io. Qui ãbulãt ſim
pliciter ambulant cõfidẽter. Bene ha
buit iſtã virtutem b. petrus quia licet
eſſet papa ⁊ vicarius xp̄i. ⁊ haberet tã
tam ſanctitatem ꝙ ſanaret infirmos.
etiam vmbra ſua tangens ĩfirmos cu
rabat. Dicat̃ qð ſcribit̃ ac. 5. quando
ſciebãt ipſum trãſiturum per aliquẽ
vicum. ponebãt ĩfirmos vt vmbra tan
geret eos. ⁊ ſanarent̃. Sed cũ toto hoc
tantã habebat ſimplicitatẽ. ꝙ nullam
habebat ypocriſiam. ſeu vanamgloriã
aut preſumptionẽ. Jbat ſimpliciter re
xit ⁊ correxit ſe. Patet ꝙ erat fili⁹ ſim
plicitatis. Et poterat dicer̃ illð. i. pãli.
vlt. Scio deus meus ꝙ probeſ corda ⁊
ſimplicitatẽ diligas. vnde ⁊ ego ĩ ſim
plicitate cordis mei let⁹ obtuli vniuer
ſa hec. Tu ꝓbas corda creature ſi ſer
uit tibi vera ⁊ recta intẽtione. Et ſi ſit
ſimplex diligis eã. ⁊ iõ poterat dicere
b. petrus potius in ſimplicitate cordiſ
mei dilexi te ⁊ tibi ſeruiui mundo cor
de. Moraliter hic ſciendũ ꝙ primu; ꝙ
reſpicit deus in operibus noſtris. ẽ in
tentio. Nam ſi vnus faceret omnia bo
na mundi de genere. ⁊ nõ faceret bõa
⁊ recta intentione. nihil valerent me
ritorie. v. gra. ad praticam. Magnum
opus eſt ⁊ meritorium intrare religio

ne⁊ in tantū ꝙ dicit b. thomas in ſecū
da ſecūde ꝙ poſt martiriū non ē aliud
opus tā magnum ſi recta intentōe fiat
ſed iſtud opus perdit̄ quādo intentio ē
ꝑuerſa ⁊ temporal̄. vt q₂ filius veſter
erit abbas. vel magiſter in theologia
aut ep̄s quia talis intētio nō eſt ad de
um ſed ad mūdum. ⁊ ꝑditur meritum
vel ſi intrat vt viuat in requie non ſer
uando religionem ſeu regulā. iſta in
tentio ē peruerſa nam melius eēt reli
gioſo ꝙ eſſet latro q̄₃ eſſe religioſus nō
ſeruando que uouit. Item predicare
uerbum dei eſt magnum meritum: q₂
eſt magnum opus ſi intentio ſit recta.
ſed quando aliquis predicat propter
uanam gloriam ſeu famam uel ꝓpter
pecunias habēs intentionē ad mūda-
na. totum perditur ⁊ damnat̄. Querit
ſanctus thomas quol₃. 5. q. 12. ſi per pe
nitentiā poteſt recuperari aureola que
digne predicātibus promiſſa ē ſed per
vanam gloriā eam perdidit. Dicit ꝙ n̄
quia nō lucratus fuit ipſa₃. pōt tamē
habere gratiā dei ſi emendat̄. vel per
bonam predicationē aliam de nouo po
teſt lucrari aureolā. ſed perdita nulla
tenus. Itē in bello iuſto illi qui va-
dunt. magnu₃ opus eſt ſi habent rec-
tam intentionem. beati ſunt qui mori
untur propter iuſticiam vel defenſionē
rei. pu. Inter martires ſunt glorioſi li
cet eccleſia non faciat feſtum. ſed ſi fa
ciant propter vanitatem vt multi di-
centes. amore domine mee. O fatue ī
tali caſu oportet ponere amorem ⁊ re
ſpectum ad deum ⁊ verā iuſticiam di
cendo ꝙ faciamus hoc amore ⁊ zelo iu
ſtitie. Sed quando habes intentione₃
fatuam. totum bonu₃ opus perdis. Si
militer remittere iniurias. parcere ini
micis magnum opus eſt ſi fiat pro deo
⁊ amore xp̄i. ſed quādo fit a nobis non
ob dei reuerentiā ſeu amorem. ſed in
exceſſiōe perſonarum. totum meritu₃
perditur. Dicatur pratice ſi papa. rex.
rogaret te ꝙ remitteres ⁊c̄. Dicatur
quando in iudicio xp̄s oſtendens vul
nera dicet. Ecce quid feci pro te. videa
mus quid tu feciſti pro me. ſi remiſi-
ſti amore ſui dabit tibi paradiſum. ſi
vero remiſiſti amore pape vel regis vl̄
aliorum. dicet tibi vadas ergo ad illos
vt dent tibi paradiſum. qui habebunt
ſatis facere de ſe ipſis. ſi remittit pura
intentione. pro honore xp̄i. tunc xp̄s
accipiet te per manū dicens illō Mat.
25. Euge ſue bone ⁊ fidelis quia ſuper
pauca fuiſti fidelis. ſuper multa te cō
ſti. Audi ſeruū ergo ut in omnibus ad
deum corrigatis intentionem. ⁊ ut di-
citur. 1. pe. primo. In omnibus honori
ficetur deus per ieſum chriſtum. cui ē
gloria ⁊ imperium in ſecula ſeculorū.

Quantum ad quartam virtutem que
eſt dura paſſio cum dicitur bariona.
quo ad ſecundā interpretationem vult
dicere filius columbe. Ecce hic marti
rium ſuum: Dicatur hic quando ſacer
dotes veteris teſtamenti offerebant
deo columbum ⁊ inclinabant ſibi ca-
put. ⁊ tale ſacrificium multum erat
deo acceptabile. Unde leui. primo ſa-
crificium ⁊ oblationem ⁊ holocauſtu₃
placabile deo. Qō bea. petrus fuerit
filius columbe patet in eius martirio
propter patientiam quam habuit. ⁊
per eternam beatitudinem 1. petri. 3.
Si quid patimini propter iuſticiam be
ati. Dicatur quomodo poſtq̄₃ beatus
petrus predicauit per multas ciuita-
tes. ⁊ villas. ⁊ conuerterat plures gen
tes in antiochia ⁊ alibi. venit romam.
⁊ ipſo ibi predicante contra mandatu₃
neronis imperatoris qui preceperat fi
dem chriſti non predicare. fuit cap-
tus. Chriſtiani vero volentes eum
liberare. dicebant ſibi. O pater nos
liberabimus vos. fugite de iſtis par-
tibus. Tandem acquieſcens eis fugit.

Quo egrediente ꝺ ciuitate appuit ſibi
xp̄s cum cruce ī humeris . quē videns
petr⁹ dixit. Dn̄e quo vadis: q̄ſi diceret
ego egredior de ciuitate. ⁊ tu igrede-
ris. R̄n̄dit xp̄s. Uenio romam iterum
crucifigi. dicens. ſemel fui crucifixus
in irl̄m. nunc volo iteꝝ in roma cruci-
figi. Uolebat xp̄s dicere. ꝙ poſtq̄ꝫ fuit
crucifixus in ieruſalem ī ꝓpria pſona
ꝙ in pſona bti petri debebat rome cru
cifigi. Qꝺ petrus ītelligēs. ſtati reuer
ſus ē ī ciuitate. ⁊ xp̄s ad celū. Et dixit
petrus amicis ſuis xp̄ianis ciuitatis .
quomodo ſibi apparuerat xp̄s ⁊c̄ . Pꝫ
quomō erat deo acceptabile. ⁊ gratio
ſuꝫ. Ipſe aūt fuit reuerſus ad captōnē
impatoris. Uenerūt miniſtri ⁊ habuit
ſn̄iaꝫ crucifigēdi in cruce quā ipſe ado
rabat. dicēs miſtris. Pro gratia peto
ꝙ nō crucifigatis me cū capite ſurſum
vt fuit crucifixus magiſter meus. ſed
deorſuꝫ. Dixerunt miſtri. mai⁹ tormen
tum erit. ſibi complaceamus in hoc .
Dū aūt eſſet ī cruce: nō ceſſabat p̄di-
care ſtātibus ī circuitu ei⁹. Oñdit hic
nobis doctrinā ꝙ non debem⁹ ceſſare
a p̄dicatiōibus frigore. vel calore. nec
alijs laboribus. ſed conari ī cōuerſiōe
aiaꝝ. Et ipſe ſic ſtāte. xp̄s miſit āgelos
cum coronis violaꝝ: ⁊ appuit xp̄s ibi
libꝝ tenēs ī quo b. pe. legebat. Et poſt
ea dixit. Dn̄e ieſu xp̄e gr̄as tibi ago. q
me portaſti ad finem optatuꝫ. Dn̄e re
cōmendo tibi oēs iſtos xp̄ianos filios
generatos ī vtero ſponſe tue. ſ. in ec
cleſia p baptiſmū. Et ſic tradidit deo
ſpiritū quem angeli portauerūt ad glo
riam. Moraliter hic crux petri n̄ erat
talis ſicut crux xp̄i. Sed reperio ꝙ ēt
ponitis ſpem veſtram in cruce bti pe-
tri que nullum pōt ſaluare: nec etiam
ſcūm petrum. niſi virtute crucis xp̄i .
Cōtra quos dicit apl̄s ad gal. vlt. Mi
hi āt abſit gloriari niſi ī cruce dn̄i nr̄i
ieſu xp̄i. Imo ꝙ fortius ē aliq ponunt
de facto. licet non mente ſpem ī ſigno
dyaboli quod ē circul⁹. Nā ſicut boni
religioſi in principio horarum vocant
deum ſigno crucis dicēdo. deus ī adiu
torium meum intende faciūt circuluꝫ.
q2 vt dr̄ p̄s. xi. In circuitu ipij ambu-
lant. Recita totam praticam. ⁊ defe-
ctum illorum qui non bene ſe ſignant
in introitu eccleſie. in menſa . mulier
ponens filium in letica. Item de p̄ſbi
teris bn̄dicendo panem. aquā ⁊ qꝺ de
terius ē ſup corpus xp̄i faciūt rotuluꝫ.
Oſtēde hic quō debent ſignare ſe. hoc
ꝯtra ſignū nullū ſtet p̄iculū. Inſtruite
ēt vos filios veſtros. De hoc ſigno cru
cis ꝓhbia. canti. 8. Sub arbore mali
ſuſcitaui te. pone me vt ſignaculū ſup
cō tuū. vt ſignaculū ſr̄ brachiū tuū ⁊c̄

## In cōmemoratiōe bti pauli apoſtoli.

Notum vobis facio euāgeliuꝫ .
Ad gal̄. p̄. Recitatiue ī epiſtola
hodierna. Sicut totum officiuꝫ
ē bti pauli. Ita ⁊ ſermo noſter. Salu
tetur prius virgo maria. Quomodo ſo
let fieri de iſtis duob⁹ apoſtolis petro
⁊ paulo. quis coruꝫ ſit maior aut excel
lentior. huic q̄ōni oꝫ cum diſtinctione
rn̄dere. Et ē talis reſpōſio . ꝙ iſti duo
bn̄dicti ⁊ glorioſi apoſtoli petr⁹ ⁊ pau-
lus poſſunt conſiderari tribus modis.
Prio ſꝫ cōditionem apl̄icā. ſm quaꝫ ſi
eos cōparare volumus. R̄n̄deo ꝙ vn⁹
nō ē maior alio vel excellētior. ſed ſūt
equales. q2 ita bene vnus ſicut ali⁹ ē
apl̄s ieſu xp̄i. Sicut oēs p̄ſbiteri ſcōm
cōſecrationē eucariſtie ſunt equales .
nec vnus ī cōſecratione corporis xp̄i ē
maior alio. Sic ſꝫ cōditionē apl̄icā ⁊c̄.
Sed prius fuit electus in apl̄m petrus
⁊ poſt paulus. Et de hac cōditiōe apl̄i
ca deus tm̄ cōtulit vni q̄ꝫtum alteri q̄ſi
dicēs xp̄us petro illud Mat. 20 . Uolo
huic nouiſſimo. ſ. paulo dar̄ ſic̄ ⁊ tibi
ſ. de apoſtolica cōditione . Ecce pria di
ſtictō. Scḋa diſtinctio ē ſꝫ p̄latiōnē ec
cl̄iaſticā ſꝫ quā ſi loqmur maiō ē pet.
q̄ꝫ paul⁹: q2 papa maior eſt q̄ꝫ legatus.

Nam beatus petrus fuit apoſtolus xp̄i papa vniuerſalis. ⁊ xp̄i vicarius. Cui dixit chriſtus illud io. p̄. Tu es ſymon filius iohanna. tu uocaberis cephas. Cephas grece ideſt capitaneus latine vel maior aliorum. Beatus paulꝰ fuit xp̄i apoſtolus. ⁊ legatus a latere: qui per totum mundum poterat ep̄os face re. ⁊ alia beneficia dare. Jdeo dicit. 2. cor. 5. Legatione fungimur tanq̄ deo exorante per nos. Si ergo ſecundū p̄ lationem eccleſiaſticam petrus fuit pa pa. ⁊ paulus legatus a latere apparet petrum fore maiorem. Tertia diſtictō ē ſcd̄m predicationem euangelicam ſʒ quam paulus fuit excellentior ⁊ abun dantior petro in ardenti predicatōne ⁊ etiam alijs apoſtolis. per excellentiā poteſt dicere thema. Notum vobis fa cio euangelium. hoc excellētius ptiet ad eū: quia maior in predicatione euā gelica. Patet thema. quarꝫ dicit. Notū ⁊c. Quia ſpecialiter dicitur d̄ eo pp eiꝰ magnam predicationem. Et repi iuxta thema q̄ predicatio euangelica beati pau. habuit ſuper predicationes aliorꝫ excellentiam in tribus.

Primo fuit magis ample copioſa.

Scd̄o magis clare illuminoſa.

Tertio magis lōganimiter virtuoſa.

Primo dico q̄ predicatio euāgelica ſci pauli fuit ſup alios apoſtolos plus am ple copioſa. Quilibet aliorum apoſtolo rum poſt receptionē ſp̄us ſancti in die pen. accepit vnam portionē vel regio nem per mundū ad predicandū euan gelium. Petrus iuit in iudeam ⁊ antio chiam. B. iohannes in frigiam. Mat. in ethiopiam. Jacobꝰ maior in iſpaniā Limitatam predicationem habebant. ſed b. paulus non accepit limitatā re gionem. ſed per totum mundū vniuer ſuꝫ ibat. vt dicit ieronimus in libro d̄ viris illuſtribus. c. 37. annis iuit de ci uitate in ciuitatem predicando ⁊ n̄ ceſ ſabat. Ecce quomodo fuit plus ample copioſa. quia non iuit in certam ter ram vel regionem. ſed generaliter diſ currebat. Jdeo dicimus in eius collec ta. Deꝰ q vniuerſuꝫ mūdū bt̄i pauli pre dicatōe docuiſti. Vn̄ nō unū mirabile q̄ oēs ap̄li. petrus. iohānes. ⁊ bartolo meꝰ. qn̄ veniebāt predicarꝫ ī alijs ciui tatibus. ipſi recipiebāt ꝓmiſſionē a ci uitate. ⁊ a probis hoībus: q̄ꝛ xp̄s dixe rat luc. 10. Dignus ē. n. operarius merce de ſua. Sed de paulo dicit tex. act. 18. Erat aūt artis ſcenofactorie. Dicit glo ſa ſcenos. i. tenda ⁊ corda. cerice. quia ſciebat facere cordas ⁊ cophios. ⁊ ſue re. ⁊ de hoc ſibi prouidebat quia certo tempore opabatꝫ cū aliquo de illo offō vt ꝓuidēt ſibi. ⁊ certo tp̄e p̄dicabat ⁊ cēto tp̄e orabat. Jō dic act. 20. Argētū ⁊ aurū. aut veſtem nullius concupiui ſicut ipſi ſcitis. qm̄ ad ea q̄ mihi opus erāt. ⁊ his q mecū ſunt. miniſtrauerūt manus iſte. Jtem q̄ꝛ p̄dicabat xp̄m cō tra mandatū īpatoris neronis. verbe rabant ip̄m per villā. ſed ꝓpter hoc nō dimittebat predicationē. Alis dic lapi dabāt eum. nec ꝓpter hoc dimittebat predicationē. Qd̄ videntes miniſtri im peratoris. ipſū poſuerūt in campo clau ſo ad leones: ſʒ in nullo ſibi nocuerūt imo lambebant ſibi pedes. ⁊ ſic ab in fidelibus paſſus ē multas iniurias ⁊ vituperationes pro xp̄o ⁊ predicatione. Vꝫ ergo vobis qūo fuit ſua predicatō ample copioſa ſup alios ap̄los. Recte tenuit paulꝰ ſup alios xp̄i preceptum. qui quādo debuit in celū aſcendere di xit ap̄lis ⁊ mandauit qd̄ ſcribitꝫ Mar. vlt. ⁊ Mat. vlt. Euntes in vniuerſum mundū p̄dicate euāgeliū omni creatu re. Moraliter hic ponunꝫ tres clauſu le in quibus oſtēdit predicantibus uer bum dei. quid agere debēt. Prima cū dicit. Euntes ī mūdū uniuerſum. non dicit q̄ ſimus ī una ciuitate ſeu uilla. ſed in mundū uniuerſum: Si ſol reſta ret ī una parte ſecurus nō calefaceret

mūdū. ⁊ vna pars eſſet combuſta. alia frigida. ⁊ alia infructuoſa. ſed diſcur rit totum mundum. ⁊ illuminat. calefacit. ⁊ facit fructificare. Sic boni religioſi vite apoſtolice debent ire p mū dum illūinādo in fide catholica. calefaciendo in caritate ⁊ dei dilectiōe. ⁊ facere fructificare in operibus miſericordie ⁊ meritorijs: quia tantū quātū vna eſca eſt magis p̄tioſa ⁊ excellens ē neceſſarium φ voluatur ī ola que n̄ habeat odorē cibi groſſioris ⁊c. Sic ſi aliquis ē delicatus in deuotione ⁊ excellens ī ſciā. ⁊ pretioſus ī predicatione neceſſe ē ſibi φ faciat mutationem quia recepit familiaritatē alicuiꝰ filie ſpiritual' vel aliquarū perſonarū ⁊ iā perdet deuotionē vl' cogitabit ex quo hic habeo manere. indigeo camera armarijs ⁊c. Et ſic amorem quem debēt habere ad deū ponunt in creaturis ⁊ locis. Sed qn̄ mouent ſe diſcurrendo. predicando. Nō cōgregant pecunias. q2 ſecum portarent mortē. nec curant de familiaritatibꝰ nec cameris. Ecce quare dixit eūtes ī mundum vniuerſū Unde Oſee. 7. figuratiue dr̄. Effraym factus ē quaſi ſubcineritius panis. q non reuerſatur. Comederūt alieni robur eius. Nō effraym. i. perſona alta vel creſcens. vt pſona religioſa ⁊ excellens ī deuotiōe vel excellens in predicatione. facta eſt quaſi panis coctus inter cineres: qui non reuerſatur de vna parte in aliam ⁊c. Sꝫ calefacit ſe in amore mundi. De deo tepeſcit faciē do cameram pictam. ī familiaritatibꝰ ⁊c. Et quid ſequitur. Alieni comederunt robur eius: quia incepit dimittere deum ⁊ deuotionem. lachrymas cōpunctionis. ⁊ de modico in modicū vadit ad terram. Ideo dauid. Non eſt illis cōmutatio. Ratio. q2 non timuerunt deum. Secundo dicit predicate euangeliū. non dicit ouidium. nec virgilium. dātem: vel oratiū. ſed predicate euangelium. Tota ſcriptura eſt euāgelium figuratiuum vel figuratum. ⁊ clarū. Unde eze. p̄. Rota erat ī medio rote. Scitis qr̄ p̄cepit p̄dicari euāgeliū Q2 alie doctrie n̄ hn̄t finē ſeu terminū q̄ pricipiū. ſicut de fonte qui n̄ p̄t aſcē dere natural'r p canales: q2 caret virtute ad plus. Ita de doctrina poetarū ī itellectibus hoīum. Nūquid pōt facē vt aliqs aſcendat ī celū. ⁊ tu qui tātū p̄dicas eā. ſemp eris terrenus. Sed doctrīa euāgelica que exiuit de celo loco ameniſſimo facit aſcendē pſonam que ipſam p̄dicat. et ſeruat. ⁊ nō minus eū qui deuote audit. Jō xp̄s. Jo. 4. Aquā quā ego dabo ei. fiet in eo fons aq̄ ſaliē tis ī vitā eternā. Jō p̄dicate euāgeliū. q2 p̄dicare v̄ba dānatorꝝ dānatio eſt. Dicit ieronimꝰ φ ariſto. ⁊ plato. ī īfer no ſūt. Accipite ergo doctrinā xp̄i que ducit ad vitā. Ut ē biblia que lib vite dr̄. libri v̄o poetarꝝ dn̄r libri mortis. Tertio dicit oī creature. ſ. hincinde. nō dicit ſolū in vna ciuitate. nec dicit magnis dn̄is. ſed agricol'. Nō ſolū diuitibus. ſed et̄ paupibus ⁊ alijs. Quia oī creature. Dicit magiſter vincentiꝰ. φ repit ī lombardia nouē valles hereticorꝝ pp defectum predicatorꝝ. Dicit ſibi vnus de ill' vallibꝰ. Frater. 30. āni ſunt φ nullꝰ frater venit huc. nec clericus. ad īſtruendū nos de fide. ſed veniunt h'tici de ptibus lōgīquis ⁊ p̄dicant nobis ſuos errores. quos euitaremus ſi hērēmus doctrinā euāgelicā. Jō dicit oī creature. ⁊ ī oī loco. Jō ieremias in ſpū videns hūc defectū dicit tre. 4. Paruuli petierūt panē ⁊ n̄ erat qui frāgēt eis. Paruuli. i. ruſtici. ſimplices. paupes. ignorantes. ⁊ heretici. petierūt doctrinā euāgelicam. ⁊ nemo miſtrauit eis. Sꝫ btūs paulus vniuerſaliter extēdit doctrinā euāgelicā. Jō dicit Notum vobis facio euangeliū. Scd̄o dicit φ predicatio euāgelica btī pauli fuit ſuper alios magis clare illu

minoſa. Audite bñ oẽs. Alij apl'i predicabant doctrinas quas a xp̄o audiuerant ſed nō viderant. Sʒ b. paulus p̄dicabat illud qd̄ viderat: q2 fuit rapt9 i celū p ſpūm. ⁊ vidit ⁊c. Johannes fuit raptus per ſpēm. Jdeo dicit euāgeliuʒ quod euāgelizatum ē a me: non eſt ſʒ hominem. ſ. purum. nec ego ab hoīe ſcilicet puro didici illō. ſed per reuelationem ieſu xp̄i. Nota nō habui ab homine. ſcilicet mortali. ſed immediate a chriſto deo ⁊ homine habui. quem vidi in ſua gloria ⁊ diuinitate cum tota curia celeſti. Jdeo ſi dicatur tibi vnde didicit paulus. Potes reſpondere. q2 i celo imperiali. in ſcola angelorum. Jn tribus diebus ſtuduit ⁊ ſciuit plus q̄ ſalomon. nec omnes ph'i in tota ſua vita: quia in libro vite eterne cito efficitur homo magiſter. Neq3 mirum ſi qñ anima agricole. ruſtici. vl' rudis: ignorantis. vel pueri hodie nati baptizati ⁊ mortui. ſic ut intrant ſcolam angelorum obtinent lumen aperto libro vite per deum ⁊ ſibi oſtenſa diuinitate maiorem habent ſcientiam in puncto. q̄ virgo maria ⁊ ſancti doctores i hoc mūdo habuerunt vnq̄. Jdeo bone gētes laboretis ire ad illud ſtudium: q2 in illo in momento eſt homo illuminatus omni ſcīa. nec o3 legere per capitula ſeu diſtinctōnes. hic liber ſolum h3 duas cartas. ſcilicet humanitatē ⁊ diuinitatem. Xp̄us eſt liber vite. Cogita ergo ſi infans. vel ruſticus intrans paradiſum h3 in puncto tantā ſcientiaʒ. qd de btō paulo qui tribus diebus ac noctibus fuit raptus per potētiam dei aīa tribus diebus ⁊ noctibus. O q̄taʒ ſciaʒ debuit adiſcere. Bñ poterat clar' ⁊ veraciter ⁊ lumioſe predicare. Et vt meli9 itelligatis ponā i pratica vt veniamus ad mortalitatē. Unde ſi vnus diues homo edificaſſet domū que ſibi cōſtitit. x. milia florenorū. ⁊ veniret amicus eius deultra mare quē inuitaſſet ad domū. Jam ſibi oñderet totā domū. dicēdo amico. Noueritis amice q2 ex quo nō fuiſtis hic edificaui iſtā domum ⁊ iſta ē camera vbi dormio ego. ⁊ iſta filij mei. ⁊ in iſta ſcutiferi. Ecce cognaſtabulū. celariū. Et oſtendit ſibi totaʒ domū paradiſi. O q̄ pulcra ē dom9 paradiſi. Certe qui ſolū poſſet ponere caput p aliquā feneſtrā ad videnduʒ domum paradiſi. Tanta ē pulcritudo corporalis. q2 ſtaret hō ſine cibo ⁊ potu. ⁊ eſſet mirabil'r cōſolatus. et ſi nō videret xp̄m. nec virginē mariā. Soluʒ ex pulcritudine corporali celi gauderes. Baruch. 3. O Jſrael q̄ magna ē dom9 dei ⁊ ingens. i. inextimabil' locus poſſeſſiōis eius. Magnus ē ⁊ nō h3 finem ſuple i duratiōe. Totus. n. mūdus ē q̄ ſi vnus punctus reſpectu illius dom9 paradiſi. Cuius minima camera ē maior. x. regnis. Neq3 mirum: q2 vna ſtella ē maior tota yſpanea. Ecce qūo oſtēdit ſibi qñ eum cōuertit rapuit eum. ⁊ oſtendit ſibi domuʒ paradiſi quam edificauerat ⁊ oſtēdit ſibi nouē ordīes angelorū in celo. ⁊ nunq̄ homines ſciuerunt de eis donec paulus reuelauit eis. Primo oſtēdit ſibi primū ordinem ſ. angeloꝝ. ubi eſt rector ſeu capitaneus ſanctus raphael. Et cū vidit paulus illaʒ pulcritudinē dixit. Oy ſenior ⁊ qūo ē btūs qui huc venit. Uix poterat loqui. tanto ſtaua ſbaito d' illa glorioſa habitatōne quā uiderat. Ad quē dixit chriſtus. Paule ſcis quis habitabit cū iſtis? Reſpōdit ñ. dic ei. Oēs illi qui poſt peccatum fecerint rigoroſaʒ penitentiam. qui non ſolum ſeruant ieiunia eccleſie. ſed amplius faciūt. cōfitent' ſepe. ⁊ cōicant ⁊c. Dixit paulus O domine q̄ benedicti erunt qui de ſuis peccatis egerint penitentiā Et totum hoc fuit añ deo primum ordinem inferius incipiendo. Secundo oſtendit ſibi ſecundum ordinem. ſ. archāgelorum ubi ē capitaneus ſcūs gabriel.

Cum paulus vidit iſtam gloriam fuit
totus ſtupefactus. ꝛ interrogauit xp̄z
d. Domīe ꝛ quis ſtabit hic? R̄ndit xp̄s
d. perſone ſpirituales ꝛ deuote. Nam
ſicut aīa eſt nobilior corpore. ſic deuo-
tio que in aīa cōſiſtit ē maior. ꝛ ēt peni
tentia q̄ȝ peccata. Dn̄e ꝛ in quibus re
perief? R̄ndit xp̄s. In perſonis que fa
ciunt ſemꝑ orōnem die ꝛ nocte. ꝛ qui
audiunt miſſas ꝛc̄. Et apoſtolus. O in
tam bono puncto pro illis qui faciunt
deuotam orōnē ꝛc̄. Tertio oſtēdit ſibi
tertium ordinem. ſ. pricipatuū. vbi eſt
capitaneus ſcūs michael. In iſto loco
vadūt perſone miſericordes ꝛc̄. Mat.
5. Bti miſericordes ꝛc̄. Quarto oñdit
ſibi ordinem poteſtatuū in quo vadūt
qui in aduerſitatibus habēt patientiá
Ideo apoſtolus ad hebr. 10. Patientia
enī vobis neceſſaria ē. ſuple ad habē-
dū iſtam gloriá vt faciētes voluntaté
dei reportetis ꝓmiſſionē. Quīto oñdit
ordinem virtutū in quo collocabūtur
qui hēbunt concordiá tēporalez. Ideo
dicit apl's. poſtq̄ȝ deſcendit pacem hēte
cum oībus non vos defendētes. i. vin
dicantes cariſſimi ſed date locū ire. ad
ro. xij. Sexto oſtendit ſibi ordinē dn̄ati
onum in quo collocabūtur prelati bōe
vite. qui intrauerunt per portá. qui bn̄
gubernauerūt aīas plus curantes de
aīabus q̄ȝ de reditibus vl' temporalib᷒
Septimo oſtendit ſibi tronos vbi col-
locabuntur qui ꝓ xp̄o ſeruauerūt pau
pertatem apl'icam. terrena pp xp̄m di-
mittentes. Octauo cherubiorꝫ qui iter
pretatur plenitudo ſcīe vbi col. veri p̄-
dicatores. Nono ſeraphin. vbi collo. q
habebūt ſupnalem caritaté. Unde. i.
cor. 13. Maior hoꝫ eſt caritas. Qn̄ ta
les cogitant ꝺ deo. in eius amore accē
duntur ſic̄ candela ad ignem. Ieiunū
eſt eis refectio. Uigilia dormir̄. ꝓſecu
tio ꝯſolatio. oīs aduerſitas amore xp̄i
alacriter ſuſtinef. habent feruenté af
fectionem. Si xp̄s diceret eis. hinc ad
annum uenietis ad me ꝛc̄. rn̄derent.
O domine nō tantum ꝛc̄. Ideo paulus
poſtq̄ȝ vidit oīa iſta. vidit vná precioſá
cathedram in qua ſtabat xp̄s ſuper oēs
ordines angelorum. ꝛ ad latus aliaꝫ ꝛ
dixit. Dn̄e ꝛ quis erit hic? R̄ndit xp̄us
Super omnes ordines angelorum erit
mater mea: ꝛ in iſta cathedra colloca
bitur. O taꝫ bene. v̄. glorioſa. cuius p̄
cibus totus mundus ſubſtinetur. Iō
eccleſia. Exaltata es ſácta dei genitrix
ſuꝑ choros angelorū ad celeſtia regna
Deinde vidit eccleſiá militáté poſt hác
miſeram vitam ad illam ſcám ieruſa
lem. ꝛ eccleſiam triūphantem tráſpor
tandam. viditqꝫ diuinam eſſentiá. Et
de his dicit Auguſtinus in libro de vi
dendo deum ad pauliná. ꝛ etiá. ſ. tho
ſa ꝑe. 4. 175. ar. 3. Et quádo reuerſus ē.
apoſtoli crediderunt ꝙ ſtuduiſſet i ſta
dio celeſti. ꝛ dixerūt ſibi. Unde venis
R̄ndit pa. illud. 2. cor. 12. Scio hoīeꝫ in
xp̄o annos quattuordecim ſiue in cor-
pore ſiue extra corpus neſcio. de᷒ ſcit:
raptum huiuſmodi vſqꝫ ad tertium ce
lum. Et ſcio huiuſmodi hominē ſiue i
corpore ſiue extra corpus neſcio. deus
ſcit. qm̄ raptus eſt in paradiſum. ꝛ au
diuit archana verba. que nō licet hoī
loqui. Nota ego ſcio hominez. Ego ſcio
hoīem in xp̄o ieſu qui fuit raptus vſqꝫ
ad tertium celum. Scriptura ſcá nō fa
cit mentionem niſi de trib᷒ celis. Pri
mo de firmamēto. Secūdo de criſtallio
ſeu aqueo De quo pſal. Aque que ſuꝑ
celos ſūt ꝛc̄. Tertio ꝺ ēpireo. Ergo cla
rior fuit ſua doctrina qꝛ ꝓprijs oculis
vidit oīa que predicauit. Iō dicit. No
tum facio vobis ꝛc̄. Tertio dico ꝙ pre
dicatio ꝛ doctrina b. pauli fuit magis
lōge virtuoſa. Declaratur ſic. Omnes
alij apoſtoli finierūt ſuá predicationez
i morte ſed paulus in vita. 37. annis p̄
dicauit. ꝛ etiá poſt mortē p̄dicauit. Iō
dicit plus longe virtuoſa. Pratice. qm̄
predicauit. 37. ānis. nero imperator ro

manus cõminabat̃ ſibi mortẽ ⁊ quia p̄
dicabat xp̄z ꝯ voluntatẽ ⁊ p̄ceptum ne
ronis. nero mandauit ip̄m capi: ⁊ d̃dit
ſententiã capitalem cõtra eum. q2 erat
nobilis ⁊ priuilegio romanoꝝ gaude
bat. Dicat̃ quomõ fuit ad capitationẽ
⁊ facta oratiõe ſpiculator decapitauit
eũ. de cuiꝰ collo exiuit lac. deinde ſan
guis. Hoc oſtẽdit ſuam puritatez quia
ſemꝑ fuit virgo. Deĩde venit tãta cla-
ritas de celo. ꝙ faciliꝰ aſpiceret homo
ſolẽ ꝙ̃ illã claritatẽ. Et ſtatim aĩa bti
pauli egreſſa de corpore vẽit ad nero
nẽ in palatio. qui loquebat̃ cũ phis. d.
O2. tã magnũ miraculũ eſt iſtud. ⁊ aĩa
intrauit. Quã uidẽs nero fuit territꝰ.
⁊ nõ mirꝝ q2 ſãctas perſonas terret bo
nus ſpiritꝰ licet poſtea conſolet̃. multo
magis terret malos. ⁊ dixit nerõi. Ue
nio ad te. ſi vis ad xp̄m cõuerti porta
paradiſi ẽ tibi apta. Ego fui mortuꝰ de
mãdato tuo ⁊ viuã in eternũ. ſic pote
ris tu ſi volueris. Ecce q̃ũo predicauit
poſt mortẽ. Nõ legitur de alio ſancto.
Pꝫ q̃ũo ſua p̄dicatio fuit plꝰ longe vir
tuoſa. Et ſtatĩ nero ſoluit oẽs xp̄ianos
quos tenebat captos. Sed nõ fecit ſe
xp̄ianũ ꝓpter ſuũ malum ⁊ peccatũ.
Iã ipſe pa. hoc ꝓphetauerat ad phil.
p2io. Magnificabit̃ xp̄s ĩ corpore meo
ſiue per vitã ſiue ꝑ mortẽ. Itẽ ĩ morte
p̄dicauit etiã. Dicat̃ d̃ capite q̃ũo fecit
tres ſaltus: ⁊ in quolꝫ dicebat ihs. Et
ĩ quolꝫ ſaltu oriebat̃ in terra vnꝰ fons.
Tres. n. predicatiões fecit ĩ quolꝫ ſaltu
ſ. ihs ihs ihs. Et hoc dabat ſibi multã
materiã ad p̄dicandũ. hic ẽ ſecretũ. ſ.
ihs ihs ihs. Ego dico ꝙ hoc nomẽ ihs
habet tres virtutes ſuꝑ omne nomẽ.
Bene dr̃ ad phil. 2. Dedit illi nomẽ qd̃
eſt ſuꝑ omne nomẽ ꝓpter tres ꝓprieta
tes quas habet p̃cipaliter. P2io ꝯtra
defectus ſpirituales. qui ſũt peccata.
Si aliqs ẽ qui nõ habeat cõtritionem
de peccatis ſuis ⁊ habeat cor lapideũ
⁊ peiꝰ q2 ut dicit̃ Mat. 27. ꝙ ihu xp̄o ĩ

cruce pendente petre ſciſſe ſũt ⁊ monu
mẽta apta ſunt ⁊ mortui reſurrexerũt
Si vis cõtritionẽ habere pone te corã
crucifixo genibꝰ flexis deuote dic ihs
faciendo ſignũ crucis iuxta cor. ⁊ mo
liet̃ ad penitentiã. ⁊ monumentũ apie
tur. ſ. os per confeſſionẽ ⁊ mortuus. ſ.
ſpiritꝰ reſuſcitabitur. ſ. ad ſtatũ gratie
Idem ſi eſt aliquis in deſiderio vindi-
cte. ponat ſe corã crucifixo dicẽdo ihs
⁊c̃. cogitans q̃ũo xp̄s pepercit. ⁊ veni
et ad te vna dulcedo de illo fauomelliꝰ
paradiſi ⁊ ĩtrabit cor tuũ ꝙ in memo
ria paſſionis xp̄i remittes iniuriã. Un
de ad ro. 10. Omnis quicũqꝫ inuocaue
rit nomen dñi ſaluꝰ erit. Nota ĩuocaue
rit. i. intus ĩ corde nomẽ dñi. i. ihs da
bit tibi cõtritionẽ peccatoꝝ. Iõ hoc no
men ihs ꝯ defectus ſpirituales facit ꝫ
ſ. mollificat cor. facit cõfiteri. ⁊ reſuſci
tat aĩam. Secũdo dico ꝙ ihs eſt ꝯ infir
mitates corporales. Si deuotionẽ ha
beremus. medici parꝝ lucrarent̃ nobiſ
cum. Nam oẽs virtutes ſanctorum ⁊
angeloꝝ ſunt in hoc nomĩe ihs. Et iõ
ihs q ut nr̃ ipocras. vel galienꝰ. poſtq̃
ꝓcurauit ſalutẽ aĩabus nr̃is per redẽ
ptionez. voluit etiã procurare ⁊ dimit
tere medicinã quãdo debuit recedere
per aſcenſionem. Ordinauit. n. empho
riſmũ dicendo illud mar. vlt. Signa
eos qui crediderĩt. nõ dicit ſtatĩ fient
ſed ſequentur. In nomĩe meo demonia
eijcient. ſerpẽtes tollent. ⁊c̃. O ſi habe
remus deuotionem ad iſtud nomẽ. Sꝫ
nullam habemꝰ niſi ad vanitates. ſorti
legia. ⁊ ꝯiurationes. Unde dd̃ ĩ p̄s. ho
mines ⁊ iumenta ſaluabis domĩe ⁊c̃.
Unde ſi doles caput fac ſignũ crucis ĩ
eo dicendo ihs. ſi fidem habes ⁊ ſani-
tas corporis nõ ſit nociua aĩe. ſine du
bio curaberis. Idem ſi habes filium ĩ
firmum. ſi ſit loqui ipſemet ſignando
dicat ihs ⁊c̃. alr̃ facias tu ⁊c̃. Non fiat
ſubito. ſed cum deuotiõe: quia emplau
ſtrum ſuauiter ponitur ⁊ cũ caliditate

deuotõis. Jdẽ vos mulieres que cupi-
tis cõcipere. facite vobis in vtero ihs.
quia virtus huius nominis ihs dabit
vobis prolẽ ſi vultis. Jdem quãdo eſt
pregnãs vt de⁹ conſeruet prolem ĩ vte
ro: quia multe cõcipiunt que nõ poſſũt
portare. Jdem de mulieribus que iam
ſunt in partu faciãt ſignũ crucis dicen
do ihs vbi ſentiunt dolores: q2 melius
eſt dicere ihs q̃ clamare ut capra. Ecce
ſecũda fontana cõtra infirmitates cor
porales. Jn hoc ergo noĩe habeatis de
uotionẽ: quia ut dicit act. 4. Nec. n. ali
ud nomen eſt ſub celo datũ hominib⁹.
z quo oporteat nos ſaluos fieri. nec ẽ ĩ
alio aliquo ſalus. Tertio cõtra belli tẽ
poralis periculũ. Tu homo bellicus ſi
ſis ĩ bello iuſto. q2 ut ait Criſ. in omĩ.
Neſcit diuina iuſtitia patrocinũ dare
criminib⁹. Silr ſi eſſes in deſerto z in
circuitu tuo eſſent inimici tui uel anĩa
lia. tu liberaberis. Jtez contra tempe
ſtatem fac crucẽ cum noĩe ihu. z non
nocebit tibi. Cõtra diuĩa pericula ẽ me
dela. Und. prou. 18. Turris fortiſſima
nomẽ dñi: ad ipã3 currit iuſtus z exal
tabitur nomẽ dñi. i. ihs. luc. 2. Uocatũ
eſt nomẽ eius ihs. Patet ſecretũ cũ tri
bus vicibus caput b. pauli ſaltauit ſi-
gnificãs virtutẽ contra p̄dictos tres ẽ
fectus. Ecce quõ b. paulus nõ ſolum ĩ
ſua vita ſed ẽt in morte z poſt mortem
p̄dicauit. Ergo cõcluſio tertia clara ẽ
ſ. quõ ſua predicatio fuit plus lõgamẽt
uirtuoſa. Ergo thema. Notũ uobis fa
cio euangeliũ.

¶ Jn feſto b. margarite uir. z mar.

Jnuenta vna pretioſa marga
rita abijt. Mat. 13. Cogitanti
mihi magnã ſanctitatẽ z dũo
tionem b. margarite inuenio. 5. uirtutes
in ea ĩ qb⁹ ſtat tota pfectio ſanctitatis.
Pria eſt vã hũilitas. ibi inuenta.
¶ Secũda ſcã caritas ibi vna.
Tertia firma ſtabilitas ibi p̄tioſa.
Quarta pura caritas ibi margarita.
Quĩta plena felicitas ibi abijt.
¶ Dico p̄io q̃ beata Mar. fuit dotata d̃
vna magna virtute que eſt vera humi
litas que eſt in primo verbo thematis
cũ dicit inuẽta. Ratio. inẽtio tot⁹ per
ditionis humane fuit ſuperbia. Dicat
quãdo homo vult facere ad libitũ ſuũ.
nec vult obedire mandatis diuinis ho
mo eſt ſuperbus. Dicatur quando luci
fer voluit parificari deo. Ecce ſua per
ditio per ſuperbiam z ſibi cõſentiẽtiũ:
noluit ſtare ſub regula ſibi data. nolu
it humiliare ſe dei volũtati ſed voluit
facere ſecundũ ſuam inclinationez. Ec
ce peccatũ z p̄ditio ſua. Jdem de adã
cui precepit deus in ſignũ dominij ne
comederet de ligno vetito ſed de alijs
Si tenuiſſet iſtam regulam bonũ fuiſ
ſet ſibi z nobis quia nullam miſeriaz.
nec tribulationem. nec mortẽ incurriſ
ſemus. quia omnia iſta habemus ex
ſuo peccato. ſed noluit. z mulier ince
pit malum. d. Et quare non comede-
mus: Et vir z ipſa comedit. Et ecce ſua
perditio z conſequenter noſtra ex ſu-
perbia. Auctoritas tob. 4. Superbiam
nunq̃ in tuo ſenſu aut in tuo verbo do
minari permittas. Ratio. Jn ipſa. n.
initium ſumpſit omnis perditio. ſ. an
gelorum z hominum. Si ergo per ſu-
perbiam perditur creatura quia non
vult viuere iuxta regulam ſibi a deo
datam. Per oppoſitum. ſ. per humilita
tem. ſ. quando non vult facere iuxta
ſuam voluntatem ſeu inclinationem ſ3
iuxta dei ordinationem inuenitur. ſ.
quando dicit domine ego ſum inclinã
tus ad ſuperbiam. pompam. vanitatez
zc̃. ſed quia vos domine precipitis op
poſitum. Jdeo volo humiliari. Jdem
dicatur de alijs peccatis iuxta audito
rum facultatem. Jdeo de iſta glorioſa
ſcã q̃ ſic fec dr̃ inuẽta Dicat hiſtoria bre
uiter de paſtore habente centum oues

⁊ perdidit vnam. qua inuenta letus di
xit omnibus. illud luc. 15. Congratula
mini mihi omnes. quia inueni ouē quā
ꝑdiderā. Iſte paſtor eſt chriſtus. centū
oues ſue ſunt perſone humiles ⁊ obe-
dientes ſuis preceptis. Ratio. quia om
nia mandata legis in ſumma ſunt. x.
⁊ decem decies multiplicatum ſunt cē
tum. Et ſignificat perfectionem. x. mā
datoruꝫ ſuper ſe. Et perditur vna ouis
quādo exit de ouili. ⁊ comedendo va-
dit de herba in herbam ⁊ ſic perditur
Sic facit xp̄ianus ouis xp̄i. cuius ouilī
clauſura eſt obedientia. x. mandato-
rum. que quando preterit ouis dicitur
perdita. ⁊ poteſt dicere cuꝫ dd̄. ps. 119.
Erraui ſicut ouis que perierat requi
re ſeruum tuum. d. quia mandata tua
non ſum oblita. Queritur ouis a xp̄o
quando dat ſibi cognitionem de pecca
tis. ⁊ inuenit eam quando dat ſibi con
tritionem de peccatis ⁊ portat ī hume
ris per ſuam paſſionem. dicens ange-
lis amicis ſuis. Congratulamini mihi
omnes ⁊c. Ecce quare dicitur inuēta.
Modo videamꝰ qualiter beata Mar.
habuit veram humilitatē. Dicatur cū
eſſet filia patriarche ciuitatis antio-
chie ſed parentes eius erant infideles
tamen habuit nutricem xp̄ianam. Cuꝫ
autem b. Mar. eſſet. 7. vel. 8. annorū.
nutrix predicabat ſibi quolꝫ die xp̄m ⁊
uirginem mariam in tantum ꝙ ſecre
te b. Mar. fuit baptizata ⁊ fecit uotuꝫ
caſtitatis. Qd̄ ſciens pater habuit eaꝫ
exoſam eam flagelando. nec propter
hoc uoluit adorare ydola. propter qd̄
pater uoluit eam iterficere. ſed mater
cōtradicebat. Qua mortua pater dixit
ſibi. uel ꝙ xp̄m abnegaret. uel patrē.
Et ipſa voluit potius abnegare patreꝫ
ꝙ̄ chriſtum. Et poterat dicere cum da
uid. Pater meus ⁊ mater mea dereli-
querunt me. dominus auteꝫ aſſumpſit
me. Et dimiſſis ornamentis ⁊ veſtimē
tis. receſſit de domo patris. ⁊ iuit ad
domum nutricis pauperrime. que ha-
bebat uiginti. uel triginta oues quas
commiſſit margarite cuſtodiendas. d.
ſibi ꝙ caueret a nemoribus ⁊ locis ſe
paratis. ne homines inuenirent eam
ſolitariam ⁊ ſibi nocerent. ſed iuxta ui
am in pratis paſceret oues. Dicat̄ hic
contra paſtores qui ſimul cum puellis
ſtant in nemoribus ⁊c. Dicatur prati-
ce quomodo b. margarita cuſtodiebat
oues. ⁊ conſiderate hic ſuam magnaꝫ
humilitatem. Cum ergo eſſet induta
de auro ⁊ ornata margaritis pro chri-
ſto humiliauit ſe tantum induendo de
burello ſicut paſtoreta. Item primo
erat in palatio: nunc in heremo. Item
ante comedebat galinas. modo panem
cum caſeo. ante dormiebat in magno
lecto ⁊c. nunc autem cum illa paupere
nutrice ⁊c. Videtur ergo uobis ſi fuit
humilis. Si ergo humilitas facit inue
nire perſonam. ⁊ b. Mar. fuit ita hu-
milis ut audiuiſtis. bene ergo dicit the
ma. Inuenta ⁊c. Moraliter uelimus
humiliari. ſi non poſſumus tantum ut
beata margarita que dimiſit omnia ad
minus illi qui uadunt nimis pompoſi
in habitu ultra ſuum ſtatum ſeu con-
ditionem dimittant: quia illud non eſt
virtus. Idem de clericis qui non va-
dunt in habitu clericali ſed ſeculari
dimittant. Idem de religioſis qui non
portant habitum ſuum iuxta ſuam re
gulam. Ideo dicebat chriſtus Mat. xi.
Diſcite a me: quia mitis ſum. ſ. in vi-
ta ⁊ conuerſatione. ⁊ humilis corde.

Dico ſecundo ꝙ habuit ſanctam cari-
tatem que oſtenditur cum dicitur vna
Declaretur ſic. Caritas proprie eſt
amor dei ardentiſſimus. ſ. quando per
ſona caritatiua omnia que dicit. cogi-
tat ⁊ operatur ordinat ad deum. Ideo
dicitur vna. Ratio. Caritas ⁊ cupidi-
tas ſunt oppoſita: quia cupiditas ſpar
git cor in rebus mundanis ſed caritas

vnit ꝛ ꝯgregat coꝛ nil aliud volens ni
ſi deū. Dicaṫ hic exemplū de duabus
ſoꝛoꝛib9. ſ. magdalena ꝛ marta. ad qua
rum domū cum xp̄s ſemel veniſſet laſ
ſus ꝛ feſſus martha ſuccicta ibat ꝑ do
mum dicēdo detis hoc ꝛ illō. magdale
na de iſtis non curans poſuit ſe ad pe
des xp̄i dicendo. dn̄e dicatis mihi ali
qḋ bonum verbū vel de quo p̄dicaſtis
hodie. Uidens martha ꝙ ſoꝛoꝛ ſua ſe
debat dixit xp̄o. illud luc. 10. Dn̄e non
eſt tibi cure ꝙ ſoꝛoꝛ mea reliquit me
ſolam miniſtrare. Dic ergo illi ut me
adiuuet. Cui reſpondit xp̄s. d. Martha
martha ſollicita es ꝛ turbāis erga plu
rima. poꝛro vnum eſt neceſſariū. ſ. vni
tatem coꝛdis ad deū. Patet ergo ꝙ ca
ritas oſtendiṫ cum diciṫ. vna. Dicatur
quō b. Mar. habuit iſtā virtutē. Unde
veniamus ad paticā. Quū. n. ſemel iu
xta viā paſcēt oues ꝛ eſſet. 15. ānoꝛum.
vel. 14. decoꝛa valde ī coꝛpoꝛe. ſed pul
crioꝛ ī aīa. unde trāſiuit olimbri9 p̄fe
ctus perſequēs xp̄ianos. Qui videns
tam pulcrā puellā admirans ſtetit. d.
Si iſta puella eſt generoſa. ve ducam
eā in vxoꝛem. ſin autē ducam eā in cō
cubinaꝫ ꝛ fecit eam venire coꝛam ſe.
a qua queſiuit tria. Pꝛīo nomen ſuū.
Secūdo genus. Tertio cōditionē. Jpſa
humiliter reſpōdit. d. Ego vocoꝛ mar-
garita. i. perla. Dicit p̄fectus. ꝓpꝛium
nom̄ habet. Secūdo d̄ genere nobili. ſ.
filia patriarche. Tertio de cōditione. ꝛ
dixit. xp̄iana ſum. Reſpōdit p̄fectus.
Pꝛima duo ſunt cōuenientia. ſed terti
um nō: qꝛ ſtulticia ē adoꝛare hominē
crucifixum traditū a diſcipulis. ꝛ moꝛ
tuū in cruce. Reſpōdit. Quō ſitis vos
ꝙ xp̄s moꝛtuus ſit ī cruce? Reſpōdit.
Quia ita legi in libris xp̄ianoꝛum. Et
margarita. Jn eiſdē libꝛis īueniſtis pa
ti xp̄m in cruce ꝓ ſibi credētes ꝛ obe
dientes paciant̄ in inferno. Et volens
b. margarita ex cā ipſum ꝓuocare ad
iram ut ipſā odiret. ne ꝑderet ſuam vir
ginitatē dixit. Stulticia eſt de eiſdem
libꝛis recipere vnū ꝛ aliud nō cōfiteri
Et ipſe indignat9 poſuit eam in carcere
tenebꝛoſo. Ecce caritatē quam habuit
nō curās de p̄ſide. nec de honoꝛe. ſeu
ꝓmiſſionibus ſibi factis: qꝛ non voluit
niſi deum. Et poterat dicere cum dd.
pſ. 26. Unaꝫ petij a domīo hanc requi
ram vt inhabitem ī domo dei omnib9
dieb9 vite mee. Moꝛalr̄ hic vos ō mū
do iſto h̄etis exemplū vt vniatis vos
qui h̄etis coꝛ diſperſū in campis. vine
is. aīalibus ꝛc̄. Sꝫ ad min9 ī die dn̄ica
opoꝛtet vos reducere. Dicaṫ ꝙ ſi ſerua
ſtis feſta ut fieri dꝫ recoligendo coꝛ in
die feſto ne cogitet ī negotijs. ꝛ os ne
loquaṫ de mūdanis. ſed audire miſſaꝫ
complctā ꝛ cum ſilentio. de9 dabit ūn
dantiā. ꝛ omnia veſtra plus ꝓficient
ſeruādo ſic feſta q̄ꝫ ex omnib9 veſtris la
boꝛibus: ꝛ deus cuſtodiet uos a ſicita
te. moꝛtalitate. fame. ꝛc̄.

Dico tertio ꝙ habuit firmā ſtabilitatē
que oſtendiṫ quū diciṫ. Pꝛecioſa. Tūc
ꝑſona eſt gratioſa coꝛā deo. qn̄ eſt ſtabi
lis ꝛ firma in ſeruicio dei ꝛ nulla occa
ſione dimittit bonā vitā inceptā. Jdeo
diciṫ de martirib9 qui ante eligebant
moꝛtē. q̄ꝫ dimitter̄ bonā vitā. Pꝛecioſa
eſt ī conſpectu dn̄i moꝛs ſanctoꝝ eius
ꝓpter ſtabilitatē quam habebant. Di
catur hic quō beata Mar. fuit cōſtans
ꝛ firma. qꝛ de carcere educta coꝛā p̄e
ſide audacter confitebatur xp̄m. Ad
quam p̄ſes dixit. ꝙ abnegaret fidem
xp̄i ꝛ faceret eā magnam dominam.
al' ꝛc̄. Cui reſpōdit. Fac qḋ poteſ: quia
qḋ dicis ego non faciam. Dicatur hic
quomodo p̄ſes dedit margarite. 5.
toꝛmenta. Pꝛimo denudauit eam. Ma
gnum toꝛmentum eſt mulieri verecun
de. ſed ipſe fecit vt videret ſuaꝫ pulcri
tudinem. Et cum virgo verecundare
tur. dicebat infra ſe xp̄o. Domine. ꝛ ta
lem verecundiam ſubſtinuiſtis vos ꝓ

me qn̄ fuiſtis denudatus in monte cal uarie ꝛc̄. Secūdo fuit flagellata. ⁊ libenter ⁊ patienter ſubſtinuit. cogitās ꝙ xp̄s etiam fuit ꝛc̄. Tertio fuit cum cardis ferreis caro eius cardata ⁊ gētes in circuitu eius flebant dicentes. ꝙ miſereretur ſue pulcritudini. Et ipſa dicebat. O mali conſultores. Nunꝗ̄ pro ſanitate corporiſ debeo nocere animeme mee peccando ꝛc̄. Quarto lamine ferree ignite fuerunt eius lateribus applicate ipſa dicente illud ad roma. 8. Non ſunt condigne paſſiones huiuſ temporis ad futuram gloriam que reuelabitur i nobis. Quito piecit eam i aquā vt ibi ſubmergētur. ſ; ipſa ſignauit ſe ſigno ✠ ⁊ ſequut⁹ ē terremotus magnus ex quo. 12. milia gentiliū ꝯuerſi ſūt ad fidē xp̄i. Ecce quō fuit firma Moral'r hic ꝯtra illos q̄ icipiūt pn̄ia; vel alia bona. ⁊ poſt ſtatim dimittunt. Et dicaſ ꝓ illis q̄ pſeuerāt i pn̄ia. quō aīa poterit dicē xp̄o in iudicio cum dō Feci iudiciū ⁊ iuſticiā n̄ trades me calūniantibus me.

¶ Dico quarto. ꝙ btā mar. hūit purā caritatē ſiue claritatē quū dr̄. Margarita. Erat enim clara in mente ad cognoſcēdū ſecreta dei ⁊ puritatē vite Mat. 13. Silr̄ ē regnū celoꝝ hoi negotiatori querenti bonas margaritas. Dicatur quō btā Mar. hūit claritatē ſcie ⁊ puritatem vite. Nam cum fuiſſet reducta ad carcere;. dyabolus volens eā terrē vt ſic territa cōſentiret preſidi. itrauit ad eam i formā ingentis draconis fingens vt eam abſorberet. ſed ipā ſignauit ſe dicēdo ieſuſ. ⁊ draco crepuit ⁊ receſſit. Dicaſ hic de v̄tute ſigni crucis cōtra omne periculum. ⁊ oſtēde ſignare. Ideo dicit eccleſia. hoc ꝯ ſignum nullu; ſtet periculum. Secūdo dyabolus iterum intrauit carcerem i forma doctoris ātiqui d. ſe xp̄ianū eē. ⁊ volēs ei pſuadē vt preſidi cōſentiret. nam ſi eēt ſua vxor multa bōa poſſ; facē xp̄ianis. Ipa vero orauit d. Dn̄e quis ē iſte qui talia pſuadet ꝛc̄. Et ſp̄us q̄ habitabat in ea dixit ſibi. Dyabolus ē. Tunc ipſa arripiens ipſum per barbam. ꝓiecit ipſum ad terram. ⁊ poſuit pede; ſr̄ eius collum d. Quare veniſti proditor Reſpōdit ꝙ ad decipiēdū eam. Et iterꝝ q̄ſiuit ab eo. Quare pſequeris ſic xp̄ianos. R̄ndit. Ego nō pſequor xp̄ianos. ſed ipſimet perſequūtur ſe per īuidias ſuas ⁊ malas voluntates. licet ego de hoc iniuſte ſim diffamatus. Ecce claritatem quam beata Mar. habuit ad cognoſcendum ipſum malignum ſpiritū. Iſtam claritatem debemus nos hēre ad cognoſcendum malignum ſpiritu; quando venit ad nos trāſfigurans ēt ſe in angelum lucis. Iō dicit Iohānes i. ioh. 4. Cariſſimi nolite credere omni ſpiritui: ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt. Et probanſ dupliciter. Primo ex parte veſtra dicēdo. Et quis ſum ego quum ſim tam peccator ꝛc̄. Sed ī hoc multi decipiūtur. credētes de aliq̄ illuſione ꝙ ſit āgelus bon⁹ xp̄s. vl' virgo maria ꝛc̄. Scd̄o ꝓbaſ ex p̄te dyaboli reſpiciēdo qd dicit: q2 ſi dicit ꝯtra dei mādata. ſine dubio eſt dyabolus v̄. g. Si dicit īterficiatis vos ꝓ deo. q2 multum ſibi placet. Idem de penitētijs indiſcretis a dyabolo ſunt talia. Ideo ꝓbate vt b. Mar. que noluit credeř dyabolo dicēte ſibi ꝙ ducēt vir: q2 erat ꝯ votum quod fecerat caſtitatis.

¶ Dico quito ꝙ b. margarita habuit plenam felicitatē quum dr̄ abijt. ſ. ad gloriam. Dicaſ hic eius martiriū. ꝙ qn̄ ꝑſes fecit eam venire coram ſe. vidēs eam curatam a plagis d. O margarita magna eſt patientia deorū ꝛc̄. Dicatur eius paſſio. qua dicta pōt dici auctoritas prouer. 7. Non eſt vir in domo ſua ſcil; ſpirit⁹ in domo carnis: abijt via longiſſima ſcilicet ad celum. Saculu; pecunie ſcilicet meritorum ⁊ bonoru; operum. ſecum tulit in die plene lune.

ſcilicet in die ſue mortis. Et tñ i die iu
dicij reuerſurus eſt in domũ ſuá. ſ. caꝛ
nem per veram reſurrectioné. qꝛ tunc
omnes reſurgemus ꝛc. deo gratias.

## In feſto beate marie magdalene.

Manum ſuaꝫ apuit inopi. Uerbũ
iſtud originaliter prouer. vltio
capitulo. Sic totum officiũ ⁊ ſo
lénitas hodie eſt b. marie magdalene.
ita ⁊ ſermo noſter. Si placet deo habe
bimus materias bonas ⁊ ſpirituales
pro illuminatione intellectus. ⁊ mora
les pro reformatione vite. Salutetur
virgo maria. Intellectus huius verbi
ſecundum quem ego volo pertractare
eſt ꝙ xp̄s aperuit manum ſuam beate
marie magdalene pauperrime. ſcilicet
gratia dei ⁊ virtutum ante ſuaꝫ côuer
ſionem. Pro cuius declaratione ſciẽñ.
ꝙ in ſcriptura ſancta miſericordia dei
quá habꝫ circa peccatores dicit̃ manꝰ
Ratio ⁊ auctoritas. Ratio ē iſta. Expe
rimẽtaliter videtur ꝙ ſi aliquis cadit ĩ
luto. aqua. vel igne. ſi ab alio ſubleuet̃
datur ſibi manus. Idem quãdo aliqs
cadit ĩ terrá per auaritiá. vſurá. rapi-
nam ꝛc. vel in luto per luxuriá. vel in
aliquo alio peccato. xp̄s qui ē erectus
vel recte ſtans qꝛ nũq̄ȝ cecidit ꝑ pecca
tũ. extẽdit manũ. ſ. miſericordiaꝫ ſuaꝫ
ꝑſonam eleuãs. Aucto. Mat. 14. Xp̄us
exiſtens ĩ mari ſuper aquas tãq̄ȝ dñs
oĩum creaturarum ad queꝫ dixit petrꝰ
ſi tu es iube me venire ad te ſuper aq̃s
⁊ ipſe ait. veni. Et deſcendens petrus
de nauicula ꝛc. Dicatur yſtoria. Et cõ
tinuo ieſus extendit manuꝫ ſuam ⁊ ap
prehendit eum. Et ait illi ieſus. Modi
ce fidei quare dubitaſti. ⁊ qꝛ loquitur
de manu. innuitur ꝙ perſona que cadit
⁊ incipit mergi in peccatis ſi dꝫ ſuble-
uari. oportet vt per manũ miſericordie
dei eleuetur. Item de dauid qui poſtq̄ȝ
peccauit cum berſabee ⁊ occidit virũ
ſuum. cupiens ſubleuari dixit. fiat ma
nus tua vt ſubleuet me. q̄ſi d. cecidi.

Patet ergo ꝙ miſericordia dei dicitur
manus. Cuium ergo beata maria mag
dalena in ſua iuuentute prio caderet ĩ
terra per amorem terrenorum. non cu
rans diligere celeſtia. cecidit in luto ꝑ
luxuriam ꝛc. Cecidit etiam in aqua vo
lens ſe clarificare ſuper omnes ꝑ ſuaꝫ
pulcritudiné. ſed dñs nr̃ ieſus xp̄s ma
nu ſue miſericordie eam eleuauit. Iõ
dic̃ thẽa. Manũ ſuá ꝛc. Patet thema.
Nota hic cum dicit aperuit manuꝫ. In
manus apertione. 5. digiti oſtendũtur
quibꝰ lapſus erigitur. Ita de manu mi
ſericordie ieſu xp̄i quam aperuit marie
magdalene quinqꝫ digitis eam eleuan
do ꝛc. primus.

Primus digitus ē longa expectatio.
Secundus benigna conuerſio.
Tertius alta promotio.
Quartꝰ ſpiritualis affectio.
Quintus eſt celeſtialis fruitio.

Dico primo. ꝙ xp̄s oſtẽdit marie mag-
dalene que ceciderat in peccatis lõgaꝫ
expectationem. qꝛ diu eam expectauit
ad pn̄iam. Noluit. n. eam dãnare poſt
primũ peccatuꝫ nec poſt ſm ꝛc. Credi
tur ꝙ. 12. annis vixerit ĩ peccatis cõti
nue addẽdo peccata pc̄is. Et xp̄s expec
tabat ouem ꝑditam q̄ſi d. Adhuc etiá
erit ſancta ⁊ bona. Ad praticaꝫ. Dicat̃
q̃ño erat nobilis ⁊ generoſa. qr̃ dicit
hiſtoria ꝙ erat de genere regio. Pr̃. n.
ſuus erat nobilis baro ⁊ magnus dñs
ēt vnius partis terr̃m. Quãdiu vixer̃t
pater ⁊ mater eius cuſtodierunt eá bñ
ſicut debent facere boni patres ⁊ ma-
tres ne filie viſitent̃ ⁊ truſent̃ cũ hoĩ
bus ſcutiferis ſeu militibus. Sed mor
tuis parentibus. lazarus. magdalena.
⁊ martha diuiſerunt ſibi hereditatem.
Qñ v̄o magda. vidit ſe liberam ⁊ dñaꝫ
baronie de magdalo. nemineꝫ timuit.
⁊ ſcutiferi ⁊ milites inceperunt eaꝫ vi
ſitare. ⁊ ſic paulati paulatim ipſa fuit
philocapta de vno ſecreto. ⁊ ſecr̃te pec
cauit cuꝫ eo cogitans hoc erit ſecretũ.

Sed ille iactans ſe cum ſocijs dicebat.
certe ego habui pulcriorem domicellā
⁊c. O dixerunt alij poſtq̄ inceptus eſt
panis habeamus partem noſtram. Et
veniebant ad eam dicentes. Certe niſi
mihi conſentiatis ego reuelabo ⁊c. Et
ex quo prima vice mulier perdit vere-
cundiam factum eſt. Non habet facieꝫ
reſiſteñ. Ideo mulieres reſiſtite ī prin
cipio: quia poſtq̄ verecundia eſt perdi
ta ⁊c. in tantū ꝙ magdalena perdidit
nomē. ⁊ dicebat̄ vulgariter peccatrix
ipſa tamen ignorante: quia nullus ſibi
dicebat. ⁊ credebat ꝙ eſſꝫ ſecreta. Sꝫ
quādo ibat per villam tota depicta di
cebant gentes. O pulcra meretrix ⁊c.
Sed deus eam expectauit ad penitētiā
Ideo yſa. 30. Propterea expectat dñs
vt miſereat̄ veſtri. Moraliter cogitate
quāta eſt miſericordia dei expectans
peccatorem ⁊ non ſtatim damnat. Di-
catur de latrone de quo factus eſt iaꝫ
ꝓceſſus ⁊ data ſentētia. ſed exequutio
non fit quia expectat rex vt conuertat̄
⁊ parcit ſibi. ⁊ ille adhuc addit ⁊ mul
tiplicat furta. ⁊ ille adhuc expectat. ta
lis rex reputaretur ſtult⁹ magis q̄ mi
ſericors. tamen xp̄s hoc faciens nō re
putatur ſtult⁹ imo ſumme miſericors
Nam poſtq̄ homo peccat ſtatim fit ꝓ
ceſſus contra eum ⁊ ſcribitur in libro
dei. Auctoritas p̄s. 159. Imperfectum
meum viderūt oculi tui ⁊ in libro tuo
oēs ſuple defectus ſcribent̄. Et ſnīa ē
data. eze. 18. Anima que peccauerit ipſa
morietur. Uide miſericordiā dei. quot an
ni ſunt ꝙ tu incepiſti peccare. Proceſ
ſus fuit factus in die quo tu peccaſti ⁊
ſnīa data. tamen exequutō ſuſpēditur.
Dicunt angeli xp̄o. dñe iſte cōtinue ad
dit maluꝫ malis ⁊ multiplicat peccata
Dicit xp̄s expectemus eum adhuc. Iō
Iere. Dicit tren. 3. Miſericordie dñi. q̄ꝛ
n̄ ſum⁹ ꝯſūpti q̄ꝛ n̄ ꝺfecerūt miſeratōes
ei⁹. Iſtā grām n̄ fecit de⁹ āgel̄. Naꝫ oēs
doctores theologie cōcorditer dicunt.

ꝙ lucifer qui tūc erat ſanctior michae
le. ⁊ angeli mali. tunc etiam erāt ſacti
ſed poſtq̄ peccauerunt. Deus nō expec
tauit eos ꝑ annum nec ꝑ menſem ⁊c.
nec per momentuꝫ. ſed ſtati exequutio
fuit fcā. ⁊ proiecti ſunt ī infernum irre
uocabiliter. ī tm̄ ꝙ nec xp̄i paſſio. nec
īcarnatio. nec aliqđ opus xp̄i eis ꝓfuit
De quo dicit chriſtus luc. 10. Uidebaꝫ
ſathan ſicut fulgur de celo caden-
tem. Sicut enim fulgur in puncto in-
flāmationis p̄ītis deſcendit de celo.
Et ipſi etiam terribilius ceciderunt ꝺ
celo. Et nos qui ſumus vermes. ⁊ īcli-
nati ſeu dediti multis peccatis. nos ex
pectat. Ergo videtur ꝙ deus cum ma
xima miſericordia de celo ad nos miſe
ricorditer ſe hēat. Et iſte ē p̄m⁹ digit⁹
ꝑ quē de⁹ tangit pc̄ōrē. ⁊ bñ īdigē⁹ eo.
Secūdus digitus quē oſtēdit deus in
ſecundo opere beate magdalene eſt. ſ.
in benigna cōuerſione. Poſtq̄ diu eam
expectauit xp̄s cōuertit eam quaſi d.
chriſtus oportet ꝙ traham ⁊ ꝙ releuē
eam manu mea. Ad praticam quam tā
git euangelium hodiernum cuꝫ gloſis
Dicatur quando xp̄s predicabat. ipſa
tunc erat peccatrix. ⁊ xp̄s venit predi
care ad locum vbi ipſa erat. ⁊ cum oēſ
gentes venirent ad ſermonem d. O ꝓ
pha ih̄s debet p̄dicare uadamus ⁊c. ip
ſa etiā uenit. credatis ꝙ ut uideret̄ ab
hominibus ⁊c. ⁊ depingebat ſe totaꝫ.
Sed cum xp̄s predicaret uidens eā ſa-
gitabat ipſam in ſuo corde. incipiens
predicare contra luxuriam d. ꝙ pro
tam modica delectatione tanta pena
ſ. ſemper comburi ī inferno ⁊c. Et ma
ria Mag. ſtabat reſpiciendo hinc inde.
Et quando audiuit chriſtum ſic predi
cantem incepit inclinare caput ⁊ fle-
re. ⁊ chriſtus continuabat. Et xp̄o ordi
nante quidam inuitauit xp̄m. ſ. ſymon
leproſus. cuius domus erat circa do
mum magdalene. ⁊ xp̄s ut magdalena
haberet maiorē occaſionē videndi eū.

voluit vt comederēt circa ianuā domꝰ
ianuis apertis. ⁊ chriſtus voluit tenerē
dorſum ad ianuā ne ipſa verecūdaret̄
ītrare. Mag. autē reuerſa de ſermone
ad domum ſuam incepit deponere vāi
tates. ⁊ ornamēta vana. ⁊ ſimpliciter
cū mantello ⁊ capill̄. ſcita prius domo
vbi chriſtꝰ comedebat venit ad xp̄m.
Cogitate quō ſui ſcutiferi voluerūt eaꝫ
aſſociare: ſed nō pmiſit. Cogito ego ꝙ
quādo introiuit domū ſymō leproſus di
xit ſibi. Quid vultis hic vos? Sed fac
to ſibi ſigno tacuit ſymō. Et magdalēa
venit retro ad pedes chriſti. oſculans ⁊
vngens vnguēto. clamans ⁊ flens di-
cendo. O domīe miſerere. O domīe mi
ſericordia qꝛ pro peccatoribꝰ de mulie
re naſci voluiſti. Oy ſenior ⁊ nō detis
mihi ꝯgeriū .i. licētiā. Ego ſū ouis per
dita ⁊ venio ad paſtorē. infirma ad me
dicuꝫ. īmunda ad fontē. ⁊ ſic lacrimis
lauabat pedes chriſti. ⁊ capillis terge
bat. Et ſimō īcepit male cogitare īfra
ſe dicens. Hic ſi eſſet ꝓpha ſciret que
⁊ qualis eſt mulier que tangit eū ⁊c.
Mag. videns ꝙ xp̄s ſibi nō loquebat̄
dixit. dn̄e ⁊ non parcis mihi. Tūc chri
ſtus reſpexit ſymonē dicēs. Uides hāc
mulierē. remittunt̄ ei peccata multa.
Et nunqd non omnia? Et xp̄s dixit. re
mittunt̄ tibi peccata tua. Sed iterum
potuit dubitare. ſi remittebat ſibi pe-
nam. Et tunc xp̄s dixit ſibi. Fides tua
te ſaluā fecit: qꝛ ſi tunc fuiſſet mortua
ꝓpter peccata nullū habuiſſet purgato
rium. Iterum potuit dubitare cū eſſet
iuuenis ne iteruꝫ peccaret. Tunc xp̄s ſi
bi dixit. Uade ī pace q̄ſi d. ego dabo ti
bi bonā perſeuerātiā. Ecce infinita mi
ſericordia. De hac dicit grego. in ome.
hodierna. Quid miramī fratres. mariā
venientē aut xp̄m ſuſcipienteꝫ? Traxit
eam corda miſericordie quaꝫ cordi ſuo
alligauit in predicatiōe. Moraliť hic di
catur ꝙ dimittamus peccata exemplo
magdalene. ⁊ vadamꝰ ad xp̄m in cōfeſ
ſione: qꝛ cōfeſſor tenet locū xp̄i. Iō dic̄
ꝓpha in pſona peccatoris. Niſi qꝛ dn̄s
adiuuit me. paulominꝰ habitaſſet in ī
ferno aīa mea. Ideo dicit thema. Ma
num ſuā ⁊c. Tertiꝰ digitus ē alta pro
motio q eſt digitus longior ⁊ ſuperemi
net. xp̄s vō nullū deſpicit ſi vero cōde
redit ad eū. imo honorat dans grās ⁊
dignitates. Nō. 5. officia q̄ deus dedit
beate marie mag. gradatī poſt ſuā cō
uerſionē. Primo fecit eā thexaurariaꝫ
ſuam. magnū officiū eſt. Qn̄ xp̄s ibat
predicādo nō portabat pecunias. Sed
dicit Mat. ꝙ poſt ſermonē circūſpect ſ
omnibꝰ ⁊c. glo. ſi quis eū inuitaret ad
prandiū. hoc ſciens beata mag. ditiſſi
ma ſequebatur xp̄m audiēs ſermones.
⁊ ipſa dicebat hoſtalarijs. paretis prā
dium ꝓ ihu xp̄o ⁊ ſuis ⁊ īuitate eum ⁊
ego ſoluā vobis. Ecce quō exequebat̄
officiū thexaurarie. Auctoritas luc. 8.
Iter faciebat ihs per ciuitates ⁊ caſtel
la predicans ⁊ euāgelizans regnū dei.
⁊. 12. cū illo ⁊ mulieres alie ⁊ maria cū
illo que uocat̄ magdalen̄ que miniſtra
bāt ei de facultatibꝰ ſuis. Secūdo non
deponēdo eā a primo officio fecit eam
ſecretariā ſuā. luc. x. Maria ſedens ſe
cus pedes domini audiebat v̄bum illiꝰ
Ex iſto textu habet̄ ꝙ eſt ſecretaria.
Nō legitur ꝙ ī iſto palatio fuerint apl̄i
nec alij. ſꝫ ſolus cum ſola. nec v̄bū qd
ſibi xp̄s dixit fuit ſcitū. qꝛ nullꝰ euāge
liſtarum ipm ponit. Sꝫ cogito ego ꝙ ip
ſa petebat a xp̄o de ordinatione paradi
ſi ⁊ glīa beatoꝝ. Et xp̄s dixit ſibi quō
ī celo ſūt tres ierarchie. ⁊. 9. ordines
angeloꝝ. Itē quō anime collocant̄ in
ill̄ ordinibꝰ. quō in prīo ordine collocā
tur penitētes ⁊c. vſqꝫ ad nonū. Super
oēs aūt ibit mater mea. Credo ꝙ petijt
a xp̄o de ſe quō ⁊ ī quo ordine colloca-
ret̄. ⁊ dixit ſibi forte ꝙ cū ſeraphinis
ex ardēti caritate ⁊ amore. Itē petijt d̄
penis inferni. de purgatorio. ⁊ limbo
pueroꝝ. ⁊ xp̄s ſibi dixit totū. Ecce quō

fuit ſecretaria. Tertiū officiū ē quia fe
cit eam familiarē ſuā ⁊ ſociā m̄ris ſue
ꝟginis marie. q̄ l; eſſet purioꝛ ſole. tn̄
dedit ſibi iſtā in ſociā. nec deſpexit eā.
ſicut m̄l'te caſte ſupbe deſpiciūt pecca
trices. ⁊ tamē xp̄s fecit eā familiarem
⁊ ſociā m̄ris ſue. Rō qꝛ xp̄s oꝛdinauit
duas vias ad paradiſum. Pꝛia eſt ino
centia pura que recte vadit ad gl'iaꝫ.
Unde dicit dd. Dn̄s non pꝛiuabit hoīs
eos qui ambulāt ī inno. Alia via eſt di
gna penitētia: qꝛ ſi deus nō oꝛdinaſſet
niſi viā inocentie deſperare potuiſſem⁹
nos. Jō oꝛdinauit regulā ſancte penitē
tie. d. Mat. 4. Penitētiā agite. appꝛopi
quabit. n. regnū celoꝝ. Per iſtas du-
as vias de⁹ elegit duas marias. Pꝛia
eſt que iuit per viā innocētie. ⁊ fuit vir
go maria. Jſtā ſequūtur oēs innocen
tes. ipa poꝛtat vexillū. Pꝛia p⁹ q̄ iuit p
viā penitētie fuit maria magda. in no
uo teſtamēto ipſa eſt capitanea. Jō can
tat eccl'ia. Laudem⁹ opus dei in maria
genitrice ſed virgīe. laudem⁹ ī maria
peccatrice ſed penitēte. maria illa eſt
ſpeculū innocētie. maria hec ē exēpluꝫ
penitētie. Quartū officiū eſt qꝛ fecit eā
apotecariā. ⁊ medicā ſuā. Magnū offi
ciū eſt eē medicū vel apothecariuꝫ re
gis vel pape: qꝛ in eoꝝ manib⁹ pōit vi
tā ſuā. Hoc officium exercuit b. maria
Mag. qn̄ xp̄o fatigato ex itinere vnxit
caput. man⁹. ⁊ pedes. Jō Joh. xi. Ma
ria erat que vnxit dn̄m vnguento. ⁊ ex
terſit pedes ei⁹ capillis ſuis. Quintuꝫ
officiū ⁊ maius quia eā fecit apl'aꝫ: qꝛ ē
alti⁹ officiū. ⁊ pꝛīcipale. Auct. ad ro. 8.
Nos ipſi pꝛimitias ſpūs habentes. Et
glo. qꝛ tpe pꝛius ⁊ ceteris abundanti⁹.
Petrus. paul⁹. ⁊ alij fuerūt apl'i. i. miſ
ſi ad peccatores. ſꝫ mag. apl'oꝝ apl'a. ſ.
miſſa ad cōuerteꝫ. aplos dubios ō xp̄i
reſurrectiōe. Aucto. ioh. 20. Uade ad
fratres meos: ⁊ dic eis. Aſcendo ad pa
trem meum ⁊ patrē veſtrū deum meū
⁊ deum veſtrum. venit maria magda
lene annuncians diſcipulis. qꝛ vidi do
minum. ⁊ hec dixit mihi. Jdeo cantat
eccl'ia. O mūdi lampas ⁊ margarita p̄
fulgida. que reſurrectionē chꝛiſti nun
ciādo. apl'oꝝ apl'a fieri meruiſti.

¶ Quartus digit⁹ man⁹ miſericoꝛdie dei
fuit ſpiritualis affectio ſiue perfectio.
que cōſiſtit in hoc qꝫ dicit xp̄s Mat. 19.
Si vis pfectus eſſe vade ⁊ vende oīa
que habes ⁊ da pauperib⁹. ⁊ habebis
theſaurū in celo: ⁊ veni ſequere me.
Hic ponit duo pūcta pfectiōis. ſ. vende
oīa. Ecce paupertas ſpiritual'. Scd̄o
⁊ ſequere me. Ecce hic doctrina euange
licalis. Jn his duob⁹ conſiſtit perfectō
ſpiritualis. Jſta duo habuit excellēter
b. maria mag. Nā poſt xp̄i aſcenſionē:
qꝛ iam p xp̄o non indigebat pecunijs
vēdidit quicqd hēbat. ⁊ dedit pauperi
b⁹. ſ. poſuit ad pedes apl'oꝝ iuxta xp̄i ꝯ
ſilium. ſi vis perfect⁹ eſſe ⁊c̄. Et retra
xit ſe in parua domo. ⁊ viuebat māib⁹
laboꝛādo. quolꝫ dic audita miſſa ⁊ ſer
mōe ab aliquo apl'oꝝ. filabat lanā vel
linum. Aucto. pꝟ. vlt. ⁊ ī epl'a hodier
na. Queſiuit lanā ⁊ linū ⁊ opata eſt ꝯ
ſilio manuū ſuarum. ⁊ ſequit. Manuꝫ
ſuam miſit ad foꝛtia. ſ. filare al toꝛno.
⁊ digiti ei⁹ appꝛehēderūt fuſū. ⁊ ſeqꝛ.
Panē otioſa nō comedit. Nulla ergo
mulier dicat. oꝫ me tradere alicui ut p
uideat mihi. Jdē de monialib⁹ dicētib⁹
oꝫ me habere ſpiritualē ut pꝛuideat mi
hi. quia ꝯuentus nō ſufficit ⁊c̄. qꝛ bea
ta maria mag. ⁊ ēt virgo maris pꝛuide
bat ſibi. ſuo filio. ⁊ ioſeph manibus
ſuis. 7. ānis exul ī egipto filando. texē
do ⁊ ſuēdo. Scd̄o ſeqꝛ xp̄ꝫ pdicādo. Di
cat' de pſequtōe xp̄ianoꝝ ī yrl'm p⁹ xp̄i
aſcenſionē. aliquos occidēdo. aliquos
exulādo. Et qꝛ maria magdalēa. mar-
tha. ⁊ lazar⁹ erāt nobiles. noluerīt eos
occidere. ſꝫ miſerūt eos ī quādā bārcha
ſine aliq̄ pꝛuiſiōe. ſine vello ⁊ remiſ. vt
ſic ſubmergerent. Sꝫ btā maria mag.

facto ſigno crucis pro arbore dicendo.
In nomīe patris ⁊c̄. ſubito de port de
iaſa venerūt ad portū marſilie. Et in
cepit b. Mag. ꝑdicare per prouintiā. ⁊
habuit tātam gratiā in labijs ſuis ꝑꝑ
hoc qꝛ tot vicibus oſculata fuit xp̄i ma
nꝰ ⁊ pedes ꝙ cōuertit ad xp̄m totā pro
uintiā. Ecce ſpiritualꝭ deuotio. Dic̄ Egi
ſipus doctor antiquꝰ ꝙ beata Maria
mag. poſt cōuerſionē nūꝗ͂ reſpexit ho
minē in facie niſi xp̄m. ⁊ interrogata de
cā q̄re. R̄ndit ꝙ ꝑꝑ aſpectū hominū fe
cerat tot peccata. Dicat̄ hic ꝯ̄ mulieres
que quādo ſentiūt aliquos tranſire per
viā. faciūt ſe ad feneſtras.

Quītus digitꝰ ē celeſtialis fruitio. Di
catur quō poſt ꝯuerſionē prouītie cogi
tauit quō poſſet ꝯtemplari in ciuitate
aquēſi. ⁊ orauit dicendo. Dn̄e ih̄u recor
dare ꝙ in domo marthe ip̄a ſatagebat
ſ. martha ⁊ ego ꝯtemplabar ad pedes
veſtros. ⁊ vos ꝑmiſiſtis mihi. maria
optimā partē elegit q̄ non auferet̄ ab
ea. placeat tue maieſtati hāc gratiā mi
hi dare. Stati angeli venerūt ⁊ porta
uerunt ip̄am ab aquis vſq; ad balinā.
⁊ ibi die noctuq; ꝯtemplabat̄. ⁊ non
habebat ibi aquā. vinū. panē. neq; her
bas. Et ibi ſtetit vltra. 30. annos ꝙ ni
hil cōedit. De moyſe reputat̄ multum
qꝛ. 40. diebꝰ ſtetit ī monte ⁊ nihil cōe
dit ⁊c̄. Si dicatur. d̄ quo ergo viuebat
magdalēa. dicat̄ ꝙ de cibo celeſti. Nā;
7. horis canonicis. ſ. in matutinis ⁊c̄.
angeli veniebāt ⁊ qual; hora cantanti
bus vocibꝰ corporalibus eleuabāt eā.
vnde quel; eleuatio vnū prandiū vale
bat ⁊ ſic. 7. vicibꝰ faciebant. 7. carmīa
vt dicit. s. tho. in p̄ria parte theologie
⁊ grego. ſup iob. de collocutōe Magda
lene ad angelos. ⁊ qualiter. ⁊ quō ſe
applicabāt angeli cātantes. cātare an
gelorū eſt laudare deū de gratijs factis
Magdalene. Et repietis iſta carmina
in hymnis hodiernis. Cū ip̄a ſurgebat
ī media nocte d̄ rupe vbi ſurgēdo facie
bat penitentiā ⁊ ſurgēdo de ſomno pri
mo flectebat genua. ⁊ ſignabat ſe: qꝛ
crux ē clauis que aperit celū. ⁊ incipie
bat credo in deū ⁊c̄. Et poſtea cōtēpla
bat̄ in ſuo ſpiritu. cogitās hac hora ih̄s
fuit capt᷑. ligatꝰ. ⁊ ductus ad domum
āne. ⁊ finalr̄ cogitabat de xp̄i obprobri
is. tūc deſcēdebāt angeli ⁊ eleuabant
eā in aere cantātes. Lauda mater ec
cleſia. lauda xp̄i clemītiā. qui. 7. purgat
vitia per ſeptiformē gratiā. Et qn̄ tene
bant ip̄am in altū reducebāt eā ad pro
priū locū. Ecce quali cibo angelico vi
uebat. Secūda hora canōica īcipiebat
orare ⁊ poſtea cōtemplari. Cogitabat
n. hora p̄ria ductus ē ih̄s ad pilatum.
tradūt eum gentibꝰ multū accuſatum
ī colo ꝑcutiunt manibꝰ ligatū. vultum
dei cōſpuunt lumen celi gratū. ⁊ ſupa
bundabat lacrimis. ⁊ angeli ip̄am ele
uantes cantabāt. Maria ſoror lazari q̄
tot cōmiſit crimina ab ipſa fauce tartari
redit ad vite limina. ſ. ad portas. qꝛ ip
ſa ſoror Lazari de porta inferni vēit ad
portā paradiſi. hora tertia orās ⁊ con
tēplans. crucifige clamitāt hora tertia
rū. ⁊c̄. hac hora ſentētia fuit data con
tra xp̄m. vt īter latrones crucifigeret̄.
Et iohānes nūtiauit virgini marie quā
ego cōſolata fui. Cogitate quō deficie
bat ī fletu ⁊ angeli eā eleuantes cāta
bāt. Poſt fluxe carnis ſcandala. fit ex
lebete fiala ī vas trāſlata glorie. d̄ va
ſe cōtumelie. de caldaria inferni facta
fuit copa celeſtis. hora. 6ᵃ. horabat cō
tēplando ꝙ videbat xp̄m ī cruce ſuſpē
ſum repetēs potū ⁊ quō matrē cōmiſit
Iohāni. q̄re iam deficiebat. Angeli ele
uant eā cantādo. Egra currit ad medi
cū vas ferens aromaticum ⁊ a morbo
multiplici. verbo curat̄ medici. verbo
medici fuit curata a malis. hora nona
cogitauit quō xp̄s expirauit ⁊ hely. d.
clamauit. ī hac hora petre rupte ſunt.
⁊ cū quaſi defeciſſet angeli veniebant

⁊ elevabāt eā ⁊ dicebant. Surgentem
cū victoria. ihm videt ab inferis pria
meretur gaudia que pl⁹ ardebat cete-
ris. Qñ xp̄s reſurrexit victōioſe iſta vi
dit cū p̄io ⁊ ideo fuit ardētioꝛ i aman
do. Hoꝛa veſpertina cogitabat qūo xp̄ꝫ
depoſuerūt de cruce ⁊c̄. ⁊ ſic ab angel
elevabat. cantādo. In theſauro repoſi
ta regis ē dragma pdita gēmaqꝫ lucet
īclita. ō luto luci reddita. Ecce que p̄rā
dia habebat ⁊ vos poteſtis habere co-
gitando i miſterijs xp̄i paſſionis. Poſt
hec cū ſic fuiſſet. 32. ānis angeli nūcia
uerunt ſibi ſuā moꝛtē ⁊ tunc ipſa petijt
pro gratia a xp̄o vt angeli poꝛtarēt eā
ad ſanctū Maximinuꝫ magiſtrū ſuum
vt cōicaret ⁊ per angelos fuit poꝛtata
ad ſanctū maximinum ⁊ de manibus
beati maximini cōicauit. Et quādo vi
dit hoſtiam cōſecratā dixit. O domine
ihu xp̄e. ego credo ꝙ ſicut tu fuiſti in
vtero virginis ⁊ eſtis i celo deus ver⁹
⁊ homo ita etiā in hac hoſtia. ⁊ in fide
iſta recipio veſtꝝ glorioſiſſimū coꝛpus
Et poſt cōpleuit vitā ſuam. ⁊ aīa ſua
ſanctiſſima ad xp̄m eſt ducta. Cogitate
hic ſi iſta tam excellēs creatura ⁊ glo
rioſiſſima ſancta ſup alias excepta vir
gine maria nō fuit auſa moꝛi quouſqꝫ
cōicauit. Scitis q̄re? Qꝛ recoꝛdabat
de verbo xp̄i. di. Jo. 6. Amē amen dico
vobis niſi manducaueritis carnē filij
hominis ⁊c̄. Qui māducat meā carnē
⁊ bibit meū ſanguinē i me manet. Nō
tenebat ſe tutā donec cōicauit. Pꝫ qūo
debetis eē diligentes ad cōicandū quo
libꝫ anno cū ſit expreſſum quolꝫ anno i
paſcate cōicare. ſed de magno cōſilio
etiā in magnis feſtiuitatib⁹. hic eſt ci
bus glorioſus qui ducit ad vitā eternā
Nunc patet quomodo xp̄s manum ſue
miſericoꝛdie aperuit inopi. Placeat deo
ꝙ eius ſanctiſſimis oꝛationib⁹ habea
mus hic remiſſionē peccatoꝝ ⁊ in futu
ro vitam eternam. Amen.

¶ Idem alius ſermo in eodem.

Remittuntur ei peccata multa
quoniā dilexit multū. Luc. 7.
Verbum propoſitū pro funda
mento p̄ntis ſermōis cōtiet ſūmarie to
tā vitā iſti⁹ beatiſſime Ma. mag. ſ. ma
lā ⁊ bonā. āti̇qꝫ ⁊ nouā cōuſatōꝫ ſuā.
Primo ſuam cōuerſationē criminoſā.
Secundo ſuā conuerſionē gratioſam.
Dico p̄io ſuā conuerſa. cri. Et hoc ibi
Peccata multa. Pro cui⁹ declaratiōe
notaui dictum Auguſtini ſuper illud
1. coꝛ. 15. Inueniuntur autē multi falſi
teſtes. Perhoꝛrendū eſt inquit ne ali
qd falſi dicatur. lꝫ ad laudē ei⁹ pertine
re videatur: qꝛ non minoꝛi ſed maioꝛi
foꝛtaſſis ſcelere in deo laudatur falſi-
tas. qꝫ vituperet veritas. Idem iudici
um eſt de maria virgine. ⁊ idem ō ma
ria magdalene. Nam quidam ex qua-
dam falſa pietate ⁊ ſimplicitate aſſerūt
b. mariā magdalenā non foꝛe peccatri
cem coꝛpoꝛe ſed mente ⁊c̄. Ex quo ſe-
quuntur tria magna inconuenientia.
Primū. quia eſt cōtra intellectū ſancti
euangelij. et omnium doc. Nam dicit
Luc. 8. Maria que vocatur magdale
ne. ō qua. 7. demonia exierant. Dicit
glo. Vicia vniuerſa qbus plēa fuerat.
⁊ Mar. vlt. Apparuit p̄io marie mag
dalene. de qua eiecerat. 7. demonia.
glo. Que autē a. 7. demonibus hoc eſt
ab vniuerſis ſceleribus liberata erat.
Et glo. Jeronimi dicit ipſam meretri
cem. adducēdo illud Mat. 21. Meretri
ces ⁊ publicani precedēt ⁊c̄. Et in euā
gelio hodierno dr̄. Ecce mulier q̄ erat
i ci. pec. quum dicit ecce. denotat pecā
ſua eē notoꝛia. quū dic̄ i ciuitate. notat
ipaꝫ publicā. ⁊ cū m̄ltis peccaſſe. quū
ꝺo dic̄ peccatrix. dnotat ꝙ erat aſſueta
i peccatis. Vn̄ mos ē ſcriptur̄ cōſuetoſ
i peccatis appellar̄ pcōꝛes. Secunduꝫ
incōueniens eſt ꝙ tolleret ſpes pecca
toꝛib⁹. Nā ipa data eſt exēplū penitētie
Vn̄ cantat ecc̄lia. Laudem⁹ op⁹ dei i
ma. gēitrice ſꝫ vḡl. laudem⁹ i ma. pecca

trice ſed penitēte. Maria hec eſt data
ſpeculū innocentie. maria hec eſt exē
plū pnīe. Meretrices ergo que actua
liter peccauerunt. ꝛ vſurarij ꝛc̄. parū
ſperarent de ſalute ꝛc̄. Tertium incon
ueniens eſt. quia hec glorioſa ſcā poſt
beatam virginem tenetur maior ſācta
vite eterne. Et credit̄ par apl̄is pp ex
cellentem ardorē caritatis. Jō magnꝰ
amor extinxit magnitudinem pcōꝝ vt
ait ſaluator. Remittūtur ei peccata m.
q. di. multū. Ponendo ergo maiora ꝛ
plura peccata. ponitur maior eius cari
tas. ꝛ per conſequens maior eius ſan-
ctitas. Et poteſt argui ecōuerſo ponen
do leuia ꝛ minora peccata ponitur mi
nor caritas. ꝛ per cōſequens minor ſā
ctitas. Oꝫ ergo dicere ꝙ multa ꝛ enor
mia pcā commiſerit. ſicut dicit chriſtus
in themate. Re. ei peccata mlt̄a ꝛc̄. Si
enim actualiter ꝛ publice non peccaſſꝫ
chriſtus non diffamaſſet eam di. ꝙ cō
miſit peccata multa. Cauſa aūt ſuoꝝ
peccatorum ꝛ quorūcūqꝫ poteſt eē tri-
plex. Prima eſt pulcritudo cōporalis q̄
maximā occaſionē dat peccandi. v. g.
Si vnam agniunculam ſequuntur. C.
lupi ad comedendū eam. quomodo ꝛ
qualiter poterit euadere? Certe diffici
limum erit. Sic ꝺ pulcra muliere. Nā
lupi. i. homines luxurioſi eam deuora
bunt. Unde ſemel fuit quidam qui vo
lebat accipere vnam ſpecioſā iuuenē
pulciorē ſue terre. ꝛ queſiuit cōſilium
a quodam ſapiētiſſimo quid acturꝰ eēt
an eam deberet accipere in vxorē vel
ne. Qui reſpondit. Fili mi. noueris. ꝙ
difficilimū eſt cuſtodire quod omnes
appetunt. Unde ſi tam pulcra ē. multi
vellent habere pulcritudinem ſuā. i.
placitum corporale. Nam vinea de cu
ius fructibus oēs affectant comedere
non poterit cuſtodiri qn habeant. Qr̄
conſulo tibi fi'i mi. ꝙ nō accipias eā.
ſimiliter nec aliam que ſit pulcra. Naꝫ
ſemper eris in triſticia. merore. ꝛ guer

ra. Et cū gladio oportēbit te defendere
bene a corporali ꝛ carnali pulcritudīe
mulieris. te cuſtodias. ſ. ꝙ nō habeas
vxorem pulcram. Nam puer. vlt. dr̄.
Fallax gratia ꝛ vana eſt pulcritudo.
mulier timens deum ipſa laudabitur.
Pulcritudo enī mulieris decipit ꝛ fal
lit. ꝛ eſt res vana ꝛ lubrica ꝛ attrahit
corda hominum ad concupiſcentiam.
Iſtā pulcritudinē habuit b. ma. mag.
Ideo ꝛc̄. Secunda cauſa que dat lib
tatē peccandi eſt libertas temporalis
Quando enī mulier non eſt ſub alicu
ius diſciplina. nec timet aliquem. tūc
grandis eſt occaſio peccandi. etiā ſi ha
beat patrem ꝛ matrem que oſtēdat ſe
ei dulcis ꝛ ꝙ eam multum diligat. tūc
de facili cadit in peccatum. propter au
daciam quam capit. Nam parentes ꝺ
bent ſemper ſpecialiter pulcris puellis
filiabus rudem ꝛ turbatam faciē oſtē
dere. ipſaſqꝫ cum magna diligentia ꝛ
cuſtodia erudire. ꝛ eas amonere: quia
ob cauſam iſtam multe repiūtur ribal
de ꝛ inhoneſte. Unde eccleſiaſtici. 7.
Filie tibi ſunt. ſerua corpus illarum.
ꝛ non oſtendas hilarem faciem tuam
ad illas. ſed ſemper robuſtam. cu-
ſtodiaſqꝫ earum corpus cum diligen-
tia. Quod ſi paululum libertatis habe
ant. accipient ſibi in duplum ꝛc̄.
Tertia cauſa que dat occaſionem pec
candi. ſunt diuitie multe. Nam plures
homines ſunt in mundo qui peccarent
ſi haberent vnde ſuplerent eorum vo
luntates ꝛ concupiſcentias. Unde ec-
cleſiaſtici. 20. Eſt qui vetatur peccare
pre inopia. ꝛ in requie ſua ſtimulabi-
tur. Eſt qui perdet animam ſuam pre
confuſione diuitiarū. Iſta omnia fue
runt in maria magdalena. habebat
enim pulcritudinem. libertatem. ꝛ di
uitias multas. Nam viuentibus pa-
rentibus etiam mirabantur pulcri-
tudines eius. ꝛ deſiderabant ipſam ha
bere in vxorem. Sed tunc cū diſcipliā

cuſtodiebatur. Sed mortuis paren
tibus remanſit in ſua libertate. ⁊ con
feſtim lupi. ⁊ luxurioſi iuuenes qui ip
ſam habere cupiebant dixerunt eam⁹
camus. nunc tempus adeſt. Remanſit
ſola orbata pentib⁹. volūtatē nr̄az adi
plere poterimus. Et ibant ad caſtrum
ideſt ad magdalon. ⁊ cottidie coriza-
bant. ⁊ iocabantur. Et amplexus cre
bros faciebant. ⁊ dicebant ſe eſſe ꝓpi
quos genere ⁊ parentes ſui. epulabāt
qꝫ ſplendide. Ipſa vero tanquā potēs
magnam curiam habebat ⁊ tenebat
vt laudaretur. ⁊ magna conuiuia eis
faciebat. Ipſi vero ei pretioſa iocalia
⁊ dona ſicut taliuꝫ moris eſt offerebāt
Nota galina cum nuluis. ouis cum lu-
pis qualiter poteſt euadere ꝙ n̄ deuorē
tur. vel laceretur. Poſt autēz dona eo
rū non recuſabat. Et hoc ſignum erat
ꝙ euadere non poterat. Moraliter bo
ne filie reſiſtite i pricipio. ⁊ munera ta
liū nolite accipe ⁊c̄. Nā piſces capiēdo
eſcā capiūtur ſiľr aues. ⁊ ſic perditur
verecundia ut mag. Et dum tam enor
me peccatum commiſiſſet demum oīa
capitalia perpetraſſet. quia illud eſt fo
mes aliorum. Et ſic vixit. 12. annis in-
fecta. Ideo beatus lucas loquens de
b. Maria mag. conuerſa dicebat luc.
octauo. Maria que vocatur magdalē
ne de qua demonia ſeptēz exierant ſci-
licet virtute chriſti. Non fuit tamen ō
moniata. Sed quare ergo dicit de qua
exierant ⁊c̄. Reſpondeo quia habebat
in ſe ſeptem peccata mortalia. que de-
monia appellantur. Unde Grego. in
omel. Quid enim per ſeptem demonia
niſi vniuerſa vicia deſignantur. Et ſe
quitur. 7. ergo demonia mulier habuit
quia vniuerſis vicijs plena fuit. Et qꝛ
in iſtis ſuperius cauſis que valde ſunt
incitamēta libidinis Magdalena erat
excellēs. Ideo magis ſe prebuit ad pec
candum. Sed poſſet hic fieri queſtio.
quoniā ſācta Martha omnes iſtas oc
caſiones habuit peccandi. que fuit ſo-
ror eius. ſicut Magdalena. ⁊ ſemper
fuit virgo. et magdalena peccatrix.
Erat enim pulcerrima. in libertate po
ſita. ⁊ diues ſicut magdalena. fuerunt
qꝫ a matre ⁊ patre communiter nutri
te quādiu vixerunt cuꝫ diligenti cura
⁊c̄. Unde ergo hoc fuit? Reſpondeo.
Cauſa quare martha ſemper fuit v̄go
duplex eſt: quia Martha poſtq̄ꝫ reman
ſit in ſua libertate poſt mortem patris
⁊ matris. ſemper fuit quaſi vnius hoſ
pitalis magiſtra. Caſtrum enim ſuuꝫ.
⁊ domus ſua nihil erat aliud niſi hoſ
pitale ad quod confluebant tantum in
firmi. pauperes. miſeri. ⁊ male haben
tes. quibus ſedule ⁊ ardenter neceſſa-
ria miniſtrabat. Et taliter erga paupe
res ſe habebat ꝙ ſuos reditus in eo-
rum neceſſitatibus expēdebat. Maria
autem non recipiebat pauperes. ſed iu
uenes validos ⁊ pulcros ⁊c̄. Alia ratō
poteſt eſſe. quoniam Martha. 12. annis
fuit infirma. Laborabat enim in infir
mitate: quia patiebatur fluxuꝫ ſangui
nis continuum. Unde Ambro. loquēs
de iſta benedicta Martha dicit ſuper
Mat. capitulo nono. Quedam mulier
que expenderat fere ſua bona pro cu-
rando ſe a fluxu ſanguinis. ⁊ ꝙ iſta eēt
beata martha opinantur aliqui. Cui
forte pro dolore mortis parentum hec
acciderant. Et ecce quare virgo fuit.
⁊ munda. Unde propter infirmitatem
iſtam ſic erat macilēta ⁊ ſine colore ꝙ
lupi ideſt luxurioſi de ipſa non curabāt
Sed quia beata Maria fuit ſemper ſa
na corizando. iocando. ſaltando ⁊c̄. in
cidit in peccatum. Bona eſt ergo infir
mitas que facit caſte viuere ⁊ hōeſte
Multi enim homines ⁊ mulieres ſunt
qui ſi forent ſani corizarent. ⁊ luxuria-
rentur ⁊c̄. ⁊ multa peccata facerent.
O beata infirmitas que facit perſonā
tam ſanctam. ⁊ ipſam trahit quaſi in
vitam ⁊ paradiſum. Unde eccleſiaſtici

zi. Infirmitas grauis ſobriam facit
animam. O tantu bona facit infirmi-
tas corporalis que animá a damnatio
ne liberat. ⁊ ad uitá perducit eternaꝫ.
Ideo b. Paulus. 2. cor. 12. Libenter glo
riabor in infirmitatibus meis: vt inha
bitet in me virtus chriſti. s. caſtitatis.
Beatus enim pau. ante conuerſionem
ſuam fuit quodammodo tactus amoꝛ
de beata regula domina ſic vocata. Et
dum ipſe poſt conuerſionem iconie pre
dicaret. tacta verbo dei regula ſe ꝯuer
tit. ⁊ in habitu viri ſequebatur pauluꝫ
vt audiret verbum dei. ⁊ faceret peni
tentiam. Et tunc antiquus hoſtis hoc
intuens. beatum paulum ſtimulabat
in corde ſuo ſagittas ⁊ cogitatiões im
mittendo. ⁊ dicendo. modo iſtam pote
ris tenere tanq̄ ſeruum tuum quod ne
mo perpendet. Et crebro b. Paulꝰ. ne
incideret in peccatum propter occaſio
nem imminentem ipſi beate regule di
cebat cottidie. Filia recede hinc. nolo
vt amplius me ſequaris: ſed intra ali
quam religionem vel repatriare. naꝫ
ibi poteris te ſaluare. Cui reſpondit il
la. Pater ſerue dei quo vultis vadam
nam parentes mei omnes ſunt infide-
les. Unde dicit Beda ꝙ niſi habuiſſet
aliam īfirmitatem b. pau. dubium fuiſ
ſet de ſaluatione ſua. Bene igitur dice
bat. Libenter gloriabor in infirmi. me
is ⁊c̄. Ecce quomodo bona eſt infirmi
tas qua virginitas conſeruatur. Nam
ſemper fuit virgo b. pau. iugiter tamē
rogabat dominum vt auferret ab eo ī
firmitatem illam. ⁊ noluit. Alios cu-
rabat ſolo tactu. ſeipſuꝫ minime: quia
non placebat deo. Ideo pre dolore iter
dum remanebat ſicut mortuus. mag
dalena autem nullam infirmitateꝫ ha
bebat. ſed erat iocunda. affabilis.
potens. ⁊ pulcra. idcirco in peccatum
incidit perſeuerans. 12. annis. ſꝫ tñ deꝰ
expectauit eam ad penitentiam. Unde
yſa. 30. Propterea expectat deꝰ vt mi
ſereatur veſtri ⁊c̄. Et hec de primo. ſ.
de eius conuerſatione criminoſa.

Dico ſc̄do de eius gratioſa ꝯuerſiōe qr
dilexit multum. Pro cuius declaratio
ne nota ſecūdum ſcūꝫ Tho. pria ſc̄de.
q. 28. ꝙ effectus magni amoris ſunt
tres. Primus eſt extaſis: ideſt exceſſꝰ
mentis. quando perſona eſt extra ſta-
tum ſue mentis. quando videtur ꝙ ne
ſciat quid dicat aut quid faciat. Conſi
derate precor exceſſum mentis iſtius
b. Marie propter immenſum amorem
ibat ſola nocte ſine ſocio ad monumē
tum ⁊c̄. nec timuit corpora mortuorū
nec armigeros ⁊c̄. Et quando chriſtuſ
apparuit ſibi in forma ortolani. dū apo
ſtoli receſſiſſent non autem ipſa. audi
quid ipſa dicit. Si tu ſuſtuliſti eum di
cito mihi. Et ego eum tollā. Nota ver
ba magni amoris. Ponitur enim rela
tiuum ſine antecedente: ſcilicet eum.
habebat eum in corde. nec aliud pote
rat cogitar̄ niſi de chriſto. Et ſic crede
bat de ceteris ⁊c̄. Nota etiam. Et ego
tollam eum. Nūquid. O maria mulier
es fragilis. ⁊ corpus chriſti ponderoſū
quo ergo ⁊c̄. Certe ego eum tollaꝫ. Nū
quid ioſeph ab arimatia accepit licen
tiam vt ſepeliret illud: ⁊ tu ſine licen
tia vis rapere illud. Et quid ſi eſſet in
domo pillati. certe ego eum tollam ⁊c̄.
Ecce extaſis quomodo eſt extra ſeip
ſam: quia iſta non conſiderabat. Simi
liter habemus in ſua gratioſa conuer
ſione. ꝙ dominus ſagittauerat cor eius
ita vt ipſa tam nobilis. taꝫ pulcra. ſola
inter tot conuiuas intrauerit. omni ru
bore demiſſo. ſicut narrat euangelium
hodiernum: Dic euangeliuꝫ ⁊c̄. Secū
dus effectus eſt zelꝰ. Dicit b. Tho. ubi
ſupra ꝙ zelus quocunqꝫ modo ſumat̄
prouenit ex intenſione amoris. Inten
ſus ⁊ magnus amor querit excludere
quod ſibi repugnat. Nam amor vere
amicicie querit bonum amici. Unde

quando eſt intenſus facit hominez mo
ueri contra omne illud quod repugnat
bonis amici rc. Sic fuit de christo cir-
ca magdalenam. Primo repugnauit z
redarguit omnes murmurantes cōtra
ipſam rc. Scdo fecit ſibi uel dedit. 5.
excellentias rc. Terti' effect' ē mutua
inhesio: quia magnus amor facit ama
torem eſſe in amato. Inquantuz repu
tat bonum uel malum amici ſicut ſua.
Et uoluntatem amici ſicut ſua. ut q̄ſi
ipſe in ſuo amico uideatur bona ul' ma
la pati. z affici. Et propter hoc ꝓpriuz
eſt amicorum eadem uelle z in eodem
triſtari z gaudere. ſecunduz phm i. 9.
ethicorum. z in ſecundo rethorice rc.
Sic fuit de christo z magdalena. nam
triſticia Magdalene erat christi z lacri
me rc. Similiter uoluntas magdalene
fuit uoluntas christi. Uoluntas christi
fuit ut faceret penitentiam. ſic z ſua.
Unde Grego. Cogitāti mihi de Marie
penitētia. magis flere libet q̄ aliud fa
cere. Cuius enim vel ſaxeum pect' iſte
huius peccatricis lacrime ad exemplū
penitendi non emolliant: Conſiderauit
namqz quid fecit. z noluit moderare
quid faceret ſuper conuiuantes igreſ
ſa eſt. non iuſſa venit. inter epulas la-
crimas obtulit. Diſcite quo dolor arde
bat: que flere inter epulas non erube-
ſcebat. quot in ſe habuit oblectamēta
peccati. tot inuenit dona ſacrificij. Un
nota q̄ in 12. cauſis peccauit Magd. z
per. 12. fuit ad christum conuerſa. Et d
criminibus fecit cōdignam penitētiaz
rc. Primo eniz ibat cū magna ſequella
z comitiua ſcutiferum z domicellarū
quos tenebat i illa pompa ſua. Poſtea
illa ſola iuit ad domum ſimonis lepro
ſi dimiſſis cunctis vanitatibus z pōpiſ
Secundo ibat cum capite cooperto gē
mis z margaritis ornato. z auro. P'
ea vero velato capite ſuum creatorez
diſcumbentez flebilis cōtrita viſitauit
Tertio ſolebat pretioſa indumenta. z

iocalia ſuo corpori apponere. Poſt hec

## In feſto beati Jacobi apoſtoli.

Unus ad dexteraz tuam i regno
tuo. Uerbuz iſtud habetur tex
tualiter Mat. 20. Et officialiter
in euangelio preſentis feſtiuitatis. Fe
ſtum z ſolennitas hodierna eſt illius
g'ioſi apoſtoli ieſu christi b. iacobi fra
tris Johannis euāgeliſte. etiam de eo
erit ſermo noſter. Et ſi placet deo ha-
bebimus multas bonas doctrinas pro
animarum conſolatione. z peccatoruz
correctōne. ſed prius ſalutetur v. ma.
hoc verbum ad litteram dicitur z ītel
ligitur de b. Jacobo apoſtolo dicente
christo. Iſte iacobus eſt vnus ad dexte
ram in regno meo. Pro cuius ītellectu
ſciendu z q̄ in ſacra ſcriptura. hoc ver
bum vnus pro principio vel primo ha
betur. Ratio. quia ſecundum q̄ dicūt
phi z etiam experientia docet vnitas
eſt principium numeri. et quia vnum
ē principium numeri ideo vnus ſumi-
tur per primum. hoc etiam patet i ſcri
ptura. quando in principio creauit de
us celum z terraz z tempus. Dicit ſcri
ptura gen. pmo. Factum eſt veſpere z
mane dies vnus. i. primus. Et quia b.
Ja. fuit primus apoſtolus. quia primo
intrauit paradiſum: quia alij apoſtoli
vixerunt poſt euz trigita ānis. imo b.
Johannes. 55. annis vixit poſt eum. Et
ideo de eo cantat eccleſia. O lux z de
cus hiſpanie ſanctiſſime iacobe. qui in
ter apoſtolos primatum tenes primus
eorum martirio laureatus. Fiat ergo
ratio quiz in ſcriptura vnus ſumatur
per primum. et b. Ja. fuit primus apo
ſtolorum in paradiſo: ideo bene dicit
thema de eo. vnus. ſ. eſt ad dexteram
tuam in regno tuo. Sed ſubtilius cogi
tando thema inuenio q̄ in eo oſtendun
tur tria de beato Ja. apoſtolo.

Primo oſtēditur cōuerſio ſpiritualis.
Secundo predicatio celeſtialis.
Tertio paſſio martirialis.
Dico primo ꝙ oſtenditur de b. Jacobo
cōuerſio ſpūalis. Et hoc quū dicitur.
vnus: qꝛ totus fuit cōuerſus ad vitā
ſpūalem. Hoc declaratur ſic. Deus eſt
tanꝗ̄ vnum principium a quo oīa ꝓce
dunt tam viſibilia ꝗ̄ inuiſibilia. tā cor
poralia ꝗ̄ ſpiritualia: corruptibilia ꝛ in
corruptibilia. ſicut a fonte originaliter
procedunt multi riui. Ita deus qui eſt
fons a quo procedunt. 9. riui. i. 9. ordi
nes angelorū. Itē oēs arbores aīalia
elementa. hoīes. honores. dignitates.
diuitie. hoc dicit ſcriptura. ad ro. xi.
Ex ipſo ꝛ per ipſum. ꝛ in ipſo ſunt oīa.
Ideo Grego. Deus ſuple ē a quo bona
cuncta procedunt. Ex iſta declaratiōe
pꝫ. ꝙ quando aliquis peccat recedit ab
vno ad plura diffundēdo ſe in officiis.
diuitijs. bonis tēporalibus. querentes
bona huius mundi. tales habent cor
diuiſum ꝛ ſparſum. i. cor. 7. Qui ſollici
tus eſt que ſunt mundi ꝛ diuiſus eſt.
Propter hoc qui non curat de bōis hu
ius mundi. imo deſpicit oīa. ꝛ totū ſe
dat deo ille dicitur vnꝰ. Sicut ſi homo
diceret. Et quid oportet me diffunderē
ad querēdum aquā. Nō riuis. ſtagneis
ꝛ foueis. ſed ad fontem. Idem poteſt
dicere qui totū ſe dat deo. Quid oꝫ me
creaturas querere. ſꝫ creatorem ī quo
omnia inueniā. ꝛ oīa habebo. Tunc ē
vnꝰ. hoc dicit ſcriptura. i. cor. 6. Qui
aūt adheret dn̄o. vnꝰ ſpūs ē. Cū ergo
dr̄ de b. Jaco. ꝙ eſt vnus. notatur eiꝰ
cōuerſio ſpiritualis. qui prīo erat diui
ſus ꝛ multiplex. ſed cōuerſus fuit vnꝰ
b. Jacobus fuit cōſanguineus. germa
nus ieſu xp̄i. filiꝰ marie ſalome ſororis
virginis marie. vxor zebedei. Et erat
frater b. Johānis euāgeliſte. zebedeꝰ
pater eorum erat pauper piſcator. Et
viuebat piſcando ī mare galilee. a qua
ꝛ per quam tranſit flumen iordanis.

Et cum eſſent ibi ſimul reficientes re
tia ſua: qꝛ erant vetera. ꝛ trāſiuit xp̄s
per littus. Et vidēs eos vocauit Jaco
bū ꝫ d. veni ſequere me. que verba fu
erunt tante virtutis. ꝙ recepit conge
rium a patre. ꝛ ſecutus ē eum. Et fuit
cōpleta ꝓphetia yſa. 51. Unum vocaui
eum ꝛ benedixi ei. ꝛ multiplicaui eūꝫ.
Ecce qualiter de mūdo in quo erat di
ſtractus. conuerſus ē ad xp̄m fontē to
tius boni. Moraliter qui vult conuer
ti ad chriſtum. faciat vt iacobus. reli
quat retia. ꝛ patrem dyabolūꝫ. Aucto
ritas chriſti ioh. 8. Uos ex patre dya
bolo eſtis. qui genuit vos in peccatis.
Iſte malus pater cum retibus ſuis pi
ſcatur animas in mari huius mundi.
Rete eius ſunt ludus taxillorum. Et
dicitur rete. Ratio. Jam videtis in re
te quot ligature ſunt. ꝛ trahitur vna
corda totum. Ita etiam in ludo ſunt
multe ligature. ideſt multa peccata. ꝗ
omnia trahuntur corda ludi. Primūꝫ
peccatum eſt iurare: renegare: blaſſe
mare. percutere crucem cum gladio.
Secundum peccatum quod ibi concur
rit eſt rapina: qꝛ nihil poteſt ibi lucra
ri. Immo oportet totum reſtituere. non
illi niſi fuerit deceptus. ſed detur amo
re dei: quia taxilli n̄ poſſunt dare tuaſ
pecunias illi: quia rex. nec papa poteſt
hoc facere. Si dicatur. ita conuenimꝰ
hoc dicitis ſed intenditis lucrari. quia
quando perditis bene diſplicet vobis ī
tantum ꝙ ꝛc̄. Item concurrit inuidia.
ibi ira. vſura. preſtando cum lucro.
Item accidia ex perditione temporis:
quia feſta debent in ſeruitꝰo dei ꝛ non
in ludo taxillorum conſumi qui non ē
niſi fons omnium peccatorum. Cū iſto
rete dyabolus capit aīas. Septē condi
tiones gentium damnantur iſto pecca
to. Primo luxores. Secūdo aſſiſtentes
qui dant fauorem ꝛ ſolēnitatem ludo
dānato. Tertio qui mutuant domum.
Quarto qui mutuant taxillos ꝛ pecu

nias ꝑ lucro. Quĩto qui mutuãt tabˀla
riũ. Sexto qui recipiũt reditꝰ. Septĩo
domini ⁊ rectores qui ſubſtinẽt. Oẽs
iſti in rete diaboli ducunf ad infernũ.
hoc iam oſtendif. qui inter duas ptes
ſemper oſtenditur. 7. Jdeo ſi luſores
volunt cõuerti ad deũ. relictis retibꝰ
⁊c̃. Secũdũ rete. ſ. ipſiꝰ diaboli eſt uſu
ra: quia i uſura cõcurrunt peccata mul
ta. Primũ eſt crudelitas: quia omnes
creature libere cõicant illud qḋ deus
eis cõicauit. vt aer claritatem. nubes
pluuiam. ⁊ anelitũ. aqua piſces. terra
herbas. ⁊ fructꝰ. angeli virtutẽ ad cu
ſtodiendum. auarus ãt qui nõ vult cõi
care. crudelis ẽ. Scḋm peccatũ ẽ ĩfide
litas. Ratio: quia qñ theſaurariꝰ regis
vltra modũ ⁊ formã ſibi traditam diſ
penſat pecunias. infidelis ẽ. Jta diui-
tes huiꝰ mundi nõ ſunt dñi pecuniaꝝ
ſed diſpenſatores: quia oꝫ reddere com
putum deo. Deus in quolibet loco fa-
cit aliquos diſpẽſatores ꝑ pauperibus
ſuis. Jdeo apl̃s. i. cor. 4. Sic nos exiſti
met hõ ut miniſtros xp̃i ⁊c̃. Nullus di
cit. O dñe. de meis pecunijs nõ recipi-
am aliqḋ intereſſe. Tertiũ peccatum ẽ
ratio erronea. que damnat vſurarioſ:
quia dicunt ſe dños pecunie. ⁊ non
ſunt: quia dñi eſt terra ⁊ ple. eius ⁊c̃. ⁊
vos habetis ſibi reddere cõputuꝫ a pri
mo vſq; ad vltimũ. Quartũ peccatũ ẽ
quia ibi cõcurrit falſitas hipocriſie ⁊
fictionis dicẽdo. amore veſtri libẽter
mutuabo vobis. x. flore. ſꝫ in carta po
nentur. 12. Quintũ peccatũ eſt ĩobediẽ
tie. Quãdo deus expulit adaꝫ de para
diſo terreſtri. ex peccato dedit ſibi peni
tentiã dicẽs illud gen. 3. Jn ſudore vul
tus tui veſceris pane tuo. Ecce penitẽ
tia. Dicit vſurarius. certe ego comedã
ſine labore: quia ego non laborabo ſed
mea pecunia laborabit ⁊ ego quieſcã
Ecce inobedientia. Et ſicut ille qui nõ
ſeruat penitentiã datam a cõfeſſore dã
atur. ita ⁊c̃. Sextuꝫ eſt fractio feſtiui

tatum. in quibus vult deus ꝙ homo
quieſcat a negotijs tẽporalibus. ſꝫ vſu
rarius tantum lucratur in diebꝰ feſti
uis q̃ntum ĩ alijs: quia etiam numerat
feſta. quũ tamẽ deberet remouere. 67.
dñicas. ⁊ alia feſta ãni. Poſſet dicere
pauꝑ. Et nũquid extiatis feſta? Reſpõ
det non. Ecce quare vſura dicif rete
cũ quo diabolus piſcatur. Ecce quot
aĩas. Prio vſurarioꝝ. ſecũdo coꝝ ſocio
rum. tertio notarioꝝ qui ſunt periuri.
quarto teſtiũ. quinto vxoꝝ que de vſu
ris ornantur. ſexto filiaꝝ de uſura reci
pientiũ dotẽ a pr̃e: q2 deberent dicere
pr̃i. nolo ꝙ detis mihi talẽ dotẽ de vſa
ſꝫ detis mihi vnũ artificẽ ⁊ viuã meis
manibꝰ ꝓprijs. ſeptĩo. lo gener recipiẽs
dotẽ ḋ vſa. octauo filioꝝ ⁊ heredũ. no
no religioſorum ⁊ clericoꝝ. qbꝰ dimit
tunf beneficia cuꝫ vſuris. Abac. 1. Ex
pãdit ſagenã ſuã diabolꝰ. ⁊ ſemꝑ ĩterfi
cere gẽtes nõ ceſſat. Remediũ ẽ ergo
ut iacobꝰ relictis retibus ⁊ pr̃e ⁊c̃. Ex
pellaf ergo ludus ⁊ vſa. Sꝫ ſi vultis
mutuare amore dei. ⁊ vultis a deo vſu
ram quã iuſte poteritis accipere. ipſe
pro. x. non tantũ. 12. ſꝫ. 100. Auctoritas
ꝓv̈. 19. Feneratur dño qui miſeretur
pauperibus: ⁊ viciſſitudinẽ ſuam red
det ſibi. Mat. 19. Centuplũ accipietis.
⁊ vi. eter. poſſidebitis. ſ. ĩ alio. Nota cẽ
tuplũ acci. Et quõ: q2 deꝰ dabit vobis
abundantiã in cãpis. vineis. oliuetis.
gregibꝰ. Ergo relictis re. ⁊c̃.

Secundo oſtenditur de btõ Jacobo
predicatio celeſtialis. quiꝫ dicitur ad
dexteram tuaꝫ. Uita ⁊ doctrĩa huius
mũdi dicif ſiniſtra. ſed vita eterna pa
radiſi dicif dextera. Qui ergo predicat
intentione mũdana. ⁊ doctrinã poetaꝝ
ad ſiniſtrã ſunt. Qui ãt p̃dicãt habẽdo
intentionẽ ad honorẽ dei ⁊ ſaluationẽ
aĩaꝝ ſunt ad dexterã. Auctoritas. ꝓv̈.
4. Uias. n. q̃ a dextris ſunt nouit dñs
ſ. ſciẽtia aprobatõis. ꝑuerſe vo ſũt q̃ ſũt
a ſiniſtris. Beatꝰ Ja. hũit totã intentõ

nē ad deū. Jō ad dexterā tuā. Et poſſz
dicere illud can. 2. Leua eiꝰ ſub capite
meo eam deſpiciēdo: ⁊ dextera illius
amplexabiť me. Nota eius mirabilē p̄
dicationē in iudea ⁊ ſamaria ⁊ in yſpa
nia. Primꝰ ꝗ predicauit ī yſpania fidē
catholicā fuit b. Ja. Deinde reuerſus ī
iudeā diſputauit cū iudeis. cū Ermoge
ne. ⁊ cū phileto. ⁊ habitar. Nota diſpu
tationē put habeť infra ſermone pri
mo euſdē b. Jacobi. Moraľr in operi
bus noſtris habeamꝰ intētionē celeſtē
quia multa bona opa perdunť ex ſini
ſtra itentione. Jdeo chriſtꝰ Mat. 6. Ne
ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera
tua.

Tertio oſtenditur ſua paſſio martiria-
lis quum dicitur. Jn regno tuo. Licet
omnes boni xp̄iani dicantur martires
qui moriunť p iuſtitia fidei catholice
Jdeo xp̄s Mat. 5. Beati qui pſecutionē
patiunť propter iuſtitiā: qm̄ ipſorum ē
regnum celorum. Uidentes iudei ꝙ
nō poterant reſponſionibꝰ ſuperarē bea
tum Ja. dixerūt tunc. Fiat cum mani
bus. videntes ꝙ hermogenes ⁊ phile
tus erant ꝯuerſi. iuerūt ad herodē di.
ſibi ꝙ erat ibi vnus talis ⁊c̄. herodes
autē qui tunc venerat nouiter ī regno
volens complacere iudeis. Et ſtultus
ſine examinatione dedit ſententiā mor
tis cōtra beatū Ja. Et quidā magnus
rabinꝰ Joſias nomīe ex malitia trahe
bat cordam qm̄ ducebať ad mortē. Et
dum irent. quidā paraliticus clamauit
O apoſtole dei ſana me. Et iacobꝰ. ih̄s
xp̄s ſanet te. Et ſubito fuit curatus.
Propter qđ ille Joſias fuit ad chriſtuꝫ
ꝯuerſus. ⁊ a beato Ja. baptizatꝰ. ⁊ am
bo fuerūt martirizati. ⁊ mau ad manū
ambo iuerunt ad regnum dei Dicatur
quomodo corpus ſuum per diſcipulos
ſuos fuit portatum in caſtella. extirpā
do errorem dicentium. oportere ire ad
ſanctū iacobum uel in morte uel in
vita Amen.

Jdem in eodem.

Creſcit ī templum ſanctuꝫ in do
mio. ad ephe. ſecūdo. recitatiue
aūt in ep̄la hodierna ⁊c̄. Pro
breui declaratōe huiꝰ verbi ⁊ introdu
ctione nr̄e materie ſciendū ē ꝙ inueni
tur in ſcriptura ſatis clare iſta dr̄a in
ter vitam bonorū ⁊ iuſtoꝝ ⁊ malorum:
qꝛ vita bonoꝝ ſemper creſcit ⁊ augu
mentať. maloruꝫ vō decreſcit ⁊ minui
tur. Dicit. n. textus. pꝟ. 4. Juſtoꝝ aūt
ſemita. i. ſtricta via penitētie ⁊ timoris
dei ⁊ deuotionis q̄ſi lux ſplendens pro
cedit ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectā diem.
Uia impioꝝ tenebroſa. neſciūt vbi cor
ruāt. Nō q̄ſi lux ſplendēs procedit. Nā
ſol ex quo exit ꝯtinuo ⁊ lux paulatim
aſcendit. ⁊ magis lucet hora prime ꝙ̄
in aurora. ⁊ hora tertie pluſꝙ̄ prīe ⁊ſic
deinceps. Jta ē de vita iuſtoꝝ cōtinue
creſcit. Ratio huiꝰ drīe bonoruꝫ ⁊ ma
lorum ē ꝙ pſone iuſte ſunt ī gratia dī
Ecce hic lux. ⁊ quidqd operanť delibe
rate ſiue ſint cogitationes cordis. ſiue
loqutiōes oris. ſiue operationes corpo
ris. imo ꝙ ē plus opera nālia ſunt eis
meritoria. De cogitationibꝰ ⁊ aliis nō
eſt dubiū ex quo ſunt ī gratia. ſed de
operibus naturalibus vt comedere. bi
bere. comedūt. n. vt poſſint ſeruire dō
Jdē de dormitiōe. etiā rurſus vt poſ-
ſint flere. totū eſt meritoriū. Jn tantū
ꝙ vna bona pſona ſemper aſcēdit. me
lior ē hodie ꝙ̄ heri. ⁊ cras ꝙ̄ hodie. Jō
apl's aſſignās rationē dicit ad ro. 8.
Scimꝰ qm̄ diligētibus deū omnia coo
peranť in bonū. etiā peccata vt dicit
glō. Rō quia quādo cogitat peccata cō
miſſa pſona iuſta fit humilior. ideo ver
tunť ſibi ad meritū occaſionaľr. Sed
perſone peccatrices nō aſcendūt imo
deſcēdunt rorādo. grego. Peccatū qđ
per penitentiā nō abluiť. mox ſuo pon
dere ad aliud trahit. Ecce differentiaꝫ
inter bonos ⁊ malos. Jdeo volens vo

bis oſtendere vitam ſanctã ⁊ perfectã
beati iacobi recepi thema d. Creſcit.
⁊c. tempore quo. ſ. viuebat in hoc mũ
do ⁊ deo ſeruiebat. Patet thema ⁊ ſũ
modo in materia predicanda. Et inue
nio ꝙ beatus Jacobus creuit in tri-
bus gradibus. ſ.

Primo in eẽ diſcipul⁹ apl'icalis.

Secũdo legatus euãgelicalis.

Tertio habitator celeſtialis.

Tres ſaltus quos fecit vſq; ad celũ ⁊
ſubtiliter tanguntur in themate. Pri
mũ tangit' in prĩo verbo. ſecundu; in
ſecũdo. tertiũ ĩ tertio.

Dico prĩo ꝙ b. Jacobus creuit in eſſe
apl'ical' diſcipulus cũ al' nõ fuiſſet mul
tum ſanct⁹. ⁊ hoc tangit' cum dicitur
creſcit ĩ templũ. Nã doctrina eſt theo
logie ꝙ pſona exiſtẽs in bona vita eſt
templũ dei: qꝛ maior honor quẽ poſſit
habere ſpirit⁹ ẽ tenere regem ⁊ papa;
thm ſecum. De hoc dicit apl's. i. cor. 3.
Neſcitis qꝛ templu; dei eſtis vos ⁊ ſpi
ritus dei hitat in vobis. Modo audite
quomodo b. iacobus aſcendit in eſſe di
ſcipulum apl'icum. Dicatur quomodo
erat frater iohãnis ⁊ filius zebedei. q
cum ſemel eſſet ad mare galilee. xp̃s
inde trãſiẽs vocauit eos d. illud Mat.
4. Uenite poſt me. ſ. vos. o iuuenes.
Et tanta fuit virt⁹ huius verbi. ꝙ illu
minati fuerent ĩ intellectu ⁊ calefacti
ĩ corde. Et ſtatim relictis retibus ⁊ pa
tre ſecuti ſunt eũ. Ecce quõ creuit de
piſcatõe in apl'm xp̃i. Moraliter. beat⁹
Ja. veniens ad xp̃m dimiſit retia ⁊ pa
trem. hic dat exemplum nobis religio
ſis maxime. qui debem⁹ ſequi xp̃m ꝙ
dimittam⁹ retia. i. retinentia ſecundũ
ethimologiam. ſicut ſunt negotia ⁊ oc
cupationes mundane q̃ retinent reli-
gioſos clericos ⁊ laycos qui nõ poſſũt
ad xp̃m venire. verbi gratia. õ religio
ſis. Maior laqueus que; habet dyabo
lus ad illaqueandum religioſos ſunt
negotia vt ponat ipſos in negotijs. vt
dimittant predicatione; ſub aliquo bo
no colore vel tractandi paces. vel tra
ctandi matrimonia vt habeat familia
ritates vel legationes dominorũ. Mul
ti cum magno feruore incipiunt ſanctã
vitam ⁊ predicationem bona intentio
ne. ſed dyabolus in predictis illaque
at eos ⁊c. que licet ſint bona tamen di
mittunt optimum. ſ. predicationem ꝙ
eſt officium precipuum in eccleſia dei
vt dicit decretalis. cu; ex iniuncto ex̃
de hereti. Ab iſtis cauebat apl's qui p̃
dicabat infidelibus vt baptizarentur.
qui propter deuotionem volebant ab
eo baptizari. Jam videtis ꝙ baptizare
bonum ẽ. tamẽ dixit apl's. i. cor. i. Gra
tias ago deo meo ꝙ neminem veſtrum
baptizaui. ac ſi diceret. gratias ago deo
ꝙ neminem occidi. Non. n. me miſit
xp̃s baptizare ſed euangelizare. Jtem
de apl'is dicentib⁹. act. 6. Nõ eſt equũ
vos derelinquere verbum dei ⁊ mi-
niſtrare menſis. Et tu religioſe ponis
te in negotijs ⁊c. dimittas retia. Et cõ
cordat ſcriptura d. religioſis eccl'i. xi.
Filij ne in multis ſint actus tui: Et ſi
diues fueris contra votum pauperta
tis. non eris immunis a delicto. Nota
ne in multis ſint actus tui. multa ſunt
tria. quatuor ⁊c. ⁊ duo non ſunt multa
Duo habet facere religioſus. ſ. celebra
re. ⁊ orare. Jſta duo oſtendit dõ p̃s
106. Et ſacrificẽt ſacrificiũ laudis ⁊c.
Ecce miſſa que continet officium to-
tum. ⁊ horarum canonicarum. ⁊ ãnũ
cient opera eius. Ecce predicatio in
exultatione que quidem predicatio in
cludit ſtudium. Si dicat religioſus e-
go non potero habere pannos. nec pe-
cuniam. Reſpondit quia ſi diues fue-
ris non eris imunis a delicto. Jtem
de clericis: quia multi ſunt illaqueati.
alij ponunt ſe in negotijs in domi-
bus dominorum. alij faciunt ſe pro-
curatores. Alij ſcutiferi ⁊ aſſociant
milites ⁊ cetera. alij ſunt merca-

toꝛes. alij ſũt vſurarij ⁊c̃. Jõ apl's con tra tales dicit. 2. tim. 2. Nemo militãs deo implicat ſe negotijs ſecularibus. Tria negotia põt clericus exercere. ſ. miniſtrare ſacramẽta. celebꝛare. ⁊ pꝛe dicare vel p̃cepta pꝛelati ſeruare. Jtẽ layci ſũt multũ illaqueati qui ſunt mul ti mercatoꝛes. q ſi non habẽt partẽ in oĩbus ſocietatibꝰ nihil eẽt. Jdem õ ad uocatis qui de oĩbus litigijs volunt ſe impedire. vnde dicit̃. O nil fit ſine eo. Jdẽ de iuriſta: qꝛ licet vos ſeculares habeatis negocia. tamẽ ſunt que perti nent ad domũ ⁊ ad prouideñ domui ⁊ dimittere negotia ſupflua ⁊c̃. Dicatur iſtoꝛia õ illo magno mercatoꝛe ſubtili ⁊ illaqueato in multis negotijs. Cui di xit deus ĩ multitudĩe negotiatõis tue repleta ſũt interioꝛa tua iniquitate ⁊ peccaſti. ⁊ eieci te de mõte dei. ⁊ perdi di te. O cherub. i. plenitudo ſciẽtie ad negotiañ. ⁊c̃. Jdeo exẽplo bti Jacobi dimittant̃ retia. al's. Ecce qõ dicit xp̃s Luc. 21. Attẽdite ãt vobis ne foꝛte gra uent̃ coꝛda veſtra in crapula ⁊ ebꝛieta te. ⁊ curis huiꝰ vite: ⁊ ſuperueniat in vos repẽtina dies illa. Secundo dimit tendus ẽ pr̃. ſ. de quo dicit ihs xp̃s. iu deis ioh. 8. Uos ex patre dyabolo eſtis Dicat̃ quõ generat filios de mala vxo re quã duxit a pꝛĩcipio. ſ. inobediẽtia. Dicat̃ quõ fuit creatꝰ in magna digni tate. ⁊ tunc erat ſanctioꝛ michaele. ſed quia fuit inobediẽs. volẽs deo parifica ri. tunc duxit illã vxoꝛem. ⁊ eadẽ die õ illa vxoꝛe genuit vltra mile milia mili um filioꝝ. ſ. demones ĩ peccato conſen tientes. deinde õ eadẽ vxoꝛe generauit adã. ⁊ euã. ⁊ hodie cõtĩnue generat qñ ſ. temptat hoĩes ꝙ faciãt ꝯ dei pꝛece pta ire poſt xp̃m. ⁊ poterit dicere cum dõ. p̃s. 26. Pr̃ meus ⁊ mater mea dere liquerunt me. dñs autez aſſumpſit me

Dico ſecũdo ꝙ beatus Jacobꝰ creuit õ diſcipulo in eẽ legatũ euangelicalem.

qõ oſtendit̃ cum dicit̃. Creſcit in tem plum ſanctum: qꝛ licet oẽs canonizati ſint ſancti. plus tamẽ excellentiꝰ apl'i Sopho pꝛĩo. Sãctificauit vocatos ſu os. ſ. apl'os quos pꝛincipaliter vocauit ⁊ per ſe. Dicat̃ qñ xp̃s debuit aſcende re in celum in die aſcenſionis vocatis apl'is fecit eos legatos euãgelizans d. illud Mar. vlt. Euntes in mũduz vni uerſum p̃dicate euãgelium omni crea ture. Mõ qs fuit primus apoſtoloꝛum qui hãc legationẽ executauit eundo p mundum: Nõ petrus nõ iohãnes. non andreas. ſꝫ iacobus iſte. Unde exiſten tibus in yeruſalẽ virgĩe maria ⁊ apl'is beatus iacobus accepto ab eis conge rio venit in yſpaniã pꝛedicans xp̃m. qꝛ xp̃s dixerat eis act. 1. Eritis mihi te ſtes ĩ ieruſalẽ. ⁊ in omni iudea. ⁊ ſama ria. ⁊ vſqꝫ ad vlti. terꝛe. Jõ beatus ia cobus venit ipſum teſtificari a finibꝰ terꝛe. Pꝫ ergo ſua legatio euãgelicat̃. Diceret hic aliquis. verꝫ eſt ꝙ pꝛĩo ve nit yſpaniã ſed parum bonũ ibi fecit: qꝛ ſolum. 9. diſcipulos ibi ꝯuertit. Di catur ꝙ ſicut xp̃s ꝯuertit. 12. diſcipulos qui fuerũt. 12. grana tritici ad fructifi candũ q totum mundũ ꝯuerterunt: ita b. iacobus. Jlli nouẽ diſcipuli fuerũt nouem grana fructificãtia qui totam yſpaniã ꝯuerterunt. Jn hoc tenuit ꝯſi lium xp̃i dicẽtis. ioh. 15. Jn hoc clarifi catus ẽ pr̃ meus vt fructũ plurimũ af feratis ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Se cundo redijt ĩ yeruſalez. vbi adhuc in uenit alios diſcipulos ſiue apoſtolos ꝯ gregatos. ⁊ ibi incepit diſputare con tra iudeos. ⁊ ermogenem incantatoꝛẽ. qui inſurꝛexerunt cõtra eum dicendo. diſputemus cum eo ipſo quia nunq̃ ſtu duit ⁊ vult pꝛedicare. ⁊c̃. Dicatur quo modo beatus Ja. pꝛedicabat de trini tate quomodo erat vnus deus in eſſen tia. ⁊ trinus in perſonis ⁊c̃. pꝛobans hoc rationibus ⁊ auctoꝛitatibus ⁊c̃. Sed iudei ⁊ doctoꝛes ⁊c̃. contra eum

Dixerunt deridendo. Bene videtur ꝙ
vos eſtis piſcatoꝛ. Et nunquid dic̄ ſcri
ptura deutero. 6. Audi iſrł. Dn̄s deus
tuus vnus eſt. Dicatur quomodo eis
dicebat ſimilitudinem de ſole vno. vbi
eſt pater generans. ſ. ſubſtātia. ⁊ filius
genitus. ſcilicet radius. ⁊ ſpiritus. s.
ſcilicꝫ caloꝛ. Item in dicta auctoꝛitate
ponuntur tria vocabula. ſ. domin⁹ qđ
eſt nomen potens qđ patri attribuitur
⁊ deus nomen ſapientie quod filio ap
propꝛiatur. ⁊ tuus nomen bonitatis q̄
ſpiritui ſancto attribuitur. Secundo
pꝛedicabat ꝙ xp̄s eſt de⁹ ⁊ homo. ⁊ iu
dei cōtra. qꝛ iſtud eſt ꝯtra illud. ps. 8.
Audi populus meus. ⁊ conteſtificaboꝛ
te: iſrł ſi audieris me non erit i te de
us recens neqꝫ adoꝛabis deum alienū
Rn̄dit ꝙ lꝫ xp̄s inceperit eē hō recens
non tamen incepit eſſe deus recēs. Di
catur ſimilitudo đ filio regis vel ipera
toꝛis. 30. annoꝛum quando fit miles n̄
tamen fit nouiter filius regis ⁊c̄. Ter
tio pꝛedicabat de xp̄i paſſione. tunc iu
dei. Quare hoc. quum moyſes dicat.
Exodi. 15. Dominus vir pugnatoꝛ op̄s
nomen eius. Si deus fuiſſet omni
potens. quid opoꝛtebat pati ⁊ moꝛi ſed
remittere oibus dicēdo ſimus amici đ
ceteꝛo? Rn̄deo ꝙ in deo intriſece equa
lia ſunt miſericoꝛdia ⁊ iuſticia. ⁊ ſicut
deus nō pōt dimittere ſuam eſſentiam
ita nec ſuā miſericoꝛdiā ⁊ iuſticiaꝫ. Si
oibus pepciſſet vbi eſſet ſua iuſticia?
Si oēs dānaſſet rigoꝛe ſue iuſticie vbi
eſſet ſua miſericoꝛdia. Ideo voluit ſer
uare modū vt ſimul oñderet ſuam in
finitam miſericoꝛdiam: ⁊ ſuaꝫ iuſticiā.
Miſericoꝛdia fuit oſtēſa. qꝛ voluit pati
innocens ⁊ ſine culpa. iuſticia vero ſol
uens pꝛetium ſufficientiſſimuꝫ ⁊c̄. yſa.
53. Vere langoꝛes noſtros ipe poꝛtauit
⁊ doloꝛes noſtros ipſe tulit. Quarto p̄
dicabat de ſacramento altaris ⁊c̄. Et
iudei contra vos dicitis ꝙ gentes ve
niant ad veſtrum ſacrificiuꝫ ⁊ vos fa
citis eis adoꝛare panem ⁊ vinū n. quū
tamen ſcriptura dicat deutero. 6. Et
Mat. 4. Dominum deum tuū adoꝛab.
Reſpondeo ꝙ a pꝛīcipio mundi vſqꝫ ī
finē. Deus voluit in foꝛma coꝛpoꝛali ⁊
viſibili appere atqꝫ adōꝛari. cū de⁹ ī ſua
ſubſtātia nō poſſit videri. vt tp̄e moyſi
in archa ſalomonis. in nube ⁊c̄. ⁊ mō
in figura panis adoꝛādo dat vitam. Et
de iſta adoꝛatōe pꝛophetizā lo dicit dō
Exultate dominum deū vr̄m hoc dici
tur clericis. ⁊ adoꝛate ſcabellū peduꝫ
ei⁹. i. hoſtiam conſecratam. hoc dicit̄
toti pp̄lo. Et ſic iudei n̄ poterāt ꝯtradi
cē ſibi. imo vicit eos b. iacob⁹. Et fuit
cōpleta ꝓpħia xp̄i d. Luc. 21. Ego. n. da
bo vobis os. i. eloquētiā ⁊ ſapientiaꝫ.
cui nō poterunt reſiſtere ⁊ cōtradicer̄
oēs aduerſarij vr̄i.

¶ Dico tertio. ꝙ creuit ī eē hītatoꝛeꝫ ce
leſtē qđ oſtendit̄ quū dr̄. creſcit ī dn̄o
deutero. 33. Quis ſilis tui popule q ſal
uaris in dn̄o. hoc ſpāliter dr̄ apl̄is. Si
cut b. ia. apl̄s fuit pꝛim⁹ q exequutauit
legatōeꝫ euāgelicā. Ita fuit pꝛimus de
apl̄is q pꝛimo īrauit ꝑadiſuꝫ. Et poſſꝫ
fieri hic talis ꝯñtia. qꝛ ſicut dicit̄ iaco
bus maioꝛ qꝛ pꝛius fuit diſcipulus xp̄i
ꝙ alter iacobus. lꝫ alter eēt antiqoꝛ
dieꝫ. Ita qꝛ pꝛimo īrauit paradiſū pt
dici maioꝛ alijs apl̄is. Dicat̄ ei⁹ mar
tiriū. Videtes. n. iudei ꝙ n̄ poterāt euꝫ
ſupare diſputatiōibus. recurrerunt ad
herodeꝫ regē nouiter veniētē q cupiēs
placere iudeis. dedit ſnīam decapitati
onis ꝯ b. iacobū. Dicat̄ cū duceret̄ ad
martiriū quo curauit vnū ydꝛopicum
ꝓut habetur in floꝛibus ſcōꝝ. Amē.

¶ In feſto btē anne matris marie vir.

Habetis fructum veſtrum ī ſan
ctificationē. Verbū iſtud hētur
oꝛiginaliter ad ro. 6. recitatiue
autem in epiſtola hodierna. Feſtuꝫ ⁊
ſolēnitas hodierna ē illi⁹ benedicte ⁊
ſancte mr̄is virginis Marie ſcē Anne

Et ſicut officiũ miſſe fit de ea. ita ꝛ ſer
mo noſter. Et ſi placet deo. de vita ſua
habebimus multas bonas doctrinas.
ad peccatorum correctionem. aĩarum
noſtrarum ĩſtructionẽ. ꝛ bonã ĩforma
tionẽ. Sed prius ſa. ṽ. ma. Uerbũ ꝓpo
ſitum preſento ego btẽ An. di. Uos b.
An. habetis fructũ veſtrum. ſ. ṽgineꝫ
ma. in ſcĩficationẽ veſtraꝫ ꝛc. Pro cu
ius declaratione ſciendum ẽ. ꝙ qȯ eſt
inter multas perſonas. quare ſcã mr̃
eccleſia. ꝛ populus chriſtianus nõ fac̃
feſtum de patre virginis marie ſcõ ꝛ
iuſto vocato Jocachim ſicut de matre
eius btã anna. Rñdeo ꝙ licet ioachim
eſſet ſanctus benedictus. ꝛ amicꝰ dei.
tamen maiorem ſanctitatem hũit btã
anna. Ratio. quia maiorem participa
tionem habuit cum b. maria filia ſua.
Pater vero modicum participat cuꝫ fi
lijs. ſed mater que 9. menſibus portat
ꝛ poſt natiuitatem nutrit. dormit cum
ea ꝛ oſculat̃. Quia ergo beata ãna ha
buit maiorem participationẽ cum ṽgi
ne maria filia ſua fonte totius ſcĩtatiſ
que iam in vtero matris exiſtens erat
ſancta. Cogitate ergo quãta ſanctitas
remanſit in b. anna. que ipſam porta-
uit. nutriuit. dando ſibi illa que hẽbat
Et virgo maria dabat matri ſcĩtatem.
Ideo fuit ſanctior ꝛ ſpiritualior ioachĩ
ſuo viro. Nota ſimilitudinem de roſa
que colligitur ab vno ꝛ datur alteri.
ꝛ ille eam portat. ꝛ tenet ꝛ cõtractat. ĩ
quo remanet plus de odore illius roſe
vel pomi. in dante vel ĩ recipiẽte? Cer-
tum eſt ꝙ in recipiente. Ita roſa para
diſi ꝛ pomum virtutũ ṽgo ma. per ioa
chim fuit data b. anne per generatõeꝫ
ꝛ b. anna recepit. portauit. nutriuit. ꝛ
tribus ãnis lactauit. Plus ergo remã
ſit in ea de odore ſanctitatis. Iſta ẽ rõ
quare fit feſtum de b. An. ꝛ non ð ioa
chim. Et ecce auctoritas que bene fac̃
ad propoſitum pſ. 96. Letamini iuſti ĩ
dño. ſ. vos chriſtiani: ꝛ cõfitemini me
morie ſanctificationis. i. ſanctitatis b.
anne. Iſtam rationeꝫ tangit thema d.
habetis fructũ v. in ſancti. Patet the
ma. Inuenio ꝙ b. anna habuit fructũ
ſuum. ſ. virginem mariam matreꝫ dñi
noſtri ieſu chriſti.

¶ Primo longanimiter deſiderando.
Secundo firmiſſime ſperando.
Tertio digne conſeruando.

¶ Dico primo ꝙ b. Anna habuit fructuꝫ
ſuum. ſ. virginem mariã longanimiter
deſi. Dicit ille magnus doc. Jeronimꝰ
ꝙ b. ioachim nobilis homo de ciuitate
nazareth ꝛ anna nobilis de genere dȯ
ex ciuitate bethleem fecerunt matrio
nium. ꝛ fuerunt. 20. annis ſine fructu
matrimonij non habentes prolem. Rõ
erat ex parte anne q̃ erat ſterilis. Ita
erat frigida ꝙ ſua complexio repugna
bat ne cõciperet. Propter qȯ ſatis con
triſtabant̃. Ratio. quia matrimonium
ad hoc eſt ordinatum: quia totum aliȯ
non valet vnum denarium. Uidentes
aũt ꝙ virtute naturali non poterãt ha
bere ꝓleꝫ. tenuerunt quattuor modos
vt virtute dei obtinerent. Primus mo
dꝰ fuit per deuotas orõnes. Ibant. n.
frequẽter ad tẽplum dei orare. vt deꝰ
daret eis fructum mr̃imonij. quia ille
eſt finis. Quia ideo plantant̃ arbores ĩ
orto. vt faciant fructũ. Ita dñe vos po
ſuiſtis nos in orto mr̃imonij ꝛc. Et plo
rantes petebant prolem. Unde quum
ſemel in orto b. anna videret nidũ cu
iuſdaꝫ auicule. flens dixit deo. O dñe
huic auicule dediſtis tot filios quos cũ
tanto labore nutrit ꝛ ſibi ꝓuidet. dñe
date ẽt mihi ꝓlem. Ecce primus modꝰ
ſcilꝫ recurrere ad deum orando: qꝛ nul
lus aliꝰ põt dare filiũ vel filiã: qꝛ reqri
tur ibi creatio aĩe. Deꝰ format corpus
ĩ vtero mr̃is. ac ſi tu ð terra l' luto for
mares imaginem. Deĩde creat aĩaꝫ ð
nihilo. Hoc ſciens Job. dixit. x. c. Ma
nus tue fe. me. ꝛ pla. me. ꝛ non pr̃ nec
mr̃ totum ĩ circuitu. Memento ꝙ ſic

l.feceris me ꝛc̃.vſqꝫ in finē.Nō hētiſ
hic cognoſcē qḋ peccatū ē mulieꝛ q̄ qn̄
nō pñt hēre prolē de ſuo mr̄imonio re-
cuꝛrūt ad diuīos ꝛ ſoꝛtilegos ꝛc̃. Jdeo
penitemini ꝛ cōfitemī.ꝛ petatis a deo
filios:qꝛ īfalibiliter ſi fructus mr̄imo
nij ſit vtilis aīe veſtꝛe dabiꝛ vobis.Au
ctoꝛitas xp̄i Joh. 6. Amen amen dico
vobis. ſi quid petieritis pr̄em ī nomīe
meo dabit vobis. Nota in nomīe meo
qḋ eſt ieſus.i.ſaluator.Petiꝛ ergo in
noīe ſaluatoꝛis.qn̄ homo petit rē vtilē
ad ſaluationem ꝛ nō ad dānationem.
Secūdo Joachim ꝛ anna petebant ꝓ
lem a deo per elemoſinas.qꝛ dixit āge
lus tobie.12.Bona ē oꝛatio cū elemoſi
na.Et qꝛ ipſi erant diuites.nō de vſu
ris.ſed de ſuis poſſeſſionibus. Jō ꝛc̃.
ꝛ dicit Jero.ꝙ faciebant tres ptes de
ſuis bonis.Primam dabant deo.Se
cundaꝫ peregrinis.oꝛphanis.ꝛ paupe
ribus.Tertiaꝫ retinebāt ſibi ꝛ familie
dom⁹.Nota quomō diuidebant aceruū
frumenti.Primam partem mittebant
templo.Scḋam reponebant ꝓ paupe
ribus.Tertiam pꝛo ſe.Jdem de oleo.
vino ꝛc̃.Jſto modo oꝛatio iuuatur ele
moſinis ꝛ ecōuerſo.Jdeo dicit ſcriptu
ra ſcā.tobi.4.Ex ſubſtātia tua fac ele
moſinam.ꝛ noli auertere faciem tuaꝫ
ab illo paupere.Jta.n.fiet vt nec a te
auertatur facies domini.Sed ſunt ali
qui qui maxime in pꝛimitijs ꝛ decimis
ſoluendis dicunt.dabo bona mea mal'
clericis.cōcubiniſ.Dicatur ꝙ deo daꝛ
ꝛ non eis.Si autem deus tenet malos
clericos.ipſe caſtigabit eos.Sꝫ ex hoc
non debes ſibi auferre ius ſuum:qꝛ ſi
rex tenet malos ſcutiferos.non ex hoc
auferunꝛ ſibi reditus:qꝛ alias recipiet
ſibi in commiſſum.Jta ꝛ deus.qꝛ dn̄i
eſt terra ꝛ plenitudo eius.ꝛ ipſam nob
locauit.ꝛ in ſignūꝫ dominij retinuit ſi
bi decimam.ſed ipſe non comedit.ſed
dat ſuis ſeruitoꝛibus.ꝛ quando ſoluiꝛ
bene cuſtodit ꝛ conſeruat.alias totuꝫ
accipit ſibi ī ꝯmiſſuꝫ.Et qn̄ vos ceditis
haberꝛ bladū l' vinū.n̄ dic̃ de⁹:qꝛ male
ſoluiſtis.Totū accipit ſibi ī ꝯmiſſū.Jō
veniūt tēpeſtates.locuſte.vmes.Jō
Malac.3.Dic̃ de⁹ Uos ꝯfigiſtis me ī d
cimis ꝛ p̄mitijſ.Et ī penuria vos male
dicti eſtis.ꝛ me vos ꝯfigitis gēs tota.
Remediū ergo ē qḋ ſeqꝛ.ſ.Jnferte oēꝫ
decimā ī hoꝛreū meū.ut ſit cib⁹ ī domo
mea:ꝛ ꝓbate me ſup hoc dic̃ dn̄s.Si n̄
apuero vob cataractas celi:ꝛ effudēo
vob bn̄dictionē vſqꝫ ad abūdātiā.Nō ī
fert.n̄ dic̃ ꝙ dimittaꝛ in vineis nec cā
pis ut cōedanꝛ a beſtijs.poꝛcis:ꝛ mal'
hōib⁹.Jtē ſi n̄ poteſtis facere tātas ele
moſinas ut b.āna adminus reſtituatiſ
furta.vſuras.rapinas.damna.Jdeo
iacob dicebat gen.31.Omne dannum
reddebam.Quidquid furtim peribat
a me exigebas.Tertio petebant cum ie
iunijs.Licet eſſent nobiles ꝛ delicati.
tamen oīa ieiunia de pꝛecepto ſuabāt.
ꝛ etiā alia dicendo vt de carne exeat
fructus matrimonij.faciam⁹ fructum
ieiunioꝛum.Et poterat dicere vterqꝫ
cum dd.humiliabam in ieiunio ani-
mā meam ꝛ oro m.ī ſ.m.cōuertetur.
Moꝛal'r habetis hic exemplum ꝛ doc
trinā ut ſeruetis ieiunia eccl'ie.Ad hec
maxime tenentur q poſſūt habere vnā
bonā refectionē.Aliqui laboꝛatoꝛes ex
cuſantur a ieiunijs eccl'ie.qui tamen
n̄ excuſāꝛ ſi n̄ audiūt miſſā ieiūij.Jtē ne
bibāt ī tabernis ī loco vbi hētis domū
Jō apl's.i.coꝛ.xi.Nūqd domos n̄ hētis
ad māducādū ꝛ bibēdū.Cōtra illos q
bibūt ī taberniſ.aut eccl'iā d̄i ꝯtēmītis
ꝯ illos q n̄ vēnīt ieiuni ad miſſā.Quā
to petebāt ꝓlē a d̄o p ꝓmiſſiōeſ:qꝛ ſiml'
ioachī ꝛ āna vir ꝛ vxō feceꝛt votū ꝙ ſi
de⁹ daret eis fructū mr̄imōij.ꝙ ſuiret
d̄o ī tēplo.Sic̃ ſi mō vos ꝓmittētis ꝙ
eēt religioſ⁹ l' religioſa.Sꝫ mlt̄i mō dā
nāꝛ ex ꝓmiſſiōib⁹ ꝛ votis.faciētes vo
ta.ꝛ modo nō curāt complere.Maius
peccatū eſt fractio voti quā homicidiū
quia eſt infidelitas:Eccl'es.5.Si quid

vouiſti deo. ne moreris reddere. Diſ-
plicet. n. ei infidelis ꝛ ſtulta ꝓmiſſio.
Sꝫ quodcunqꝫ voueris redde. Multoqꝫ me
lius ē non vouere: ꝙ̄ poſt votū ꝓmiſſa
non reddere. Quādo ſunt iuuenes fa-
ciunt aliquod votū. vel eundi ad ſanctū
iacobū vl' ꝛc̄. Et trāſeunt ō anno ī an
nū ꝛ nō curant complere. Et qn̄ ſunt ſe
nes petunt diſpenſationē. Qn̄ ponitur
certū tempus ita illud debēt cōplere.
Si aūt non ponitur temp⁹ determinatū
ītelligit̄ ꝙ ſtatim ꝯpleatur. Et qꝛ ſunt
multi qui nō curant de deo. ideo dam
nant̄. Ideo cauendū ē a votis. Patet
ergo quō fructus b. anne fuit in ſcifi-
cationem longanimiter deſiderando.

¶ Dico ſecūdo ꝙ b. anna hūit fructum
ſuū. ſ. virginē ma. firmiſſime ſperādo.
Qn̄ fuit certificata p angelum quē de⁹
ſibi miſit. Nota hic hiſtoriam quō ioa-
chim ꝛ anna venerunt de nazareth in
ieruſalē ad templū ut offerrēt ſm̄ con
ſuetudinē. Et qn̄ ioachim uoluit offer
re qui erat nobilis baro: ſacerdos re-
ſpexit eū d. Et quis eſtis vos? Reſpon
dit. Pater ego ſuꝫ ioachim ſeruitor ve
ſter. qui veni offerre. Et ſacerdos. Cer
te nō recipiam offertaꝫ veſtrā: qꝛ vos
eſtis maledictus a deo: quia non habe
tis ꝓlem. Signū eſt ꝙ aliquod peccatū ſe
cretū eſt in vobis. Et ioachim. Pater
neſcio in me aliquod peccatū magnū. lꝫ n̄
poſſim me excuſare a peccatis. quia nō
habeo ꝓlē ꝫ bn̄ diſplicet mihi. Et ſacer
dos. Uadatis ꝛ recedatis de tēplo. Et
ioachim. Pater rogo vos non faciatis
mihi hanc iniuriam ꝛ verecundiam.
Et ſacerdos. Certe niſi recedatis de tē
plo. ego nō faciam officium nec ſacrifi
cium. Tunc ioachim cū magna verecū
dia exiuit de tēplo. Si ita modo vellet
facere ſacerdos. ſ. expellere aliquē de
eccl'ia de nobilib⁹. ſtatim diceret ſcuti
fer vl' miles. Per corp⁹ dei tal' ego in-
ueniā vos. Sꝫ ioachiꝫ patiēter ſubſtiu
it. ꝛ receſſit. Et nō iuit ad domū ex ve
recūdia vicinoꝝ. ſed iuit ad paſtores
ſuos ad nem⁹. Et ibi flens orando dice
bat. O dn̄e ꝛ quod peccatū ē meuꝫ qꝛ ita
ſum maledict⁹ ꝛc̄. Uxor aūt ei⁹ anna
que erat ī tēplo qn̄ audiuit ꝙ ſacerdos
ita ꝯtendebat cū viro ſuo. ꝛ videns ꝙ
vir ſuus receſſerat ō templo: ſtatī bo-
na vxor ut ꝯfortaret viꝝ ſuum exiuit ō
tēplo ut refrenaret eum ne noceret. ꝛ
iuit domū. hic habēt exemplū mulie-
res quomodo debēt ꝯſolari viros ſuoſ
qui multotiens ex negotijs triſtantur.
Sed ſūt alique miſere. ꝛ rabioſe q̄ nō
ꝑmittunt eos quieſcere. Rum. Rum.
Rum. ꝛc̄. Quādo autē b. āna fuit ī do
mo. ꝛ non īuenit ibi viꝝ ſuū. tunc trā
ſiuit ſibi totū deſiderium de creaturis
Et flexis genibus orauit ꝓ viro ſuo ſā
cto ꝛ iuſto. ut de⁹ ipſuꝫ ꝯſeruaret. Ecce
ſancta vxor. Dum autē Ioa. ſic orādo
fleret ī deſerto. apparuit ſibi archāge
lus gabriel. ꝛ ioachim timuit. qꝛ iſta ē
ꝯditio ſpirit⁹: qꝛ caro nō poteſt ſuſtie-
re preſentiā ſpirit⁹. Sꝫ ꝯditio boni ſpi
ritus eſt ſtatim ꝯſolari d. ſibi. Ecce ꝙ
orōnes tue ſunt exaudite. Ex illa patiē
tia quā habuiſti deus miſit me ad te ut
nunciem tibi ꝙ tu de vxore tua habe
bis vnā filiā. non filiū. que erit melior
ꝯctis filijs: qꝛ erit mater regis meſſie.
regis celi ꝛc̄. Et ī ſignū huius vade in
ieruſalē. ꝛ in porta deaurata inuenies
ānam vxorē tuā: quia ego iſta ēt nūcia
bo ſibi. Et angelus receſſit ꝛ apparuit
āne in domo flenti: quia nihil ſciebat
de viro. Bene poterat dici illō. ioh. 16.
Uos ꝯtriſtabimini. Sꝫ triſticia ueſtra
uertet̄ in gaudiū. Moralit' ſm̄ ꝙ dixi ī
prima parte. ioachim ꝛ anna ſteterūt
uiginti ānis orantes. elemoſinas dan
tes. ieiunantes. ꝛ uouentes. ꝛ cum to
to hoc non obtinuerunt prolem. Sed
quia in iſta uerecundia a ſacerdote ſi-
bi facta habuit patientiā: ſtatim habu
it promiſſionē de ꝓle. Ex quo ſequitur

ꝙ melior est patiētia ꝙ̄ orōnes. nec ele
mosine. ieiunia. vł ꝓmissiones corā dō
ꝛc̄. Modo cogitate hic qꝛ si ułtis hr̄e
patientiā ī iniurijs vobis factis. Ista v̓
tus valet plus apud deū ad obtinendū
illud quo idigetis ī hoc mūdo. ꝛ salua
tionē ī alio ꝙ̄ aliqd aliud. Ideo forā rā
cores. odia. ꝛ male uoluntates. Ideo
dicit scā scriptura ad hebr. io. Patien
tia. n. vobis necessaria ē. vt voluntatē
dei faciētes reportetis ꝓmissionē. Ecce
qualr̄ b. āna habuit fructū suū in scifi
cationē firmissime sperādo.

Tertio dico ꝛc̄. ꝯseruando digne. s. tri
pliciter. Prio ī vtero ī quo formato cō
pore. et creato spiritu a deo ī eadē die
ꝛ hora fuit scificata. Nouē mensib⁹ fu
it ī vtero matris scā ꝛ bn̄dicta. Et ma
ter ei⁹ b. āna cauebat a tripudijs: quia
ex his multe mulieres pdunt thesaurū
eis ꝯmissuꝫ. Secūdo ꝯseruauit post na
tiuitatē ipsam lactādo. Ita faciebāt scē
mulieres antiquitus. Sꝫ mō statim dicit
vxor. Dn̄e habeatis nutricē ꝛc̄. ut ipsa
possit ondere vbera ꝛc̄. Nolūt dare lac
filio ꝛ dāt canicule. ꝛ male faciūt: quia
sicut vterus ē camera ꝓlis. ita ꝛ vbe
ra celariū sic dīt eē ipse. Sꝫ b. āna ip
samet voluit lactare v̓ginē ma. qꝛ filij
ꝛ filie recipiūt bonā ꝯplexionē a mr̄e.
sed pdunt eaꝫ multotiēs ex malo lacte
Nota hic exemplū de illo viro nobili ī
lombardia q habuit nutricē filio suo.
que pdito lacte. lactauit filium de la
cte cuiusdā porce. ꝛ truye ne perderet
bonā prouisionē ꝛ salariū. qui post fu
it ꝛ vixit sicut porcus. Ecce qualiter ꝯ
struit cōplexio filiorum. Idē de capti
uis que lactant filios dn̄orum. Tertō
ꝯseruauit eam in templo. Postq̄ b. an
na ablactauit virginem. dixit viro suo
Domine nō recordamini de voto? Re
spōdit. ymo. Ideo compleamus votū.
Non dixerunt expectemus ꝙ habeat
x. annos ut multi. vel dicunt quando
sunt pulcre. vltra dabimus sibi aliam
gibbosam. vel monoculam. ꝛc̄. Et sta
tim ioachim ꝛ anna presentauerunt
deo filiam suam in templo vbi fuit. x.
annis cōtinuis in ſuitio dei. Ideo pos
sumus dicere b. anne. habetis fruc. v.
ꝛc̄. digne cōseruādo. Moralr̄ habetis
hic exēplum standi in templo dei ī die
bus dn̄icis ꝛ festiuitatib⁹. audiēdo mis
sam ꝛ sermonē deuote. Qui bene uult
seruare festa dꝫ facere. 5. principalr̄.
Primo cessarē ab operib⁹ temporalib⁹.
non ire ad nūdinas. nō radere ꝛc̄. Ra
tio. quia in dn̄ica christ⁹ cessauit ab om
nibus operibus. laboribus. ꝛ negoti
is resurgēdo. Ideo vult ꝙ oēs xp̄iani
representantes illā resurrectionē ꝛ ge
tem quiescāt in diebus dn̄icis. Ideꝫ ꝯ
sanctis quia illa die quieuerūt in quie
te glīe. Qui autem nō vult quiescere
semp laborabit ī inferno. Secūdo ꝙ ie
iuni audiant missam. Dicatur ratio.
nec taberna dꝫ aperiri an̄ missā in die
festo. Tertio ꝙ sitis ꝑ tpe ī missa. Nā
ī pricipio ōbetis esse. s. ī ꝯfessione que
fit ꝑ vobis. Quarto eē in missa quous
qꝫ dat̄ ꝯgerum a sacerdote. s. benedi
ctio. Quito ꝙ non loquamini duꝫ mis
sa dr̄. Sed hodie abusus est. Nō faciūt
nisi loq ꝛc̄. Iō dicit deus. Exo. 20. Me
mēto ut diē sabbati sci scifices ꝛc̄. Ilł
q seruāt ista. 5. pōt dici habetis fructū
vestrū. s. bonoꝝ operum in sancti. ve
stram ꝛc̄. Amen.

In festo beate Marthe vir.

Arta marta sollicita es. luc. x.
Octaua die a festo btē marie
magdalene fit festū btē marthe
sororis sue: qꝛ octaua die p⁹ mariā mag
dalenā ascēdit ī celū. Iō volo ꝯ ea nūc
vob̄ ꝑdicare. Salutet pri⁹ v̓go maria
Thēa ꝑpositū ē v̓bū xp̄i ad beatā mar
thā. ī quo ondit xp̄s vitā sumarie quā
tenuit martha. s. vitā actiuā marie qꝛ
iste due sorores magdalena ꝛ martha
diuiserūt sibi duas vitas spūales. Btā

magdalena dedit ſe vite ꝯtemplatiue.
luc. x. Maria ſedēs ſecus pedes dn̄i au
diebat v̄bū illiꝰ. Martha aūt elegit vi
tā actiuā dās ſe laboꝛibꝰ ꝓ xp̄o. cū dic̄
martha mar. ſollicita es. i. āxioſa. Nō
cū dicit̄ dupl'r martha. martha: qꝛ vi
ta actiua ſi bōa ē. nō ſolū curat de coꝛ
poꝛibꝰ ſ; ēt de aīabus dās bona ꝯſilia
ꝛc̄. Pꝫ ergo ꝙ ſūmarie xp̄s vitā beate
marthe oñdit. S; ſubtiliter volens vo
bis p̄dicare de iſto v̄bo īuenio ꝙ in eo
oñduntur tres excellentie quas hūit ī
hac vita beata martha. ſ.
¶ Pria ē puritas virginal'. ibi Martha.
Secūda pietas ꝓximalis. ibi Mārtha.
Tertia eſt dignitas perſonalis ibi ſolli
cita es.
¶ Dico p'io ꝛc̄. Nā iſtud nomē martha ī
lingua ſiriaca idem ē ꝙ dñans. in quo
oſtendit̄ puritas virginal' q̄ nō eſt niſi
dñiū; qd̄ perſona recipit ſuper ſenſua
litatem coꝛpoꝛis. nec cogitando nec
loquēdo. nec opando aliq̄ coꝛruptionē
dominat̄. v. ſenſibus eos cuſtodiēdo.
Dicat̄ de quol; ab illa coꝛruptione car
nis. q̄ñ beata martha ꝯſeruabat ſe in
puritate virgīali. iō dicitur martha. i.
dñans vel pꝛincipās: qꝛ ſicut pꝛinceps
nō habet ſupꝛa ſe aliquē dñm inq̄tū
talis. ſic nec puritas v̄ginal' h; ſupꝛa
ſe maioꝛē gradū caſtitatis. Iō dicit be
da. Bona ē caſtitas ꝯiugalis. melioꝛ ꝯ
tinentia viduat'. ſ; optīa pfectio v̄gina
lis. Ecce p'cipatꝰ ſed tā pauci ſunt qui
habeāt iſtā puritatē virginalē. qꝛ quaſi
nullꝰ niſi pueri pui ⁊ illi etiam iā īclinā
tur ad malū. Dicat̄ q̄ñ ludunt facien
do cōpatres ⁊ cōmatres faciendo puer
peras ꝛc̄. Iō xp̄s faciens d̄ hoc planctū
cū iohanne dicebat apoc. 3. hēs pauca
noīa in ſardis: ⁊ q non īquinauerūt ue
ſtimēta ſua: ⁊ ābulabūt mecū in albis.
qꝛ digni ſunt. Nō ī ſardis. Sardis iux
ta ebꝛaycam interpꝛetationē. i. pulcri
tudo pꝛincipatus quia magna pulcritu
do eſt quādo illi de matrimonio fuant
ſibi fidē caſtitatis. pulcriꝰ de viduis ꝯ
tinentiā ſeruantibꝰ. ſed maxie q̄ñ eſt
p'cipatus virginitatis. ſ; ꝙ ſint pauci
dicat̄ hiſtoꝛia de demōe in coꝛpoꝛe cu
iuſdā nolēte exire niſi dicerentur tres
miſſe a tribꝰ clericis virginibꝰ ꝛc̄. Iō
dicit ambulabūt mecū in albis quia di
gni ſunt. Patet ergo q̄re dicit̄ martha
i. dñans. Ideo dicit p'cipiū euangelij
Mulier quedā martha noīe. i. dñans
ſuo coꝛpoꝛi excepit xp̄m ī ſua domo. ſ.
per virtutis imitationē. quia ſemꝑ fuit
virgo. Queſtio ē hic que eſt rō. ꝙ bea
ta Mar. cōſeruauit virginitatē cū b.
magdalena ſoroꝛ ſua fuerit inhoneſta
ī ſua iuuentute cū eſſent pulcre equali
ter ⁊ diuites. ⁊ nō timentes aliquē pꝰ
moꝛtem parentum. Quare ergo tanta
diuerſitas ꝛc̄. Reſpōdeo p̄ſuppoſita di
uina oꝛdinatiōe que ē cauſa oīu; rerū
non īuenio aliā rōnem particularē niſi
infirmitatē quā paſſa ē beata martha.
Iā audiuiſtis hyſtoꝛiā Mat. 9. de mu
liere habente fluxu; ſanguinis duode
cim annis Dicit Ambꝛoſius ꝙ iſta mu
lier expꝛeſſe fuit beata martha. que in
firmitas facit tria. Prio facit perdere
coloꝛē. Secūdo facit ipſā faſtidioſa; ⁊
tedioſā. Tertio facit ipa; fetidā. quam
infirmitatē habuit imediate poſt moꝛ
tē parentū. Iō nullus miles nec ſcuti
fer curauit de ea. Oppoſitū fuit d̄ Ma
ria mag. pulcra iuuene. leta. riſiua. ga
lante q̄ viſitabat̄ a ſcutiferis. Dicatur
hic cōtra mulieres que oſculant̄ homi
nes iuuenes d. meus parens eſt ꝛc̄. O
beata īfirmitas p̄ſeruans a peccatis.
Ideo eccl'aſtici. xi. Malitia hoꝛe obli
uionē facit luxurie magne Nō malitia
i. infirmitas que initium habuit a ma
litia dyaboli vnius hoꝛe: quia tempus
pꝛeſens reſpectu eternitatis non eſt ni
ſi vna hoꝛa. Moꝛal'r habemus hic exē
plum recipiendi patienter ⁊ libenter
infirmitates quas deus non daret niſi
pro ſalute anime. Quot peccata vitā

tur ratione infirmitatis ſiue propter i
firmitates. Nam quando mulier ē clau
da vel habet perlam in oculo non cu-
rat de tripudijs. vanitatibus. ⁊c̄. Dica
tur hic yſtoria de petronilla filia beati
petri pulcerrima. nō videbatur filia pi
ſcatoris ſed imperatoris. ⁊ quidam co
mes volebat eam in vxorem ad quam
mittebat milites ⁊c̄. Qđ ſentiens b.
petrus rogauit xp̄m vt mitteret ſibi fe
brem ⁊c̄. Ecce ratio. quare martha fu
it virgo. ⁊ non magdalena. Ideo dō
Dum appropiāt ſuper me nocentes ut
edant carnes meas. Qui tribulāt me
inimici mei. ſ. temptationes. ipſi infir-
mati ſunt ⁊ ceciderunt. Item eccleſia
ſtici. 31. Infirmitas grauis ſobriam fa
cit animam.

Dico ſecundo ꝙ ſecunda excellentia ē
pietas proximalis. ſ. in elemoſinis cor
poralibus ⁊ ſpiritualibus que tangi-
tur cum dicitur ſecundo martha. i. pro
uocans vel irritans ſecundum inter-
pretationem hebraycam. ſ. inuitans
ad prelium qđ fit per pietatem proxi-
malem. Sicut quando aliquis cum en
ſe incitat aliquem irritat eum. Ita cū
operibus pietatis dando panem. vinū
pecunias pauperibus. homo prouocat
dyabolum. ſic faciebat Mar. i. irritās
Ideo de iſta pietate dicebat apoſtolus
ad diſcipulum ſuum thimo. i. thim. 4.
Exerce āt te ipſum ad pietatem. Naꝫ
corporalis exercitatio ad modicum vti
lis eſt. pietas autem ad omnia vtilis
eſt. promiſſioneꝫ habens vite que nūc
eſt ⁊ future. Exercitatio corporalis fit
per ieiunia. vigilias cilicia ⁊c̄. ſꝫ reſpe
ctu operum pietatis parum vtilis eſt:
quia ſolum ſibi prodeſt gubernando
corpus ſuum. ſed opera pietatis valēt
danti. ⁊ quibus dantur. habentia pro
miſſionem vite que nunc eſt ⁊ future.
Ideo iuxta hoc conſilium apoſtoli bea
ta martha dedit ſe operibus pietatis
ad chriſtum ⁊ ad diſcipulos ſuos ī do
mo ſua eos recipiendo. Dicatur hyſto
ria quomodo in die oliuarum poſtꝙ̄
chriſtus predicauit circumſpectis om
nibus ⁊c̄ Mat. xi. reuerſus eſt beta-
niam cum diſcipulis ad prandendū in
domo marthe cum tamen iam eſſet ſe
ro. Ideo martha dicebatur hoſpita chri
ſti. Dicatur quomodo poſt chriſti aſceñ
uendidit omnia. ponens pretium ad
pedes apoſtolorum vt diuiderent chri
ſtianis pauperibus. Ecce opera pieta-
tis corporalia. De ſpiritualibus autem
dicatur cum per exilium veniſſet ad
prouinciam quomodo predicabat dās
prouiſionem animabus de coquina
ſpiritusſancti. eis miniſtrans eſcas ſpi
rituales. in tantum ꝙ ipſa ex vna par
te. ⁊ beata magdalena ex alia predica
bant: ⁊ predicando conuerterunt to-
tam prouinciam. Dicatur quomodo p̄
dicabat de articulis fidei. vt de trinita
te. incarnatione. ⁊c̄. ⁊ probabat mira
culis curando infirmos. Ideo iſte pie
tates ſpirituales maiores erant ꝙ̄ cor
porales. ⁊ propter hoc conuerteban-
tur gentes ⁊c̄. Dicatur hic cū rediret
de aquis vt iret ad vinionē. tranſiuit
per taraſco vbi erat ingens draco vel
maior balena. ⁊ erat ſemipiſcis ⁊ ſemi
animal. ⁊ ideo viuebat in terra ⁊ in
aqua. ⁊ in aqua rodani. Ibi ſubuerte-
bat barchas tranſeuntes vt comede
ret homines. ſuper quo gentes illius
terre ſcientes ſuam ſanctitatem. ſ. bea
te marthe recurrerunt ad eaꝫ ut pro
uideret. Dicatur quomodo bea. mar-
tha cum aqua benedicta. ⁊ cruce iuit
contra draconem. Commendetur hic vir
tus aque benedicte. Et cum draco vel
let eam inuadere. beata martha cum
ſcuto crucis dixit. Ecce crucem domi
ni fugite ⁊c̄. ⁊ ligauit eum. ⁊ draco ſe
quebatur eam vt ouis paſtorem. ⁊

interfecerunt eũ. Et in memoriá hui⁹
miraculi dicitur lacus taraſco. cuȝ añ
diceretur nerloch. i. niger locus. Sed
qꝛ ille draco dicebaẛ taraſco. Jō mō il
le loc⁹ dr̄ taraſco. Poſt hoc iuit ad vi-
nionem. Et cū p̄dicaſſ; ibi ī quādā ma
gna platea. ubi nūc ē cōuent⁹ p̄dica-
toruȝ. qdā iuuenis infidel' volēs uenir̄
ad ſermonē ſiñ barcha notādo voluit
trāſire rodanū. ſubmerſus fuit. p⁹ tri
duum iuentus b. martha ſuſcitauit eū
rogās ieſum chriſtū q̄ ſicut ipſe voluit
ſuſcitare lazarum fratrē ſuū q̄ vellēt
ſuſcitare illum iuuenē; ꝛ recipiens eū
per manum ſubito anima reuerſa eſt
ad cōpus clamās ꝛ dicens baptiza me
baptiza me. Ecce quō fec̄ opa pietatiſ.
ideo dr̄ martha. i. irritans demoneȝ p
opera pietatis corporalia ꝛ ſpiritua-
lia. Jdeo dicit euāgelium. Martha āt
ſatagebat circa frequens miniſteriuȝ
tam corporale q̄ ſpirituale. Dicatur ſi
militudo de duobus militibus quoruȝ
vnus cuſtodit caſtrum regi alius non
ſolū cuſtodit caſtrum ſed acquirit mł
ta alia caſtra ab inimicis. Cui magis
tenebitur rex: Nunquid illi qui cuſto-
dit ꝛ acquirit: Jta deus. Jta de⁹ cuiȝ
veſtrum commiſit caſtruȝ. ſcilicet cō
pus. Jdeo cuſtodiatur ne intrent mau
ri ſecundum conſuetudinem cathela-
norum vel yſpanorum vel yſpanie. Sȝ
ille qui non ſolum cuſtodit corp⁹ ſuuȝ
ſed multa alia acquirit predicando. ex
pellendo demones. quod fit quando ſu
perbus hūiliatur. auarus reſtituit ꝛc̄.
Jdem de ſeptem peccatis. O cum quā
ta diligentia predicatores deberēt facē
iſtas cōqueſtas maxime q̄ nō iaciunt
in vanum ſagitte. ideo martha non ſo
luȝ cuſtodiuit corpus ſuum. ſed multa
alia xp̄o acquiſiuit. Jō xp̄s dic̄ Mat. 5.
Qui auteȝ fecerit ꝛ docuerit hic magn⁹
vocabitur in regno celorum. Docer̄ ꝛ
non facere bonam vitam nihil ualet.
Jdeo ap̄ls. i. thi. 4. Attende. tibi. ſ. ca

ſtrum tuū cuſtodiendo ꝛ doctrine. No
li negligere gratiam que in te eſt.

Q Dico tertio. q̄ tangit̄ dignitas pſonał
cum dicitur ſolicita. i. anxioſa. Nam p
ſone in dignitate exiſtentes debent eē
ſollicite. ad ro. 12. Qui preeſt in ſollici-
tudine ſuple preſit. Jdeo cum dicitur
ſollicita es ond̄ ẛ dignitas perſonalis.
Dicatur poſtq̄ diu predicauit quomo-
do fecit vnum monaſterium monialiū
a taraſco ꝛ multe virgines ibi intra-
uerunt ꝛ non habebant redditus. ſed
ſuis manibus operabātur ꝛ quicquid
lucrabantur ponebant in communi.
Non comedebant carnes nec pingue-
dinem aliquam. Jdeo modicum expen
debant. Dicatur contra moniales quo
modo nihil faciunt ſed ocioſe ꝛ vagā-
tes vadunt per conuentum cum vno
gatto vł catulo ſolaciando. Dicat̄ quo
modo per ſeptem dies ante ſuuȝ obitū
vidit celos apertos ꝛ multitudineȝ an
gelorum animam beate Marie ſororis
ſue ſecum portanteȝ. Tunc xp̄s ſibi re
uelauit q̄ octaua die ipſa etiā veniret
ad gloriaȝ paradiſi. Dicatur quomodo
in nocte qua debuit ad dominū migra
re in camera ſua fecit accendi magna
luminaria. ꝛ cum dormirent omnes q̄
erant in camera niſi ipſa. Venerunt d̄
mones ꝛ extinxerunt omnia lumina-
ria ꝛ ipſa orauit. O domine ꝛ ſic di-
mittis me in tenebris. Tunc deſcēdit
beata magdalena ſoror ſua cum lumi
ne ꝛ accendit omnia luminaria. Jtem
fecerat ſibi legi paſſionem beati luce
qui habuerat multa ab ore beate uir
ginis Marie. ꝛ ſic obijt. Dicatur hic
miraculum ſancti Frontonij. in quo
miraculo oſtenditur gloria beate mā
the. quia chriſtus in habitu epiſcopali
ꝛ beatus frontonius epiſcopus fecerīt
exequias ipſius corporis. Et cum po-
ſuit corpus in ſepultura dixit xp̄us
in memoria eterna erit iſta hoſpita

mea. ⁊ in hoc cognouerunt eũ eſſe xp̄z
De nullo ſcõ vl' ſancta legitur hoc niſi
de iſta ⁊ de virgine maria. q2 chriſtus
fuit in exequijs virginis marie. Mora
liter ſi volum⁹ dimittere peccata ⁊ ſer
uire deo honorabit nos. i. re. ſo. Qui
cũq3 honorabit me glorificabo eum.

In feſto ſancti petri ad vincula.

Dominus eripuit me ð manu he
rodis. Originaliter act. 12. Et re
citatiue ĩ ep'la hodierna. Solen
nitas ⁊ officiũ hodiernum dicitur btĩ
petri ad vincula. Tria enim feſta ĩ an
no fiũt de beato petro apoſtolo ⁊ papa
Primum quãdo fuit liberatus ð carce
re miraculoſe. ⁊ iſtud fit hodie. Scõm
qñ fuit exaltatus ĩ cathedra honorabi
liter. ſ. ĩ fine februarij. Tertiũ qñ in ce
lo fuit coronatus glorioſe. ⁊ iſtud fit ĩ
fine iunij. Modo habeo vobis p̄dicare
ð primo. ſ. quõ fuit liberatus. Sed prio
ſa. ⁊c. De materia. et ð feſto hodierno
beati petri volo predicare. ⁊ dabo vob
nunc ĩ preſenti tres declaratões ⁊ erit
Prima hiſtorica ⁊ litteralis.
Secunda allegorica ⁊ figuralis.
Tertia tropologica ⁊ moralis.
Et ꝑ qualibet bene põt dici thẽa. Dñs
eri. me de ma. he. De ſcða põt dicẽ aĩa
beata qñ intrat paradiſũ. Dñs eripuit
me de ma. he. i. dyaboli ⁊c. De tertio
perſona que exijt de peccato ⁊ mala vi
ta. ⁊ redijt ad ſtatum gratie põt dicer̄.
Dñs eri. me de ma. he. i. peccati.

Dico primo. ꝙ prima declaratõ erit hi
ſtorica ⁊ litteralis. Scõm ꝙ legitur ĩ
textu biblie act. 12. Ille malus rex he
rodes. nõ ille qui ĩterfecit pueros ino
centes: q2 ille dicebatur herodes aſca
lonita. Et iſte qui cepit petruz vocaba
tur herodes agrippa. qui venit nouiter
cõſtitutus rex ſuper iudeam ab impa
tore romano. Et ideo vt iudei ipſiz bñ
reciperent. ſciens ꝙ iudei habebant

petrum exoſum: qui tunc predicabat ⁊
cõuertebat multos iudeos. Volẽs eis
complacere herodes cepit petruz. ⁊ po
ſuit in carcere ligatum duabus cathe
nis vinctis manibus et compedibus. Et
vltra hoc intus in carcere fecit ſtare
duos homines armorum. Et porta car
ceris erat ferrea. Et cogitauit hero-
des. Si iſte petr⁹ qui ſuſcitat mortuos
⁊c. ſi vellet poſſ3 fugere. Propter hec
extra portam carceris ſtare fecit. hec
dicit textus. Tradiderunt eũ quattuor
quaternionibus militum cuſtodiẽdu3
Quaternio dicitur capitane⁹ quatuor
hominum armorum. Ideo dicit tex-
tus. Tranſeuntes primam ⁊ ſecũdam
cuſtodiam ⁊c. Et ſic tenebat petruz ca
ptum. vt ſic placeret iudeis. Iſta ratõ
aſſignatur in textu. qui dicit. Vidẽs
autem ꝙ placeret iudeis appoſuit ap-
prehendere ⁊ petrũ. Ecce hic tota cor
ruptio ⁊ iudicium. quando dñi tp̄ales
iudices ⁊ aſſeſſores cupiũt magis com
placere gentibus q̄3 deo. ⁊ deſtruitur
iuſticia. Iſto mõ iudiciũ xp̄i fuit ꝑditũ
ꝑ pilatũ. qui nullã cãm mortis iuenit ĩ
xp̄o. Tñ vt placeret iudeis dimiſit ip̄m
volũtati eoꝝ vt crucifigeret̄. Iſto mõ
ẽt fuit ꝑuerſum iudiciũ vicarij ſui btĩ
pe. ꝑ herodẽ. Et iſta de cauſa dãnantur
multi iudices. volẽtes magis ꝯplacere
pp'lo q̄3 deo. Iõ dð. Dñs diſſipauit oſſa
eoꝝ q hoib⁹ placẽt ꝯfuſi ſunt. qm̄ de⁹
ſpreuit eos. Itẽ ad gala. p̄. Nõ q̄ro hoi
bus placẽ ⁊c. Iſta oſſa ſunt diuitie. poſ
ſeſſiões. officia. ſeu dignitates. Sũt. n.
fortitudĩes qb⁹ hoies ſuſtentãr̄. ſ. mũ
dãi. Rõ. Sicut in corpe oſſa ſunt fortia
⁊ ſuſtinent corp⁹ ⁊ carnes. ita fortitu-
dines ĩ qbus hoies mũdi ſuſtẽtant̄ ſũt
diuitie. dignitates. parẽtes ⁊c. De qb⁹
dic̄ dð. De⁹ diſſipauit oſſa eoꝝ. ſ. ĩ hoc
mũdo. Et ĩ alio qd erit: R̄ndit. Confuſi
ſunt. ſ. ĩ iudicõ dei. Rõ. Q2 de⁹ ſpreuit
eos. qm̄ p̄tiũ ſanguis xp̄i ĩfiniti valõis
ñ valebit ad ſaluãdũ tales. Iõ domi ⁊

iudices aſſeſſores. ⁊ rectores cōmunita
tū auiſetis vos ī ſentētijs dādis. Potiꝰ
hēātis reſpectū ad deū ⁊ ad iuſticiam.
q̄ȝ ad hoīes ī iudicio. Judex n̄ dȝ cogno
ſcere p̄rem. mr̄eȝ. fratrē. filiū. nec ami
cum. ſȝ deū ⁊ purā iuſticiā. Jō herodes
volēs placere iudeis dānauit ſe tali itē
tione tenēdo petrū captū. ſed deꝰ ꝓui
dit. Nā dicit textus act. 12. Petrus qdē
ſeruabat̄ ī carcere. ōrō aūt fiebat ſine
ītermiſſiōe ab eccleſia ad deū pro eo.
Dicatur quō apl̄i orabant ꝑ liberatōe
btī petri flentes dicendo. Dn̄e ieſu xp̄e
libera vicariū tuū. capitaneū ⁊ paſto-
rem noſtrū. Ex alia parte orabat ꝑ eo
virgo maria cū alijs ſcis mulieribꝰ di
cendo. Dn̄e. ⁊ ita cito morietur vicarius
veſter ⁊c̄. hic hēmus doctrinā quō to
tus populus dȝ orare ꝑ ſuo p̄lato ī tri
bulatione poſito ſicut mō pro papa. q2
recte mō tenet̄ in carcere. Jdem ō re
ge. Talis oratō multū placet deo: quia
tangit totā cōitatem coꝝ: q2 eſt eorum
malum vel bonum: q2 ſicut bonuȝ vel
malum capitis ē bonū vel malū oīuȝ
mēbrorum. Jta de p̄lato q eſt caput
ſuum bonū vel malum ē xp̄ianorū. Jō
dicit apl̄s. 1. thim. 2. Obſecro igitur p̄-
mum oīum fieri obſecratōes. ōrōnes.
poſtulatiōes. gr̄arum actiones pro oī-
bus hoībus. ꝑ regibus. ⁊ oībus qui ī
ſublimitate cōſtituti ſunt. vt quietā ⁊
trāquillam vitā agamus ī oī pietate ⁊
caſtitate. hoc. n. bonum ē ⁊ acceptum
corā ſaluatore noſtro deo. q oēs hoīes
vult ſaluos fieri. Modo videamꝰ quō
deus audiuit ōrōnē ipſoꝝ. Nā in nocte
poſtq̄ȝ b. pe. debebat tradi popl̄o iudeo
rum vt moreret̄. quū petrus dormiret
vinctus īter illos duos hoīes armorū
angelus dn̄i cū magno ſplendore vēit
⁊ illuminauit totaȝ carcereȝ ⁊ terruit
illos duos hoīes armoꝝ: ꝑcuſſoq̄ȝ latē
petri excitauit eū d. Surge velociter
Et fracte ſunt cathene. Et dixit ei āge
lus. Precingē ⁊ calcia te caligas tuas

⁊ circunda tibi veſtimētum tuuȝ. ⁊ ſe
quere me. Angelus recipiens petrum
per manum extraxit eum de carcere.
Cuſtodes aūt q̄ſi mortui nihil ſenſert
⁊ credebat ſe pe. ſomnū vidē. Sed qn̄
fuerūt extra palatiū in quodā vico an
gelus diſparuit. ⁊ pet. īuenit ſe libera-
tum ⁊ dixit. Verū ē ꝙ ego ſum libera-
tus ⁊ nō eſt ſomnium. Et dixit. Nunc
ſcio vere q2 miſit dn̄s angelum ſuum
⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de oī
expectatōne plebis iudeoꝝ. Ecce decla
ratio yſtorica ⁊ litteralis. Et iſta de cā-
reſpectu perſone liberate fit hodie iſtō
feſtum. Et q2 papa. ⁊ q2 per ōrōnes. ⁊
q2 miraculoſe euaſit. ⁊ ꝑꝑ chriſtianoꝝ
utilitatem. Et ideo in roma facta ē ec
cleſia que dr̄ ſci petri ad vincula. Et
vr̄ fuiſſe cōpleta ꝓphia dō ī perſona b.
petri d. Dirupiſti vīcula mea tibi ſacri
ficabo hoſtiā laudis. ⁊ nomē dn̄i inuo-
cabo. ſ. feſtū eccleſie. Ecce qr̄ dicit b.
petrus. in themate. Dominus eripuit
me ⁊c̄.

Q Dico ſo. ꝙ ſcd̄a declaratio erit alegori
ca ⁊ figuralis. Et ſunt in dicta libera-
tione btī pe. quattuor puncta ſignificā
tia quattuor ſecreta. Primo qd ſignifi
cat carcer. Dico primo ſignificat ſta-
tum peccati mortalis. Rō quia carcer
habȝ ſeptem conditiones repreſentan
tes ſeptem peccata mortalia. Prima
cōditio carceris ꝙ ē tenebroſus. ⁊ ſigi
ficat peccatū ſupbie qḋ prouēit ex mo
dica claritate. quia non cognoſcit ſuaȝ
miſeriaȝ nec peccata ⁊c̄. Secundo car
cer eſt ſubterraneus inferius ⁊ baſſus
Ecce auaritia. quia auari ī infimo ter
re ſtant, nec curant de celeſtibus ⁊c̄.
Tertio carcer fetet. quia ibi faciūt ſua
negocia: Ecce hic peccatū luxurie que
fetidam facit perſonam luxurioſam ꝑ
malam famam. quia gentes loquūt̄ ō
ca dicendo. O del ribaldo. O de la ri-
balda: ſiue meretrix. Quarto carcer ē

locus ſolitarius. Ecce hic peccatū inui
die: qꝛ ꝑſona inuidioſa ſola vellet habeꝛ̃
bonū. ⁊ triſtaꝛ̃ de bono alterius. Qui
to carcer ē humid⁹. Ecce hic peccatuꝫ
gule: qꝛ guloſi ſunt hūidi in cibo ⁊ po
tu inoꝛdinato. Sexto in carcere ē deſ
peratio. Ecce hic peccatū ire. Septimo
in carceꝛ̃ nihil opatur. Ecce hic pecca
tuꝫ accidie in bonis ſeu operibus meri
torijs. De ſecundo dicit doꝛmiens iter
duos milites. quid iſti duo milites ſi-
gnificant. Nota. Petrus doꝛmiens ſi-
gnificat peccatoreꝫ in carcere peccati
doꝛmientem inter duos milites. ſ. āge
lum bonum ⁊ āgelum malum. Angel⁹
bonus inducit ad bonum nunqd vos
auditis v̄ba ſua quando loquitur ima
ginationi d. tu peccaſti ⁊ feciſti hoc ⁊
hoc. Jdeo vade ad confitenduꝫ. Et an
gelus malus ad aliud latus rn̄dit. Ue
quid opoꝛtet modo confiteri. ſufficit in
quadrageſima. dicerēt gentes ꝙ eſſes
ypocrita. Jtem qn̄ dicit angelus bon⁹
imaginationi loquens. tu es vſurari⁹
vel furatus fuiſti hoc. uel retines de
moꝛtuis vel ſalarium ſeruoꝝ ⁊c̄. Jō
vade ſatiſfac alias dānaberis. Rn̄dit
alius a ſiniſtris. Sufficit dimittere in
teſtamento ⁊c̄. Jtem dicit bonus iſtis
q poꝛtant malā volūtatē. O miles ec
ce tu habes inimicos. remitte ⁊ de⁹ re
mittet tibi peccata tua. nam nihil me-
lius ad obtinendū remiſſionem pcōꝝ
Rn̄dit alius malus d. ve, dicetur tibi
ꝙ es iudeus. Ecce peccatoꝛ qūo doꝛit
inter duos milites. vnum celeſteꝫ aliū
infernalem. Propter hoc dic̄ apoſtoluſ
ad ephe. 5. Surge qui dōmis ⁊ exurge
a moꝛtuis ⁊ illuminabit te chꝛiſt⁹. De
tertio dico qd ſignificant due cathene
que tenent peccatorē victum. Dico pri
mo ꝙ pꝛima eſt mala conſuetudo. Se
cūda ē mala ſocietas. O quot ſunt vin
cti iſtis duab⁹ cathenis. pꝛio ſunt iura
toꝛes. q qn̄ repꝛehēdūtur a ꝯfeſſoꝛibuſ
dūt. cōſuetudo eſt. Jtem apothecarij.

barbitonſoꝛes. mercatoꝛes q i domini
cis ⁊ feſtiuitatibus tenent opatoꝛia ap
ta allegātes cōſuetudinē ꝯ ius diuinū
Jdeꝫ de fabꝛis ⁊ alijs officijs. hoc vꝫ
dicere ꝙ iſta cathena eſtis ligati cum
q̄ ad infernū trahemini niſi coꝛrigatis
uos ī futuro ⁊ faciatis pnīaꝫ de ꝑ̄tito
Jdem de diuitibus q mutuant ad vſu
ram ⁊ quādo cōfitenꝛ̃ ⁊ de iſta matēia
īteꝛrogātur reſpōdēt. n̄ pꝛ n̄ facio vſu
raꝫ ſꝫ ꝓ meo intereſſe recipio tm̄. Et h
nō eſt vſura dicit cōfeſſoꝛ: Dn̄e nō qꝛ
cōſuetudo ē. ⁊ eccleſia permittit. Dica
tur ꝙ eccleſia ꝑmittit multa. qꝛ nō pōt
coꝛrigere. ſed papa nec b. petr⁹ ſi viue
ret poſſet in vſura diſpēſare. Jtem de
mercatoꝛibus qui vendunt ad ſperaꝫ
pꝛo qua recipiunt plus dī. ꝙ conſue-
tudo eſt. Jtem emendo ante tempus
ſoluendo pꝛo miōꝛi pꝛetio ad idem.
Jtem de mulieribus vanis ⁊ oꝛnamen
tis earum dicendo conſuetudo eſt.
Jſta cathena quot ducuntur ad infer
num. Jtem de religioſis carnes come
dentibus. dicendo conſuetudo eſt. Cō-
tra iſtos tales dicebat ieremias. Je-
re. 13. Si mutare poteſt ethiops pelleꝫ
ſuam. aut pardus varietates ſuas. ⁊
vos poteritis bene facere cum didice
ritis malum. quaſi dicat non. Secūda
cathena eſt mala ſocietas. O quot dā
nat etiam iſta. multi irent ad paradi
ſum niſi propter malam ſocietatem.
Dicatur ꝯ malos homines qui deſpe-
ctis vxoꝛibus tenent concubinas. vel
peccant cum captiuis. Jdeo ſcindatiſ
iſtam cathenam. Jtem de mulieribus
viduis vel alios habentes procatoꝛes
vel amaſios ⁊ iam incipiunt ludē ma
nibus foꝛas. Jtem de clericis concu-
binarijs foꝛa. quecunqꝫ ſocietas ſit
vobis cara ſi ē cā peccati foꝛa. hoc nō
ſolū eſt doctrina chꝛiſti ſed poete. Que
nocitura tenes ⁊c̄. Eccce quare dicit
vinctus cathenis duabus. De quarto

quattuor quaterniones militum ſigni
ficant ꝙ anima ad portam. ſcil; mortē
obſeruatur a multitudine demonum.
Solum virgo maria pro ſingulari grā
obtinuit ꝙ non fuiſſent demones ī eiꝰ
morte. De alijs hominibus quātumcū
q; ſanctis nullus ē exemptus. ideo dō.
Inhabitabūt ⁊ abſcondent. ipſi calca-
neū meum obſeruabunt. ſ. demones ī
camera vbi homo moritur. ⁊ abſcōdēt
ſe ſuple q2 non videntᷣ aliquotiēs niſi
a ſanctis perſonis. Et calcaneū que ē
vltima pars corporis ſignificat morte;
obſeruabūt. Ecce quattuor quaternio
nes militū cuſtodientes. Sed remediū
quod dat nobis deus ē qñ homo peni-
tet de peccatis. ⁊ ꝯfeſſus fuit. ⁊ ſatiſfe
cit ⁊ proponit abſtinere. ſicut aīa exit ō
corpore in gratia deus mittit angelum
ſuū ſcōm promiſſionē a deo factā exo.
23. Ecce ego mittam angelum meum q
precedat te ⁊ cuſtodiat in via. ⁊ intro
ducat in locum quem paraui.

Quantum ad tertium dixi ꝙ tertia de
claratio eſt; tropologica ⁊ moralᷓ. Pro
qua notaui. 8. puncta in liberatione b.
petri ſignificantia. 8. que deus fecᷓ vo
lens liberare peccatore; a carcare pec
catoꝝ. ⁊ vult ip̄; reducē ad bonā vitā.
Primo angelus illuminat carcerem.
Primū opꝰ qd̄ deus facit in liberatōe
peccatoris. eſt illuminatio carceris
Peccator enim neſcit quid amittit ꝑꝑ
peccata ſtat in carcere peccatoꝝ tene-
broſo. non cognoſcit pericula. ⁊ quid i
currit. Sed qñ venit lux cognitōis pec
catorum poſſumus dicere. lux refulxit
in habitaculo carceris. O; primo ꝙ ra
dius luminis diuini ſeu diuine gratie
illuminet. Tunc ad tale; illuminatōe;
dicit religioſus. clericus vel ſecularis.
O miſer. quid eſt de me. tot anni ſunt
ꝙ ſum in mala vita ⁊c̄. Iſtud lumē pe
tebat dauid poſtq̄ peccauit d. Illumia
oculos meos ne vnq̄ obdormiā ī mōte

ne quādo dicat inimicus meus ꝑualuit
aduerſus eum. Non loqᷓ de oculis cor
poris. q2 non legitur fuiſſe cecum ſ; de
oculis anime. Secūdo percuſſoq; latē
petri excitauit eū. Ecce hic ſcōm opus
ꝙ perſonā quā vult deus ad ſe conuertē
percutit. ſ. per cordis cōpunctiōes ⁊ cō
motiones que a deo ſunt. Ezelᷓ. 6. Ego
cōtriui cor eorum. Numqd vos ſentitis
multotiens iſtas cōpūctiōes. Imo ⁊c̄.
Tertō petrus erexit ſe fricādo ſibi ocu
los credens ꝙ eſſet ſomnū. Ecce propo
ſitum nō redeundi ad peccatum. tc hō
ſtat recte ⁊ circa deum. Ideo dō. Sur
gite poſtq̄ ſederitis q manducatis pa-
nem doloris. Quarto ceciderunt cathe
ne. Ecce cōfeſſio. Quot peccata morta
lia h; homo tot cathenis ē ligatus. Et
quando homo cōfitetur ⁊ cōfeſſor ele
uans manu; dicit. Ego abſoluo te. oēs
rumpuntᷓ. Magnu; mirabile eſt: quia
omnes hoīes mundi cū gladijs ⁊ qbuſ
cūq; inſtr̄is non poſſent ſoluere vnam
cathenā. Sed tanta ē virtus confeſſio
nis ꝙ ſtatim oēs rumpuntᷓ. Dicatᷓ hic
miraculū de illo magno peccatore ī oī
ſpecie peccatorū qui inductiōe aliquaꝝ
deuotaꝝ perſonaꝝ iuit ad eccleſia; vt
cōfiteretᷓ. Cūq; fuiſſet ad porta; eccle
ſie quedā ſancta perſona vidit. 7. demo
nes ipſum hoīem cathenis trahentem
ne intraret eccleſia;. Si dicatur ab ali
quis qrᷓ non retinebant eū cum ſint ita
potentes. Rñdetᷓ ꝙ ꝓpter liberum ar
bitrium nō pñt cogere ⁊c̄. Iō apl's ad
hebr. 4. viuus ē ſermo dei ⁊ efficax ⁊
penetrabilior oī gladio ancipiti. Quin
to cū dicit angelꝰ. ꝑcinge te. hic ſubti
liter oñdit reſtitutionem. Na; ille qui
retinet bona alioꝝ. ideo non reſtituit.
q2 vult ire ample ī pompis. vanitatibꝰ
multis. ſcutiferis ⁊c̄. Et qñ a cōfeſſori
bus drᷓ eis ꝙ reſtituant ⁊ ꝙ reſtringāt
ſe rñdent: oporteret me de ſtatu minuē
⁊c̄. Ecce quare dicit precinge te pecca
tor. Non ire deſinetꝰ ventilando vani

faciēdo pompā de bonis alteriꝰ. Jdeo
xp̄s luc. 12. Sint lumbi vr̄i p̄cincti. ſ.
viuēdo de bono iuſto ⁊ lucerne arden
tes ī manibꝰ vr̄is. i. opa meritoria. Sex
to calcia te. Ecce hic remiſſionē iniu-
riaꝝ. Jlle q̄ eſt calciatus nō ſentit ī pe
de. diſcalciatus vō eſt iniuriatꝰ ⁊ ſentit
q2 impatiēs. ⁊ vīdicatiui q̄ ſentiunt in
iurias dicēdo nō per corpꝰ ⁊c̄. Ego me
vindicabo. Calciati ſūt patientes ī dex
tero pede per timorē dei ī ſiniſtro per ti
morē inferni. nō ſentiunt iniurias pro
ximi q̄ttūcunqꝫ magnas. nullꝰ ſic diſcal
ciatus pōt intrare paradiſuꝫ. ad ephe.
6. State ergo calciati pedes ī prepara
tōꝫ euāgelij pacis. Septīo circūda tibi
veſtimentū. ſ. mātellum reuolutuꝫ; hoc
ſignificat honeſtā cōuerſatōꝫ Sic. n. mā
tellus cooperit alia indumenta. ita ho
neſta cōuerſatio cooperit peccata. Jō
cōuerſemur honeſte circa deū a parte
ante ꝑ deuotam orationem. ⁊ per ieiu
nia a parte pꝰ. a dextris ꝑ elymoſinā.
a ſiniſtris per pacientiā. Sic circundā
tur veſtimēta. Jdeo dicit b. Johānes
apoc. 16. Beatus qui vigilat ⁊ cuſtodit
veſtimēta ſua ne nudus ambulet ⁊ vi
deant turpitudinē eius. Octauo cū di
citur ſequere me oſtēditur cōio: Ratio
quia ſancta ſcriptura vocat ſacerdotē
angelum. Malac. 2. Labia ſacerdotis
cuſtodiūt ſcientiā ⁊ legē requirent ex
ore eiꝰ: quia angelꝰ dn̄i exercituū eſt.
Nōte hic quāte ſanctitatis dꝫ ēē ſacer
dos epiloga hic. poſtq̄ꝫ habuiſti cogni-
tionē d̄ peccatis ⁊ ꝯtritionē ⁊ ꝓpoſitū
n̄ redeundi ⁊c̄. ſeq̄ris angelū ⁊ cōica.
Jdeo dicit chriſtus Joh. 6. Qui mādu
cat meā carnem ⁊ bibit meū ſanguinē
habet vitā eternam ⁊c̄. Tūc pōt dice-
re peccator. Dn̄s eripuit me de manu
herodis. i. peccatoꝝ.

In feſto btī dn̄ici p̄ris nr̄i ordis p̄dt.

Vos eſtis ſal terre Mat. 5. origia
liter ⁊ ī euāgelio hodierno ſcri
bitur v̄bum iſtud. Sicut totū of
ficiū ⁊ ſolēnitas preſentis diei ē glorio
ſiſſimi p̄ris nr̄i ꝯfeſſoris btī dn̄ici. Jta
⁊ ſermo noſter. Si placet deo hēbimuſ
multas bonas doctrīas ⁊c̄. Sꝫ prius
ſalutet̄ virgo maria ⁊c̄. Pro aliqua d̄
claratōe huius v̄bi ⁊ introductiōe ma
terie ſcien̄ ꝙ oēs creature corporales
viſibiles q̄ ſunt ī hoc mūdo omnes ha
bent officiū in generali. ſ. repreſentare
⁊ ſignificare res ſpirituales. Et iſta ē
vna ratio de p̄cipaliorībꝰ quare deus
creauit mūdum. ſ. ad repreſentan̄ res
ſpirituales ⁊ īuiſibiles. Ratio q2 q̄diu
viuimus ⁊ ſumꝰ in hac vita non poſſu
mus videre res ſpirituales niſi per fi-
guras ⁊ repreſentatōes. Deffectꝰ huiꝰ
eſt ex ꝑte carnis que īpedit: q2 non po
teſt videre niſi corporalia ⁊ carnalia.
ſicut ille q̄ coram oculis tenet oclearia
rubea quicq̄d videret eſſet rubeū. de
fectus nō eſt oculoꝝ ſꝫ de vitreis ocu
laribus neſcientibꝰ repreſentare niſi
ſub colore ſuo. Jta eſt de nobis. Oculi
aīe habēt corpꝰ a xp̄o ſicut ocularia. iō
nō poſſunt videre niſi corporalia. Sed
dimiſſis ocularibꝰ. ſ. carne. ſtatī vidēt
ſpiritualia. angelos. ⁊ animas. Ecce
deffectꝰ vn̄ eſt ꝙ in hac vita non vide
mꝰ res ſpūales. Et iſta ē cōis doctrīa ī
phīa ⁊ ī theologia. Dic̄. n. phus ī libro
de aīa. Jmpoſſibile ē nos ītelligere niſi
ꝑ fantaſmata. i. ꝑ ſimilitudīes. Jn theo
logia ēt dicit beatꝰ dioniſiꝰ. Jmpoſſibi
le ē nobis alr̄ lucere dīnū lumē niſi ve
lamine figuraꝝ fuerit circūuelatum.
Propter hoc ſciēs deꝰ ꝙ ſpiritualia no
bis ī hoc mūdo nō poſſent videri. crea
uit mundū ī quo q̄lꝫ creatura q̄ttūcūqꝫ
minima rep̄ n̄tat. figurat. ⁊ ſignificat ſpi
ritualia. v̄bi grā. Nullꝰ vrꝫ vidit vnq̄ꝫ
ī hoc mūdo xp̄ꝫ. nec v̄ginē mariā. nec
aliq̄ꝫ apl̄oꝝ: iō ſubtilis pictor pīgit ima
gīes n̄ ad adoran̄ ſꝫ ad rep̄n̄tandū xp̄ꝫ
v̄. mariā. ⁊ alios ſcōs. Jō deꝰ ſubtiliſſi
mꝰ pictor d̄pinxit hūc mūdū tāq̄ꝫ reta
bulū plenū imaginibꝰ ad repreſentādū

Jõ dicit apl'sad ro. pͥo. Inuiſibilia
n. ðī a creatura mūdi per ea que facta
ſunt ītellecta ꝯſpiciuntur. ſempiterna
quoq; eiꝰ uirtus diuinitas ita ut ſint
inexcuſabiles. Patet ergo doctrīa iſta
per rōnem ꝛ auctoritatē. ꝙ oēs creatu
re cōporales habēt idē officiū generale
Jdeo illa īuiſibil' ꝛ ſpiritualis ꝑfectio
apl'oꝝ. ꝛ vitā aplīcā tenentiū. voluit
ut per unā creaturā corporalē figurarī
ſ. ꝑ ſalem. Jō dixit xp̄s apl'is ꝛ uitam
aplīcam tenentibꝰ. ꝛ ſingulariter bea
to dominico pr̄i nr̄o. Uos eſtis ſal terr̄
Mō pꝫ thema ꝛ ſum ī maā quā uolo pre
dicare. Notaui ego tres proprietates ī
ſale q̄ mihi ſignificāt apl'os ꝛ ſingula
riter beatū dn̄icū patrem noſtrū.

¶ Pͥo ſal emūdat ab infectione.
Secūdo preſeruat a corruptione.
Tertio ſaporat in refectione.

¶ Ex iſtis tribꝰ ꝯditionibꝰ ſal repreſentat
beatū dōmicū. Jō ſibi ſingl'r dr̄ Uos
eſtis ſal terr̄. ſ. beate dn̄ice. uos eſtis
ſal terre.

¶ Dico pͥo ꝙ ſal emūdat ab īfectōe. De
hoc. 4. Re. 2. dicit textus ꝙ ille ſanctus
ꝓpha ꝛ amicꝰ dei heliſeus venit ad ci
uitatē ierico ꝛ ꝓceres ꝛ rectores ciui
tatis venerūt ad eū dicentes ſibi ꝙ il
la ciuitas erat nobil' ꝛ pulcra habēs bo
num territoriū. ſꝫ habet defectū quia
aque ſunt īfecte ꝛ faciūt terrā ſterilē.
ꝛ īfiat ꝑſonas q̄ bibūt de illa aqua. Jō
pater vos qui eſtis tam ſanctꝰ ꝛ ami
cus dei poteſtis ī hoc ꝓuidere ꝛ dare
remediū. Rn̄dit ꝓpha. Placet mihi.
Afferte mihi vas nouū. Cūq; atuliſſēt
vas dixit mō habeatis ſal. qḋ ſparſit
ſuꝑ aquaſ. hoc facto dixit. hec dicit do
minꝰ. Sanaui aquas has. ꝛ nō erit vl
tra ī eis mors neq; ſterilitas. Sanate
ſūt ergo aque uſq; ī diē hanc iuxta ver
bum heliſei qḋ locutꝰ eſt. hic ſunt qua
tuor ſecreta declarāda. Pͥo q̄ eſt ciui
tas ierico ꝛ qd ſignificat. Scḋo q̄ ſunt
iſte aque īfecte. Tertio qd ē vas nouū
Quarto qd ē ſal ſanās ꝛ purificās aq̄s
Ciuitas ierico ſignificat eccl'iam. Jerico
ſm̄ hebraicā interpretationē interpre
taſ luna. Ecce xp̄ianitas vl'is. ſ. eccle
ſia que recte fecit curſum lune. Nā in
luna īuenio. 7. cōditiones ſeu ſtatꝰ. ſeu
dr̄as que ēt poſſunt dici eē in eccl'ia.
Pͥo eſt noua. Ita eccl'ia luna fuit no
ua tp̄e apl'oꝝ: q̄ꝛ tunc primitus ut ſub
tilis ꝛ ſtricta apparuit xp̄ianitas ꝛ ſe
creta. Et tūc ſimpl'r ꝛ ſimul ibāt xp̄ia
ni. nō erant tot pōpe ꝛ vanitates ſicut
mō. Scḋo poſt fuit creſcēs tēpore mar
tirū: q̄ꝛ ex miraculis q̄ fiebāt tunc mľ
ti cōuertebanſ. ꝛ ſic eccl'ia augumēta
baſ. Tertio fuit plēa tēpore ſanctorū
doctoꝝ: q̄ꝛ ex eorum ꝑdicationibus. ꝛ
doctrinis. ꝛ exēplis ſcitatis totū mūdū
illumiauerīt. q̄ꝛ tp̄e auguſtini tota affri
ca erat xp̄ianoꝝ. Quarto fuit minuēs
ſ. tp̄e quo religiōes ꝑdicatoꝝ ꝛ mioꝝ ī
ceperunt: q̄ꝛ tūc ꝑꝑ peccata paulatī redi
bāt ī nichilū. Et iō ad corrigēdū illa pec
cata venerīt iſte due religiōes. Quīto ē
girās: q̄ꝛ qn̄ lūa giraſ nō uī ꝑ duos uľ
tres dies. Jō mō vix vr̄ verꝰ papa q̄ꝛ
tres ꝛc̄. Sexto eclipſabiſ. ſ. tp̄e ātixp̄i:
q̄ꝛ tūc q̄ſi mortua apparebit. ſic dicūt
ſimplices qn̄ lūa eclipſaſ dicūt ꝙ mori
tur. ꝛ tota apparet ſanguīea. Tal' erit
tp̄e antixp̄i ꝑꝑ ſāguis xp̄ianoꝝ effuſiōeꝫ
Septio pꝰ mortē antixp̄i ꝑfecta erit: q̄ꝛ
tūc oēs ad fidē xp̄i reuertēſ. Ecce cur
ſus eccl'ie ut curſꝰ lūe. Jō eccl'ia ſignifi
caſ ꝑ ierico. i. lūa. Et ð vltio ſtatu dic
dō. ps. 88. Miſicōdiaſ. Sicut lūa ꝑfcā
ī eternū ꝛ teſtis ī celo fidel'. Scḋo vi
deñ ē q̄ ſūt aq̄ īfecte huiꝰ ciuitatis. Iſte
aq̄ ſt vitia. pcā. ꝛ mali mōi viuēdi xp̄ia
noꝝ: q̄ꝛ an̄ aduētū beati dn̄ici oēs gētes
erāt infecte. fides obliuiſcebatur. vtu
tes erāt iā ī faſtidiū. De hoc apoca. 8.
Mľti hoīes mortui ſūt ð aq̄s q̄ꝛ amare
facte ſūt. Tertō. Sꝫ dix̄ heliſeꝰ. hēatis
vas nouū. Ecce ordo ꝑdicatoꝝ q dicit
vas. q̄ꝛ ꝯtiñet plures frēs. dr̄ nouū ꝛ

eſt vet⁹ pluſq̃ oẽs. ſi volum⁹ loq q̈tum
ad vota eẽntialia. ſ. caſtitatis angeli-
caŀ. paupꝛtatis euãgelicaŀ. ꝛ obie gen̄ra
lis. ꝛ q̈tũ ad officiũ p̄dicatoꝝ qḋ ẽ per
mundũ diſcurrẽ nõ cameras edificare
Iſta ẽ religio bt̄i dñici q̈tũ ad eſſentia
lia. totũ iã hoc xp̄s oꝛdĩauit. Pꝛim⁹ p̄
oꝛ fuit xp̄s. qꝛ vt dı̇̃c ſãct⁹ tho. in ſecũda
ſecũde. q. 88. ar. 4. ꝙ apl̄i faciebãt tria
vota xp̄o. Itẽ ḋ officio p̄dicatõis p̄cepit
eis d. Mar. vlt. Euntes ĩ mũdũ vniuẽſũ
p̄dicate euãgeliũ oı̄ creature. Ecce hic
religio xp̄i. Iſta met ẽ bt̄i dñici. hẽm⁹
ẽt nos iſta tria vota. ſ. caſtitatis ãgeli
caŀ. paupꝛtatis euangelicaŀ. ꝛ obie gen̄
raŀ. Itẽ ıꝛe ad p̄dicañ nõ tm̄ ĩ vno loco
Iḋ dı̇̃c yſtoꝛia bt̄i dñici. Cogitauit iſti
tuere oꝛdinẽ q̇ fratrũ p̄dicatoꝝ dicẽꝰ
ꝛc̈. Ecce ergo q̄ñ ẽ r̄ligio ãtiq̃. ꝛ bon⁹
religioſus iſta ſuãs ĩ iudicio generali
q̄ñ reges ꝛ magni p̄lati ſtabũt ĩ tra cũ
alijs. ip̄e ſtabit cũ apl̄is alt⁹ cũ iudice
ſ. cũ xp̄o. O qualʼ honoꝛ. Põt r̄ñdẽri hic
vni q̈ſtioni litigioſe q̃ ẽ ĩter clericos ꝛ
religioſos. Dicũt clerici ꝙ ip̄i fuerꝰ ãte
religioſos. Et religioſi añq̃ clerici. qꝛ ñ
fuerũt niſi ĩ die cene. ꝛc̈. Religio ãt fu
it q̄ñ icepit facer̄ diſcipulos. Sꝫ religio
bt̄i dñici dr̄ vas nouũ. q̈tũ ad cerioni
as ut poꝛtem⁹ capã nigrã ꝛ ſcapulare
albũ ꝛc̈. Itẽ ꝙ cõedam⁹ ĩ refectoꝛio ꝛ
ſiĺia. q̈tũ ad iſtas cerionias eſt vas no
uũ. De iſto vaſe poſſum⁹ dicer̄ vob̄ qḋ
xp̄s dixit ḋ paulo q̇ fuit p̄m⁹ ĩ officio p̄di
catõis p̄m⁹. i. p̄ncipaŀ. ꝛ vltim⁹ q̈tũ ad
vocatõeꝫ ad apl̄atũ act. 9. Uas electõ
nis eſt mihi iſte. ſ. oꝛdo p̄dicatoꝛuꝫ. vt
poꝛtet nomẽ meũ coꝛã regib⁹ ꝛ gẽtib⁹.
Quarto videñ ẽ qd eſt ſal ĩ vaſe. Ecce
hic beat⁹ dñic⁹ ĩ vaſe oꝛdis ex pꝛia pro
pꝛietate qꝛ ſal emũdat ab ĩfectõe. Sic
beat⁹ dñic⁹ poſit⁹ ĩ vaſe nouo emũdaũt
ĩfectões peccatoꝝ hui⁹ mũdi. Nã totus
mund⁹ erat ĩfect⁹ ḋ magna iuidia adi
uicẽ. ſꝫ uẽit beat⁹ dñic⁹ p̄dicãs caritatẽ
ḋi ꝛ xp̄i. Et hoc figurauit de⁹. Nã ma
ter ei⁹ vidit ĩ ſomnis ſe geſtare canem
accẽſã ĩ oꝛe faculam baiulãtẽ. q̇ egreſ
ſus ex vtero totũ mũdũ icendẽ videba
tur. ḋ q̈ mr̄ admirãs illuminata fuit a
deo. dicẽs ꝙ fili⁹ ſu⁹ eſſet canis gregiſ
xp̄i q̇ latraret ꝯ lupos ĩferni. Ignis in
oꝛe ei⁹: qꝛ debuit mundũ ĩflamare amo
re dei ꝛ xp̄i ꝛc̈. Itẽ ab ĩfectõe luxurie:
qꝛ añ aduentũ bt̄i dñici tãta erat ĩfec
tio hui⁹ peccati. ꝙ q̈ſi null⁹ ſaluabaꝰ in
caſtitate ꝛc̈. Sꝫ vẽit b. dñic⁹ p̄dicãdo
caſtitatem ꝛ puritatẽ ad q̄s gẽtes hñe
rũt deuotionẽ ꝛ affectũ. hoc iã ante fi
gurauit de⁹: qꝛ matri ſpũaŀꝛ viſ⁹ ẽ bea
t⁹ dñic⁹ puer q̈ſi ſtellã hñs ĩ fronte q̃
totã terꝛã ſuo lumie p̄luſtrabat. q̃ ſtu
pefacta mr̄i ei⁹ cũ igẽti gaudio qḋ vide
rat nũtiauit. Innuiꝰ ꝙ ſic̃ ſtella ẽ clara
ꝛ pura ſic ip̄e ḋbebat ĩducẽ gentes ad
claritatẽ ꝛ puritatẽ caſtitatis. Tãte pu
ritatis erat ꝙ ad oſculũ manuſ ei⁹ effu
gata eſt tẽptatio carnis. Itẽ tot⁹ mũd⁹
erat ĩfect⁹ ſupbia põpa. ꝛ vãitate. Sꝫ
ad p̄dicationẽ ꝛ doctrinã ꝛ exẽplũ bt̄i
dñici multe pſone hũiliabãꝰ dimittẽdo
vãitates oꝛnamentoꝝ. ſcutiferoꝝ. equo
rum. vaſoꝝ auri ꝛ argenti. ꝛ ſiĺia. hec
iam ante oñdit de⁹: qꝛ cũ eſſet in poſſe
nutricis puer foꝛte uni⁹ ãni depꝛehen
ſus eſt frequẽter relicto lecto ſup ter-
rã accũbere oñdens humilitatẽ. Item
mund⁹ erat infect⁹ de gula. Iam nix
quadrageſima cognoſcebatur. nec ie
iunia qnatuoꝛ tẽpoꝝ. nec uigilie ſan-
ctoꝛum. Sed beatus dñicus emũdauit
ab iſta infectione. qḋ oſtendiꝰ q̄ñ ipſe
x. ãnis abſtinuit a uino. ieiunabat ſepe
in pane ꝛ aqua. Item erat infectus de
auaritia. de uſuris. furtis. rapinis. ꝛ
deceptõibus ꝛc̈. Sꝫ beat⁹ dñicus p̄di
cãdo ꝛ ꝑ exemplũ emũdauit. hoc ſigni
ficauit ope duꝫ eſſet ĩ palentia ubi erat
famis magna ꝛ pauperes moꝛieban-
tur fame. diuites dicebant cuſtodia-
mus bona noſtra pꝛo nobis ꝛ filijs no
ſtris, quia tempus iſtud neſcimus

q̄tū durabit. S; b. dn̄icꝰ uēdidit libꝛos
ꝛ ſupellectilia oīa dedit paupibus. pp
qđ diuites ꝓuocati eiꝰ exēplo fecerūt
elemoſinas. Jtē de peccato ire qꝛ gētes
nolebāt remittere iniurias ſ; deſidera
bāt vindictā. S; venit beatꝰ dn̄icus p̄
dicās pacientiā ꝛ faciebāt pacem. hoc
oſtēdit ope: qꝛ quādo p̄dicabat in thelo
ſa ꝛ carcaſona vbi erāt multi heretici
ꝛ faciebāt ſibi ml'ta vituperia. lutū ꝛ
alia ꝓiciētes i eū ſubſtinebat patiēter
Jtē mūdꝰ erat otioſus i bōis ſpūalibꝰ.
nullꝰ curabat facere penitētiā. Sed b.
dn̄icus eā oñdit v̄bo ꝛ exēplo. qꝛ ter in
die diſcipliābat ſe cū cathēa ferꝛea ꝛc̄.
P; ꝙ beatꝰ dn̄icꝰ ut ſal poſitꝰ i vaſe no
uo ſanauit ꝛ m̄dauit aq̄s peccatoꝝ. Jō
ō b. dn̄ico p̄t itelligi v̄bū augu. i omel'.
Nā neq; ſupiꝰ iſta terꝛa accipiēda eſt
quā pedibꝰ calcamꝰ coꝛpoꝛeis. ſ; hoīes
q̄ in t̄ra habitāt. vl' peccatoꝛes quoꝝ ꝯ
diēdis ꝛ extiguēdis fetoꝛibꝰ apl'icū ſa
lē miſit dn̄s.

Dico ſcd̄o ꝙ ſcd̄a ꝯditio ſalis ē ꝙ pre
uat a coꝛruptōe nō ſolū coꝛruptionē fa
ctā curat ꝛ emūdat. ſ; ēt p̄ſeruat. hoc
p; qꝛ qn̄ hō vult p̄ſeruare carnes. vel
piſces. ponit hō in eis ſal qđ reſtrīgit
humiditates ꝛc̄. hoc l; ſit claꝝ tn̄ eſt
auctoꝛitas tob. 6. De tobia q̄ cepit vnū
piſcē ō quo comederūt ptē. ceterā ſalie
rūt in rāges ciuitate medoꝝ q̄ ſufficeret
eis. Jta ō beato dn̄ico. Nā īuenio ꝙ iſte
mūdus ōbuit coꝛrūpi ꝛ finiri. bn̄ ſunt
cc. āni ꝛ vltra elapſi. ſed virgo maria
volēs adhuc mundū p̄ſeruar̄ poſuit ſa
lem. ſ. beatū dn̄icum. ꝛ ſalauit mūdū.
Nā legit̄ i floꝛibꝰ ſanctoꝝ: i vita beati
dn̄ici. etiā in duobꝰ locis viſio quā vi
dit b. Dn̄icus ꝛ b. Frāciſcus. ꝛ alij qn̄
erāt i roma laboꝛātes pro ꝯfirmatiōe
oꝛdinū ſuoꝝ de quo papa ꝛ cardinales
reddebāt ſe difficiles de re tā noua: qꝛ
petebāt ꝯfirmationē ſtatus tā altionis
ꝛ infimio: is. ſiue baſſioꝛis mūdi. Altꝰ
per vitā ꝯtemplatiuā i ſtudio. ꝛ actiuā
oīa opa ſpiritualia exercēdo. celebꝛan
do. p̄dicādo. vbi ſaciant̄ famelici v̄bo
dei. ignoꝛātes i fide īſtruunt̄ ꝛc̄. ꝛ moꝛ
tui. i. peccatoꝛes ſepeliunt̄ in vulneri
bus xp̄i. Jtē captiui dyaboli redimūt̄.
exercitat̄ militia: qꝛ demones vīcunt̄.
quot caſtra diaboli. i. peccatoꝛes p̄dica
tionibus ſubiciunt̄ ꝛ ſubmittunt̄ iugo
xp̄i. Secūdo ieſt īſimꝰ ꝛ deſpectus: qꝛ
mēdicantes. Jō papa nolebat cōfirma
re qꝛ nō erāt reddituati. Cūq; vna no
cte b. dn̄icus eſſet i vna eccl'ia oꝛans ꝛ
beatus franciſcꝰ in alia viſus ē eis cru
cifixus cū tribus lanceis. ſ. xp̄s volēs
mūdum deſtruere. Cū autē iſti ſancti
dicerent īfra ſe. O nullꝰ ſanctus erit i
celo qui reuocet iſtā irā ꝛc̄. Subito ve
nit virgo maria ſicut veniret ml'r feſti
na ad filiū a lupis deuoꝛandū d. O fili
modo poꝛtatis lanceas qui cōſueuiſtis
poꝛtare clauos in manibꝰ v̄ris ꝓ mun
do. R̄ndit xp̄s audientibꝰ ſancto dn̄ico
ꝛ frāciſco. Mater mea. ꝛ amplꝰ quid
debeo facere quā tot gratias fecerim
mūdo? Miſi p̄triarchas ꝛ ꝓphetas ꝛ il
los occiderūt. ꝛ finaliter ego met iui.
ꝛc̄. Dicat̄ yſtoꝛia vſq; amō nō parcam
Jſte tres lancee deſtructoꝛie. ſūt tres
magne tribulationes mūdo i bꝛeui vē
ture. P̄ria tribl'atio eſt p̄ſequutio anti
xp̄i. lācea quidē pōt dici: qꝛ totum mū
dum pfoꝛabit. Secūda erit ꝯfragratio
mūdi p ignem qꝛ totus mūdus cōbu
retur ꝛc̄. Tertia ē ſentētia xp̄i iudicia
lis. De iſtis tribꝰ lāceis auctoꝛitas R̄.
iꝰ. allegoꝛice. 2. de abſolon filio dd̄ ꝓ
ditoꝛe ꝛ rebelle. ſ; interfectꝰ fuit tribꝰ
lanceis a ioab pꝛincipe militie. Dicat̄
yſtoꝛia. Tulit ergo ioab tres lanceas
i manu ſua ꝛ īfixit eas i coꝛde abſolon
Quare voluit deꝰ ut tribus lanceis ab
ſolō occideret̄. quū; vna fuiſſet ſuffici
ens maxie homini ſuſpenſo. ꝛc̄. figura
fuit. Nā filius ꝓditoꝛ deo p̄ri eſt totus
mūdus iſte faciēs cōtra dei mandata
expellēs p̄rem ſuū. ſ. deū de mūdo q̄tū

poteſt. Sed pꝛiceps militie .ſ. xp̄s inter
ficiet eū tribus p̄dictis lanceis. Et iaȝ
tēpoꝛe b. dñici mūdus debebat a deo ð
ſtrui ꝛ coꝛrumpi. ſed virgo maria po
ſuit ſal obtinēs vnā ꝓgationē. Cogi
tate mō hic quō tot⁹ mūdus ſtat i vna
ꝓrogatione ꝛ nō hēmus tēp⁹ certū.
ſed dixit ꝯditōal'r .ſi cōuertif. alias n̄
parcā anīō. Modo ꝯtēplate ſi mundus
ſit coꝛrectus ī his regionib⁹. Credo ꝙ
nūꝗ̄ fuerit tāta pōpa. nec vanitas. nec
vſure ſicut mō. nec tanta luxuria. nec
tp̄e noe. hoſpitia ꝛ curarie ſunt plena
ꝛ vile ēt ſunt plene meretricib⁹. miſcē
tur poma coꝛrupta cū bonis. in breui
oīa erūt coꝛrupta. Itē de auaricia. vſu
ra. mutare noīa. vſuras vocāt falſe cē
ſualia: qꝛ qn̄ ītentio nō eſt emendi nec
vendendi ſ; mutuādi. Item nec p̄tium
iuſtum. qcqd recipit vltra ſoꝛtē ē vſa
ꝛ dānatio. Itē de ſymōia i clericis oīa
ſacramēta ꝛc̄. Itē de iuidia. Si aliquis
iter religioſos hȝ aliꝗ̄ excellētiā cōuer
ſandi. vel de ſcīa vel p̄dicādi ꝛc̄. alij in
uident. Idem de clericis ꝛ laycis. De
gula. Iam videtis ꝙ nec q̄dragesima
ſeruaf imo macelli ſunt tā pleni carni
bus ſic̄ tp̄e carnali. nec vigilie apl'oꝝ
nec tp̄a q̄ttuoꝛ ſeruātur ꝛc̄. De ira iā
videtis qð peius ē pꝛio ꝯtra deū ꝛ rōeȝ
ſi aliq̄s facit aliꝗ̄ iniuriā ꝛ nō pn̄t hēre
illū iterficiūt aliquē aīcū illi⁹ innocen
tē ꝯ ius diuinū ſiue ꝯ iudiciū diuinū ꝛ
hūanum. ſ. ꝙ inocēs occidaf. De acci
dia ad hoc venit iā mūdus ꝙ oēs repu
tanf ocioſi niſi ſit mercatoꝛ. vel bara
tiſta. Sed ſi vacāt aliqui ſeruitio dei ꝛ
orōni dicūtur ocioſi. ſed i ſero appare
bit quiſqs fuerit ocioſus. Et qꝛ mūdus
nō ē coꝛrectus imo qð deterius ē reli
giones q̄ erāt date ad coꝛrigēdū mūdū
iam ſunt deſtructe. Un̄ ſi mō veniret
b. dñicus vel b. frāciſcus. nō iuēirent
ſuū oꝛdinē. Quū ergo mūdus n̄ ſit coꝛ
rectus ſeqtur ꝙ i breui coꝛrūpef ante
vēturi iudicij diē. ꝛ ſic ð alijs obiectōi
bus. Rn̄de ꝛc̄. Ecce ſal. ſ. b. dñicus.
Propter hoc laudam⁹ deū. dicēdo Bn̄
dictus redēptoꝛ oīum q ſaluti ꝓuidens
hoīum mundo dedit ſcūm dñicum ꝛc̄.

[Q]Dico tertio. ꝙ alia ꝯditio ſalis ē ꝙ de
lectat i refectiōe dans eſcis ſapoꝛē. licȝ
ſit hoc claꝝ. tn̄ auctoꝛitas Mat. 5. Qð
ſi ſal euanuerit. i. defecerit i quo ſalie
tur. ſ. cibus. Ad nichilum valȝ vltra
ſcilȝ cibus niſi vt mittatur foꝛas ꝛ con
culcetur ab hoīb⁹. Cibus aīaꝝ ſūt
opa bona ꝛ ſpūalia. Auctoꝛitas ioh. 6.
Opamī n̄ cibuȝ qui perit. ſed q ꝑmāet
in vitā eternā. Joh. 4. Ideo dixit xp̄s.
Ego cibū hēo māducare quē vos neſci
tis. Cibus xp̄i de quo ipſe ſatiatur ſunt
opa nr̄a virtuoſa. Sȝ iſte cibus erat i
ſipidus ante aduētum b. dñici. Nā dn̄i
tempoꝛales dimiſſa virtute iuſticie da
bant ſe ad tyrānias. Sed venit beatus
dñicus ponēs ſal. reducens eos ad vir
tutem iuſticie. cōtēti ſuis redditib⁹ ꝛc̄.
Idem de cibis p̄latoꝝ inſipidis. qꝛ plus
curabāt de reditibus q̄ȝ de aīabus q̄ꝫtū
valet beneficiū in poꝛtatis. Sed b. dñi
cus poſuit ſal ſue doctrine quō plus de
aīabus q̄ȝ de reditibus debebant cura
re. Quot religioſi erant de vita inſipi
da nihil ſeruātes de religione: ſȝ b. dñi
cus reducebat eos ad religionis obſer
uātiā ꝛc̄. Quot clerici indeuoti nō dicē
tes officiū niſi a e i o u. cōcubinarij. ve
natoꝛes per tabernas reducti ſunt ꝛc̄.
quot mercatoꝛes vſurarij ementes mi
nus qꝛ ſoluunt ante vel vendentes pl⁹
pꝛopter terminuȝ. quot ciues crudeles
permittentes pauperes moꝛi fame re
duxit ad pietatem. miſericoꝛdiam. ꝛ li
beralitatem. Quot mulieres luxurioſe
ſua pꝛedicatione reducte ſunt ad caſti
tatem ꝛc̄. Finaliter dixit deus. O Iſtō
ſal volo vt ponatur in menſa mea. Et
ecce quō. Dicaf quō apparuit ſibi xp̄s
inuitans eum ad ſuam gloꝛiam. Tunc
beatus dominicus vocauit. 12. fratres

ī cōuentu bononie. ⁊ ibi corā eis cōdi-
dit tale teſtamentū vt decebat eum di
mittens fratribꝰ forma humilita. ſ. ꝙ
nec ꝓꝑ ſcitatem. nec ꝓꝑ ſcientiā ſupbi
rent. Scdo dimiſit fratribꝰ thezauruꝫ
paupertatis quo emitur regnum celoꝝ.
Mat. 5. Bti paupes ⁊c. Tertio dimiſit
caritatē fraternalē. ⁊ oſculatꝰ eſt fres.
⁊ receptis ſacramētis obijt. Dicat̄ de
glīa quā deꝰ ſibi oñdit de duabꝰ ſcalis
quaꝝ xp̄s tenebat caput vnius. ⁊ vͦgo
maria alterius. ⁊ ipſe corona aurea co
ronatus ītrauit gloriā. Si dicat̄ quar̄
duas ſcalas nūquid vna ſufficeret ⁊c.
Ad inueniendum ꝙ religio p̄dicatoꝝ non
ſolū ꝑ vnā ſcalā. ſ. vite actiue vel cōtē
platiue mittit ad celū fratres. ſꝫ ꝑ aliaꝫ
ſcilꝫ vite actiue Cartuſiēſes. ⁊ celeſtini
⁊c. ſolum aſcendunt ꝑ ſcalam contē-
platōis. milites ſci iohānis. ſci iacobi.
ſci georgij. ⁊ fratres de mercede aſcen
dūt ꝑ aliā ſcalā. ſ. vite actiue. Fratres
aūt beati dñici per duas. ſ. cōtēplatiuā
ſtudendo ⁊ ꝑ actiuā predicando. Ergo
vt dr̄ Mar. 9. hēte ī vobis ſal. ⁊ pacē
hēte inter vos. Amen.

¶ In feſto beati Laurentij mar.

Habetis fructum veſtrū ī ſcīfica
tionē. Ad ro. 6. Originaliter re
citatiue ī epl̄a currentis ſolēni-
tatis. Sicut totū officiū. feſtuꝫ. ⁊ ſolē-
nitas hodierna ē b. laurētij. ita ⁊ ſmo
nr̄. maxime q2 de eiꝰ vita. morte ⁊ paſ
ſione doloroſa poterimus bonas doctri
nas recipe. Salutet̄ ⁊c. Pro declarati
one huius verbi. ⁊ introductiōe mate-
rie predicāde. Sciēdū ꝙ ī ſacra ſcrip-
tura. bona oꝑa virtuoſa ⁊ meritoria q̄
hō facit ī hac vita dicūtur fructꝰ vite
humane. Rō. Nā principale. vltimum
et finale qđ homo expectat de arbore
eſt fructus. Nā ſi in iardino vr̄o hētis
pulcram arborem non eritis cōtenti d̄
radicibus. troncho. folijs. ramis. ⁊ flo
ribus. ſed de fructibus. quia illud ſpe
ratur. Ideꝫ de domino ihu xp̄o. qui hꝫ
ortum pulcerrimum. ſ. eccleſiā militan
tem clauſam p̄ceptis ⁊ cōſilijs plenam
xp̄ianis. Quilibet xp̄ianus eſt vna ar
bor ⁊ plantatur in die baptiſmi. ⁊ irri
gat̄ aqua baptiſmi. De iſtis arboribus
principaliter vult deus fructum dulcē
Ideo dicit eccleſia dño ihu xp̄o. can. 5.
Veniat dilectus meus ī ortum ſuū vt
comedat fructum pomoꝝ ſuorum. Nō
cōtentat̄ xp̄s ꝙ mittamus radices ma
gnas ī terram. ſ. parentes. amicos ⁊c.
De talibus dicit̄ vulgariter. Ille habꝫ
magnas radices. nec cōtentatur d̄ trō
cho. ſiue ꝫocho alto. forti. ⁊ groſſo. q̄ ē
perſona iuuenis pulcra ⁊ fortis. nec d̄
ramis. ſcilꝫ poſſeſſionū. vinearum. re
dituum. villaꝝ. ⁊ caſtrorum. nec cōtē
tatur de floribus. ſ. de bona fama. ho
noribus. nec de folijs. ſ. bonis verbis
ratiocinādo iudicando aduocando. pre
dicando. diſputando. nec cōtentatur d̄
vmbra, prelationum. dignitatum. dñij.
officioꝝ. ſub cuius vmbra ſe ponūt mi
ti. Sed vult fructus dulces ⁊ ſapidos
bonoꝝ opeꝝ. in tm̄ ꝙ ſi aliqua pſōa ha
beret oia predicta. ſ. radices ⁊c. ⁊ nō
habēt fructum bonoꝝ operū. talis eſſꝫ
in ira dei. Ecce quid dicit xp̄s Mat. 3.
⁊. 7. Ois arbor que non facit fructū bo
num excidetur ⁊ ī ignem mittetur: Pꝫ
ergo rōne ꝙ bona opera in hac vita ꝑ
nos facta dicūtur fructꝰ De hoc auct.
xp̄i d. ioh. 15. Ego elegi vos vt eatis ⁊
fructum afferatis. ⁊ fructꝰ veſter ma
neat. Nota ego elegi vos. Sicut homo
eligit arborē de nemore ⁊ plantat ī ſuo
iardino. Ita xp̄s elegit xp̄ianos de ne-
more infidelium ⁊ plātauit ī orto eccle
ſie. Nota vt eatis. ſ. de virtute ī v̄tuteꝫ
ꝓficiēdo. Quū ergo b. laurētius ī vita
abūdauerit fructibus bonoꝝ operum.
⁊ pſeuerauerit vſqꝫ in finē. poſſumus
ſibi dicere thema. O beate laurenti ha
betis fructū veſtrum in ſanctificatōeꝫ
Patet thema. Modo inuenio in beato
laurentio ꝙ ipſe fecit tres fructus ſan

ctificationis bonorum operum.

Primus de abſtinentia perſonali.
Scd̄s de miſericordia proximali.
Tertius de patientia martiriali.
Pro quolibet poſſum⁹ ſibi dicē thema ꝓpoſitum hēt͛is fructū ꝛc.

Dico primo. ꝙ b. laurentius fuit arbor bona in iardino ſcē eccleſie plantata ꝛ fecit fructū de abſtinētia perſonali. qꝛ ſemper abſtinuit a vicijs. ꝛ pc̄is. ꝛ vāitatibus mundi in tribus locis. ſcilicꝫ. Pri͂o ī hoſcha. Scd̄o. ī ceſarauguſta. Tertio in roma. De pri͂o .n. ipſe fuit de hoſca nat⁹ de magno genere multū dilect⁹ a pr͂e. hoſcha eſt ciuitas in hiſpania in prouincia ꝛ ī regno aragōie. Similiter ceſarauguſta. ſed maior. Et lꝫ in domibus magnoꝝ. ſit cōiter magn⁹ tumultus. tn̄ b. lauren. abſtinuit a ludis puerorum. quia iam incipiebat timere deum. cauebat a mendacijs a iuramentis orabat. ieiunabat. Dicatur modus. Recte fuit completum ī eo illud verbum ſalomonis Sapi. 8. Puer autē eram ingenioſus ꝛ ſortitus ſum aiam bonam. Si videbat aliquē ſcutiferum vitioſum in domo patris vitabat illum. qꝛ magnum periculū ē pueris ſi a pueritia dant ſe alicui peccato qꝛ qn̄ ſunt magni vix poſſunt euadere ſe ab illo. Jō legitur de alexandro magno ꝙ dum eſſet puer pr̄ eius cōmiſit ipſum vni magiſtro q oſtendit ſibi aliqua mala vitia. ꝛ quando fuit magnus volebat abſtinere ꝛ nō poterat ꝛ diſplicebat ſibi propter qd̄ occidit magiſtrū ſuum vocatum lenodē. ꝛ iuxta ſuūꝫ nomen dedit ipꝫ vni leoni ꝛc. Jō pueri debent multum cauere a ſocietate malarum pſonarum. Jta fecit b. laurenti⁹. Et videtur fuiſſe cōpletum in eo v̄buꝫ ſancte ſcripture tren. 3. Bonuꝫ ē viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Nota iugum. ſ. bone iſtructionis. Secundo abſtinuit in ceſarauguſta. Qn̄ hūit diſcretionē dimiſſa domo pr̄is. iuit ad ceſarauguſtā ad ſtudēdū. Nōs iā ſcitis ſtudentes quot ſtulticias faciūt ꝛ diſſolutiōes. Sed b. laurētius abſtinuit ab oīb⁹. cōfitebat̄ ſepe ꝛ cōicabat. ꝛ ſtudebat plus ī vna die ꝙ̄ alij in vna ebdomada. domabat carnē ſuā ꝛ ſic cōſeruabat ſe in virgītate. ī tātū ꝙ odor bone fame ſue ēt redolebat vſqꝫ romā. Et fuit verificatū ī eo v̄bū ſacre ſcripture. Eccles. 12. Memēto creatoris tui ī dieb⁹ iuuētutis tue. Tertio iuit romā ꝛ ecce qūo ſcūs ſixtus papa iuit ad celebrandū cōſiliū toletanū. fec trāſitū p ceſarauguſtā. ꝛ audita fama b. laurētij vocauit eū. ꝛ ſic ſcita ſua ſcitate duxit eū ſecū quē hūit ita carū ꝛ dilectū ꝙ papa nolebat miſſā celebrare ſine eo. Jtē quādo papa cōicabat populū. Dicat̄ qūo ꝯſecrabat multas hoſtias ꝛc. Tunc adhuc dabāt īde ſanguinē xp̄i cōicātib⁹. ꝛ cōmiſit b. laurentio dn̄ici ſanguīs diſpēſationē. Sed poſtmodū fuit ſtatutū ꝙ non dare͛ ſāguis pp pericula q̄ poſſent ſequi et ſcādala. qꝛ ēt ī hoſtia cōſecrata ē ſanguis xp̄i. Deīde papa fecit eū dyaconē cardinalem. lꝫ ꝯdiceret. ſꝫ pp obiam ꝛc. Btūs ſtephan⁹ ꝛ laurēti⁹ fuerūt dyaconi cardinales. offi͂m iſtō nundū noīabat̄ iſto noīe cardinales. Sꝫ creditis ꝙ ꝓpter h ipſe mutauerit ſtatū vel ſuū moduꝫ viuēdi? Nihil. Sꝫ ſicut prius ī cibo. potu. ꝛ veſtitu vtebat̄ vt prius. atqꝫ abſtinentijs. Ecce quomodo b. laurētius fecit fructum de abſtinētia perſonali. ꝛ poſſumus ſibi dice͛ thema. habetis fructum veſtrum ꝛc. Et ꝯcordat auct. pauli d. ad theſ. 4. hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra. vt abſtineatis vos a fornicatione vt ſciat vniſquiſqꝫ veſtrum vas ſuūꝫ poſſidere in ſanctificatione ꝛ honore. non in paſſione deſiderij ſicut ꝛ gentes que ignorāt deum.

Scđo b. laurenti⁹ fecit fructū de miſe
ricoꝛdia ꝑimali qꝛ ita erat miſericoꝛs
ꝙ nihil ſibi retinebat ſed totum dabat
paupib⁹ xp̄i. Tūc tp̄is erat i roma qdaꝫ
impatoꝛ xp̄ianus noīe philipp⁹ qui dr̄
fuiſſe cōuerſus a beato laurētio. Poſt
iſtum fuit quidā impatoꝛ tyrān⁹. noīe
deci⁹ maxim⁹ ꝑſequtoꝛ xp̄ianoꝝ. q ſci
ens ꝙ ſuus p̄deceſſoꝛ dederat eccleſie
totum ſuuꝫ thexaurum perſequebatur
eccleſiam ⁊ xp̄iani abſcondebant ſe
⁊c̄. uoluitqꝫ repetere dictum thexau-
ruꝫ uiolēter. hoc ſciēs beat⁹ lau. totū
thexauꝝ diſtribuit. Pergrebat. n. rōāꝫ
q̄ tunc erat maxia. ⁊ ubi iuēiebat xp̄ia
nos abſcōditos metu impatōis dabat
eis elemoſinaꝫ. Pⁱᵒ in aīa eos ꝯfortā
do in fide. Secundo coꝛpoꝛi đ illo the
xauro. Nō quō curauit illā uiduā que
habebat ī domo ſua mltos xp̄ianos ab
ſcōditos. ⁊ dedit eis largas elēoſinas
⁊ ꝯfoꝛtauit eos d. ꝙ miles non pōt me
lius moꝛi q̄ꝫ in iuſto bello. ⁊ illumiauit
cecos. Et ſic uoluit diſtribuere ⁊ diſtri
buit totuꝫ theſauꝝ ī pijs cauſis. Jō can
tat eccl'ia Laurentius bonū op⁹ opat⁹
eſt q per ſignū crucis cecos illumiauit
⁊ thexauros eccl'ie dedit pauperibus.
Ecce fruct⁹ bt̄i laurentij đ mīſicoꝛdia
ꝑiali. Moꝛal'r be. laurenti⁹ dedit in
hoc exemplū diuitib⁹ ⁊ potentib⁹ qua
lit̄ ſe debēt habere ī pecunijs. Cogita
uit b. laurenti⁹ ꝙ thexauꝝ retinē non
poſſet ī pecunijs pp̄ impatoꝛē. iō p ma-
n⁹ paupuꝫ miſit in celū. Propter hoc
dixit impatoꝛi thexauꝝ q̄rēti. Faculta
tes eccl'ie q̄s regris man⁹ paupuꝫ đpoꝛ
tauerūt ī celū. Ut̄ ergo ꝙ man⁹ paupū
ſint mēſe đ cābij. Dico ꝙ ſic: p xp̄m aſ
ſecurate. Ecce īſtrumentū ſecuritatis
Mat. 19. Da paupib⁹ ⁊ hēbis thexauꝝ ī
celo. Nihil pōt pdi. Mō audite. oēs ſci
m⁹ ꝙ n̄ poſſum⁹ diu tenē nec poſſidere
diuitias hui⁹ mundi: qꝛ hodie vl' cras
oꝫ eas dimittē. ſꝫ ſi vultis ne pdanť de
tis in manib⁹ paupum. Nunqd eēt ma
gna ſtulticia diuiti piculoſuꝫ paſſuꝫ trā
ſire volēti in quo oēs depredanť: Si ſe
cum vellet poꝛtare pecunias nunqd
meli⁹ eſſet dare ī menſa cāpſoꝛib⁹ ⁊c̄.
Mlti. n. ſunt in hac ſtulticia. oēs habe
mus trāſire paſſuꝫ moꝛtis piculoſum.
vbi oēs depredanť. Fures ſunt vxoꝛeſ
⁊ filij ſcutiferi. Qn̄ medic⁹ dicit factuꝫ
eſt. dicit vxoꝛ p virgineꝫ mariā iocalia
erunt mea. ſcutiferi ⁊ parentes ad fu-
rañ. ⁊ aīa nuda vadit ad iudicium ad
quā dicit xp̄s. Et quō venis ita ⁊c̄. Rñ
det. Dñe fui depredata. Et xp̄s dič fili
Luc. 19. Quare non dediſti pecuniā ad
menſā ⁊ ego veniēs cū vſuriſ. i. ex cre
ſentijs exegiſſeꝫ illā. Quō ille poterit ſe
excuſare. certe nullo mō. niſi ille dicat
Dñe fui ſtult⁹. Et xp̄s. Uade ad hoſpi
tale ſtultoꝝ. Et mittit eū ad infernuꝫ.
Jō recipiatis exemplum a btō lauren
tō ⁊ hēbitis thexauꝝ ī celo. Jlle diligit
pecunias q eas cuſtodit eternal'r. ⁊ n̄
ille q depredať. Bñdict⁹ eſt q nō dittit
filio onus reſtitutōis. Jō Jaco. 3. Que
de ſurſum ē ſapiētia ē bonis ꝯſentiēs.
plena miſicoꝛdia. ⁊ fructib⁹ bonis.

Tertio fecit fructū de paciētia marti-
riali. Et iuenio ꝙ ſubſtinuit. x. toꝛmen
ta. ⁊ đ oībus hūit patientiā. Primū vi
dēs impatoꝛ ꝙ nō poterat habere the
xauꝝ eccl'ie. oppoſuit ſibi titulū xp̄iani
tatis. pp̄ qđ fuit capt⁹ ⁊ ī tenebroſo ⁊ fe
tido carcē poſit⁹. Coꝛp⁹ detinebať ī eo
ſed aīa ꝯtemplabať trāſiens p choꝛos
angeloꝝ ⁊ ſic ꝯſolabať ibi. Et pōt dici
de eo. Qm̄ ī hac peregrinatōe ſolo coꝛ
poꝛe ꝯſtitut⁹ cogitatione ⁊ auiditate ī
illa eterna pr̄ia ꝯuerſatus eſt. Scōm
toꝛmentū fuit poſtq̄ꝫ mltis dieb⁹ fuit ī
carcere ſine cibo ⁊ potu. cogitauit đci
us ꝙ eſſet macilent⁹. ⁊ fecit eū venire
coꝛam ſe d. vel habes dijs ſacrificare.
vel moꝛi. Dicit laurentius. O ſtulte. ⁊
quō dicis ꝙ dimittā deū ⁊ adoꝛem ydo
la ⁊c̄. Indignatus decius fecit eū cedi

foꝛtiter cū baculis. ꝛ ī quolꝫ ictu dice
bat. O yħs yħs. Et ſic pacienter ſuſti-
nuit ſcōm toꝛmentū. Tertium toꝛmen
tū eſt ꝙ fuit poſitus ī eculeo ꝛ ſcoꝛpiōi
bus ceſus dicēdo abnega xp̄m. Rn̄dit
O infelices. has epulas ſemꝑ optaui.
Quartū toꝛmētum fuit de laminis fer
reis ignitis ei⁹ laterib⁹ appoſitis: quia
cū ſentiret maximū doloꝛē dixit. Igne
me examiaſti. ꝛ nō eſt īuenta in me ini
quitas. Quintū toꝛmentū fuit. qꝛ deci
us iuſſit eum plūbatis duriſſime cedi.
Miraculū eſt qꝛ tantum viuebat. Iſtō
toꝛmentuꝫ fuit ita aſpeꝝ. in tm̄ ꝙ cla-
mauit b. laurenti⁹ d. O dn̄e accipe ſpi
ritū meū. Et ī inſtanti vox ď celo vēit
ipſo decio audiēte d. adhuc multa cer
tamīa tibi debenť. Sextū toꝛmentū fu
it cū pectinis ferꝛeis ꝛc̄. Tūc venit an
gel⁹ dei cū lintheo tergēs ei⁹ vulnera.
Tunc miles qdā roman⁹ nomīe credi
dit in xp̄m. ꝛ clamauit ad b. laurentiū
d. Uideo an̄ te iuuenē pulcerꝛimū ſtan
tem. ꝛ lintheo tergentē vulnera tua. ꝛ
baptizat⁹ eſt a btō laurentio. Septimū
toꝛmentū fuit qꝛ ne ſic moꝛereť fuit po
ſit⁹ in alio carcere ſine cibo ꝛ potu ꝛ ꝯ
ſolatōe aliq̄. Sꝫ poterat ipſe dicē cum
apl'o ad phil. 3. Nr̄a ꝯuerſatio in celis.
Octauū toꝛmentū fuit ď craticula: qꝛ
deci⁹ fecit eū venire coꝛā ſe. ꝛ ait. Sa
crifica dijs. ſin aūt nox iſta ī tuis expē
deť ſupplicijs. Cūqꝫ nolet. miniſtri exu
tū veſtib⁹ ſuꝑ craticulā ferꝛeā extēde
runt prunis ſuppoſitiſ. Cog'tate toꝛmē
tum ꝛc̄. Nonū toꝛmentū fuit de furcis
ferꝛeis que ī crate ipſuꝫ cōpꝛeſſerunt.
Cūqꝫ ibi duci⁹ aſſoreť. letiſſimo vultu
reſpexit ad impatoꝛem d. Ecce miſer
aſſaſti vnā partem. gira aliā ꝛ mandu
ca: qꝛ iam video qđ diu deſideraui. De
cimū toꝛmentum fuit de ſale ꝛ in ignē
poſito. Tunc oꝛauit b. laurenti⁹ d. Gra
tias ago tibi dn̄e q cum pacientia ďdi
ſti mihi victoꝛiam ꝛ tradidit ſpiritum.
Ecce quomodo fact⁹ eſt mō martir glo
rioſus. ꝛ fecit fructuꝫ de patientia mā
tiriali. Et pōt de eo verificari ꝓphia
dauid in ps. 131. vꝫ. Inimicos ei⁹. ſ. de
cium ꝛ miſtros ei⁹. induam cōfuſione
ſuꝑ ipſum autē efflozebit ſanctificatio
mea. ꝓpter fructū m̄rialem patientie.
Ergo beate laurēti hētis fructum vr̄ꝫ
in ſanctificationem. Amen.

In feſto aſſumptiōis b. v̄ginis marie.

IN ciuitate ſanctificata ſimiliter
requieui. Eccl'ci. 24. Uerbū iſtō
pōt dicere aīa ſancta qn̄ intrat
paradiſū. In ciuitate ſcificata ſil'r. ſ. v̄
gini marie requieui. Pro introductio
ne ꝛ principio veniendi ad materiam
predicandam. opoꝛtet declarare que ē
iſta ciuitas ſanctificata ꝛ dico ꝙ eſt
gloꝛia paradiſi. Ratio quare gloꝛia di
citur ciuitas. eſt quia recte edificata ē
ad modum nobiliſſime ciuitatis yrl'm
tempoꝛe ſalomonis regis in qua erant
tres clauſure ſiue murales aſcenden-
de. Intra primum latioꝛem moꝛaban
tur laboꝛatoꝛes. Intra ſecunduꝫ altio
rem ſtabant nobiles ciues. milites. ꝛ
prophete. ꝛ perſone que non laboꝛabāt
manibus ſuis ꝛc̄. Intra tertium altiſ
ſimum ſacerdotes ꝛ leuite ꝛ ibi erat
templum ꝛ domus regis. Recte illa ci
uitas erat edificata ad modum thiare
pape. ubi ēt ſunt. 3. coꝛone ꝛ figurabāt
gloꝛiam ꝑadiſi ubi ſunt. 3. ierarchie an
geloꝛum quaſi tres coꝛone. Infra pri
mam ſtant penitentes. ſ. laboꝛatores
cum angelis ꝛ archangelis ꝛ principa
tibus qui licet peccauerint tamen pro
tempoꝛe redierunt ad dominuꝫ ꝛ fece
runt penitentiam. ꝛ equiparantur la-
boꝛatoꝛibus: quia laboꝛe pēitētie glo
riam dei habuerunt. Infra ſecundam
altius cum poteſtatibus virtutibus ꝛ
dominationibus vadunt ꝛ habitant
iuſti preſidentes ꝛ boni prelati qui nō
intrarunt per ſymoniam: ꝛ quando ſūt
intus v̄bo ꝛ exēplo paſcunt oues. etiā
dn̄i tempoꝛales impatoꝛes reges ꝛc̄. ꝛ

ōit alium rectores qui plus curāt ꝺ iu
ſticia ꝙ de ꝓprio honore ⁊ ſuis rediti/
bus ꝯtentant̃. tales vadunt in ſecūda
ierarchia cū poteſtatib⁹ ꝟtutib⁹ ⁊ dn̄a
tionib⁹. In tertia ierarchia. ſ. tronorū
cherubinoꝝ. ⁊ ſeraphinoꝝ hītant illi q
tenuerūt vitā apl'icam ⁊ aſſiſtūt deo ⁊
nō curāt de reb⁹ tp̄alibus. Patet quo
modo gl'ia padiſi ē ordiata vt ciuitas
yrl'm. Auctoritas ps. 121. Jeruſalē que
edificat̃ ut citas cui⁹ pticipatio ei⁹ in
idipm. Nō cui⁹ participatio eius in id
ipm. In citate yrl'm nō oēs videbant
faciē eius. ſ. regis. Sꝫ nō ſic in paradi
ſo: qꝛ oēs ſiue ꝺ pma ierarchia ſiue de
ſecūda. ⁊ tertia oēs clare videbūt deū
facie ad faciē. Jō dicit cuius pticipatō
ei⁹ in idipm. i. in candē rem. Sꝫ quar̃
dr̃ ſcificata. i. ſcitate ꝯfirmata. In hoc
mundo null⁹ fuerit ꝗtūcunqꝫ ſanctus
q in hoc mundo nō peccauerit xp̄o ⁊ ꝟ
gīe maria exceptis. Jō iſta eccl'ia mili
tās non dr̃ ſcificata. i. ſcitate ꝯfirmata
Sꝫ in paradiſo i illa eccl'ia triūphāti oēs
ſunt ſcificati. i. ſcitate cōfirmati: quia
īpeccabiles ſunt vt ꝟgo maria. Aucto
ritas yſa. 4. Ois q relict⁹ fuerit i ſyon
⁊ reſidu⁹ in yrl'm ſcūs vocabit̃. Aīa
ergo cōdigne ſcificata de peccatis qn̄
ingredit̃ gloriā pōt dicē. In citate ſcifi
cata ⁊c̄. ſil'r vt ꝟgini marie regeui. Pꝫ
thema. Ego notaui. 5. ſimilitudies ſeu
ꝯditōes in aīa q fuerunt i aſſumptiōe
ꝟginis marie ad quaꝝ ſil'itudinē aīa
btā ēt aſcēdit. pp qd̄ aīa pōt dicē thēa
In citate ſcificata ⁊c̄. nō dico ad tātā
gl'iā vt ꝟgo maria. Pria ꝯditio ſiue ſi
militudo q fuit i ꝟginis aſſumptōe fuit
cū ꝟgo ardentiſſime ꝺſideraret videē fi
lium ſuū ⁊ fleret. xp̄s miſit ſibi angelū
gabrielē q ſemp fuit nunti⁹ xp̄i ad mr̄e;
⁊ reuerent̃ eā. ſalutauit d. Suſcipe ſa
lutes ⁊c̄. Aue bn̄dicta. templū dn̄i ar
cha vite. regia padiſi. Ecce fili⁹ veſter
nunc vult ꝯplē deſideriū vr̄m. hinc ad
3. dies aſcēdetis in celū ad eum qꝛ iaꝫ
tota curia parat̃ ad recipiendū vos. Nō
hic q̄re dabat ſibi tres dies ad ꝑpara
tionē cum ꝟgo ſemꝑ fuiſſet ꝑparata ire
ad padiſuꝫ. canti. quarto. Tota pulcra
es aīca mea ⁊c̄. Uerbuꝫ eſt ſpūſſancti
ad ꝟginē mariā. Q̄r ergo tres dies ⁊c̄.
Rn̄deo. ꝙ tres dies fuerunt ſibi ꝯceſſi
nō ꝑ ſe. ſꝫ pmo ꝑ apl'oꝝ ⁊ alioꝝ conſo
latōe. ſecūdo ꝑ exēplo ⁊ nr̄a inſtructio
ne. Prim⁹ dies ꝑ apl'oꝝ cōſolatiōe q
erāt ꝑ mundū diſpſi in p̄dicatione euā
gelica cū magnis tribulationib⁹: qꝛ p̄
dicabāt doctrinā tam nouā ⁊ altā ⁊c̄.
Scd̄s dies ad ꝯſolationē mlieꝝ ſactaꝝ
q iuncte fuerāt ꝟgini marie. ⁊ ſi ſubito
ꝟgo fuiſſꝫ aſſumpta. fuiſſent nimis de
ſolate ⁊c̄. Terti⁹ dies ꝑ ꝯſolatione ali
quaꝝ virginuꝫ q̄s nutriuerat ad dei ſ
uitium ⁊c̄. Ita iuxta hāc ſimilitudinē.
ſꝫ ⁊ alia rōe de⁹ dat tres dies ꝑparatio
nis aīe ꝺuote. ſ. tria opa penitētialia ſi
ue ſacramētalia. ſ. ꝯfeſſio. cōio. ⁊ extre
ma vnctio. Et dicunt̃ dies. qꝛ in quolꝫ
ope dat̃ claritas gr̄e. Prim⁹ dies eſt cō
feſſio q maxie in fine ē fienda ēt gene/
ral' de oib⁹ peccatis nō ꝙ ſit neceſſita
tis ſꝫ vtil' eſt. Rō qꝛ oēs ꝯfeſſiones q fi
unt i ſanitate multotiēs fiūt ſine cōtri
tōe. Itē qꝛ eſt dubiū ſi cōfeſſor poterat
abſoluere. ſꝫ i fine qlꝫ ꝯfeſſor pōt abſol
uere de oib⁹. Et qn̄ hō iam ſe reputat
mortuū. deſpicit mundū. ⁊ hꝫ ꝯtritōeꝫ
Scd̄s dies eſt cōio ēt ſi illa die celebra
uerit adhuc ē cōicand⁹. Rō quia nāl'r
null⁹ pōt celū aſcendē. Jo. 3. Nēo aſcē
dit in celū. ſ. nāl'r vel ꝟtute ꝓpria. niſi
q deſcēdit de celo ⁊c̄. Sꝫ ꝟtute xp̄i oꝫ
nos aſcendē. Jō dicit viaticū. Dicatur
miraculū de ſcō victore. qn̄ i cōione di
xit. aſcendit fili⁹ ad prem ⁊ ſpirit⁹ ad
eū q creauit eum q expirauit ⁊ hoſtia
aſcendit. Terti⁹ dies eſt extrema vn
ctio. Dicit̃ dies pp claritatem gratie q
dat̃ ꝟtute ei⁹: qꝛ remittūt̃ peccata ve
nialia. ⁊ culpe mortaliū oblitoꝝ. ⁊ ali
ꝗtulum de pena ſm deuotionē recipi

entis. Et iſta rõe alegorice dicit ſcri-
ptura Exo. 5. Deus ebreorum vocauit
nos vt eamus viam trium dierum in
ſolitudinẽ ⁊ ſacrificemus domino dõ
nr̃o. ne forte accidat nobis peſtis aut
gladi⁹. Nota de⁹ ebreorum. i. tranſeun
tium iuxta ebraycã interpretationẽ. ſ.
ab hac vita migrantium. vocauit nos
ſuppl'e ad gloriã. vt eamus viãꝫ trium
dier̃ ĩ ſolitudinẽ. i. ĩ mortẽ que dicit̃ ſo
litudo: qꝛ null⁹ valet aliũ aſſociari. nec
filius prẽm. nec ecõuerſo. Tres dies
ſunt ꝯfiteri. cõicari. ⁊ vngi: qꝛ in his
homo ſacrificat ſe dõ. ne forte accidat
peſtis. ſ. inferni damnatio. aut gladi⁹
i. purgatorij pena. ⁊ tunc aĩa beata po
teſt dicere ĩ citate ſcĩficata ⁊c.

¶ Secunda ſilitudo ſeu ꝯditio q̃ fuit in
vgĩnis aſſumptiõe eſt qꝛ oẽs apl'i ⁊ mul
ti alij ſancti. ⁊ ſancte fuerũt in obitu v
ginis marie ꝯgregati. legẽtes ĩ circui
tu pſalmos. Quare hoc qꝛ virgo nõ in
digebat iſtis. Rñdeo ꝙ ad exemplum
nr̃m: qꝛ qñ pſona laborat ĩ extrẽis. dꝫ
habere circha ſe bonas ⁊ ſanctas pſo
nas q̃ legãt pſ. ⁊ xp̃i paſſionẽ. ⁊ ꝯfortẽt
ſpiritũ reducẽdo ad memoriã xp̃i paſ-
ſionẽ: qꝛ tũc ſunt neceſſarie: ⁊ m'lte aĩe
ĩ illo paſſu pdunt̃ maxĩe ex penitẽtia
carnaliũ amicor̃. ſ. filior̃ ⁊c. qꝛ venit
vxor plorãdo ⁊ retrahit aĩaꝫ a dõ. Jdẽ
ð filijs dicentib⁹ O mihi qd faciemus
⁊c. Et tant⁹ ẽ amor pr̃is vel mr̃is ad fi
lios ꝙ tũc cogitabit ĩfirm⁹ qd erit de
ipſis. ſ. filijs. Jõ eſt bõa ꝯſuetudo vt ñ
ſint p̃ſentes: qꝛ lꝫ multi fuerĩt bõe vite
ſũt ex hoc ĩ piculo. ⁊ p oppoſitũ multi
fuerit male vite q ĩ fine ex pſentia ſcã
rũ pſonar̃ ſaluabãt̃. Dicat̃ miraculum
de dña flor ĩ valentia de lãpadib⁹ accẽ
ſis. Pꝫ hic moral'r ꝙ btã vgo voluit p̃
ſentiã ſanctar̃ pſonar̃ ad exemplũ no
ſtrũ qꝛ p ſe non indigebat. Jõ dic̃ ſcri
ptura. Eccl'i. 38. Jn requie mortui re-
quieſcere fac memoriã ei⁹. ⁊ cõſolare
illũ in exitu ſpũs ſui. Nota reqeſcẽ fac
me. in exitu ſpũs ſui q̃re plus memoriã
ꝙ alias aĩe potentias: qꝛ pr̃cipalis tem
ptatio dyaboli eſt inducẽ aĩas ad deſpe
rationẽ. ⁊ pñtat peccata memorie dicẽ
do. quõ tu potes credere ꝙ tãꝫ grauia
peccata tibi remittant̃ ⁊ ſalueris. Si
nos tam nobiles creaturas p vno pec
cato ſupbie dãnauit deus eternal'r: quõ
tu q feciſti hoc ⁊ hoc ⁊c. Jõ neceſſaria
eſt memoria paſſiõis xp̃i. ⁊ cõfortatio
ſpũs dicendo recordemi ⁊c. Et qñ ta-
lis anima intrat paradiſuꝫ põt dicere
in citate ⁊c. Tertia ſimilitudo ſeu cõ-
ditio fuit qꝛ ĩ obitu vgĩnis marie xp̃s
deſcendit perſonaliter de celo cuꝫ om
ni multitudine angelorũ ⁊ ſanctorum
ipſum ⁊ matrem ſuã aſſociantium ad
matreꝫ ſuã. Si dicatur ⁊ quomodo po
terant recipi in camera virginis. Dica
tur quomodo angeli ⁊ beati vtute glo
rie habent poſſe occupandi vnam do-
mum ciuitatẽ ſeu regnũ ita ꝙ nihil ali
ud poterit ibi recipi. Et ſi volunt quot
quot ſunt ſtabũt in vna teſta auelane
tanta eſt eorum virtus ⁊ poteſtas. Et
quando xp̃s fuit in camera ipſe inuita
uit matrem vt vos filios inuitatis ve
nire ⁊c. d. Ueni electa mea ⁊ ponam ĩ
te tronuꝫ meum qꝛ concupiuit rex ſpe
ciem tuam. Tunc virgo ſicut ſine cor
ruptione concepit. ⁊ ſine dolore pepe-
rit. et ſine dolore aĩam in manibus fi
lij ſui reddidit. Et ãgeli inceperunt cã
tare. Hec ẽ filia yl'm ⁊c. Similiter de
aĩa ſancta ſed nõ ĩ tanto honore ſemp
in obitu ſancte ⁊ deuote perſone de ce
lo uenit xp̃s oſtẽdens ſe aĩe bõe d. illõ
Mat. xi. Uenite ad me oẽs qui labora
tis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam uos
Jta ꝙ chriſtus ſemper uenit in morte
aliquo modo de predictis. Auctoritas
Joh. 14. Si abiero ⁊ parauero uob lo
cũ iter̃ uẽio ⁊ recipiã uos ad meipꝫ: ut
ubi ſũ ego ⁊ uos ſ'tis. Quãta hũilitas
rex p̃mittit cognatiũ ad prãdiũ parañ.

Sed rex celi ipſemet voluit pcedē ad paranū nobis locū. ꝛ poſt iter ueniam glō. ſ. in morte. Itē ueniūt angeli etiā parentes ꝛ filij parui. Dicaꝰ quādo laborāt in extremis aīe bōe. angelꝰ bonꝰ ſtatim aſcendit i celo. d. xpo lꝫ iaꝫ ſciat Uos dn̄e cōmiſiſtis mihi talē. mō laborat i extremis. uixit ſic. fecit talē penitentiā ꝛc̄. Tūc xp̄s uocat michaelē ut mittat angelos ul̄ .c. ul̄ mile ꝛc̄. Et gaudent āgeli. d. ỹ ſaꝛ6. Ecce ego mitte me ꝛc̄. Idē de filijs paruulis qn̄ audiūt ꝙ eoꝝ pr̄ uel mr̄ ſunt ad mortē petunt a xp̄o ut poſſint aſſociare aīam ꝛc̄. ꝛ nos ploratis i eoꝝ morte cū eſſꝫ magis gaudeū. qn̄ rex recepit filiū ueſtrū ꝛ regina filiā veſtraꝫ ꝛc̄. Dicaꝰ de quadā muliere ad quā deſcenderūt oēs filij. De iſta ſocietate dicit ſcriptura Sapi. 5. Ecce quomō cōputati ſunt iter filios dei ꝛ iter ſcōs ſors illoꝝ eſt. Et ſic aīa pōt dicere. In ciuitate ꝛc̄.

Quarta cōditio quā notaui i virgīs aſſumptiōe ē ꝙ i ſuo aſcēſu fuit ab āgel̄: ꝛ ſcis vſq; ad celū aſſociata. Nam magna via ē hic uſqꝫ ad celū. ꝛ ē ibi periculoſus paſſus. Dicaꝰ ꝙ qn̄ demōes ceciderunt de celo aliq ꝛ pauci deſcēderunt i ifernū ad cruciaū aīas. aliq iter nos ad tēptādū. ſed maxīa mltitudo remāſit in aere. Ibi ſtabūt vſqꝫ ad diem iudicij ꝛ ſunt tot vt attonij d. Uidebimꝰ pur qs trāſibit. b. Ant. vidit in reuelatiōe quō multe aīe volētes intrare celū ibi rapiebātur ꝛ ad ifernū ducebātur. Sꝫ qn̄ demōes viderūt tātaꝫ ſocietatē. ꝛ xp̄ꝫ aīaꝫ v̄gis portātē fugieꝛt Et ad hoc facit ꝓphia dō. Exurgat deꝰ ꝛ diſſipēꝛ inimici eiꝰ ꝛ fugiāt qui oderūt eū uſqꝫ i leticia. Simil̄r n̄ dico eq̄liter de aīa deuota. dixerūt demōes pꝰ ꝙ v̄go trāſiuit iſti nō potuimꝰ reſiſtere. ſed de cetero videbimꝰ qs trāſibit. Sꝫ qn̄ aīa deuota aſcēdit cū ſocietate āgeloꝛꝫ parētū. ꝛ amicoꝝ demōes fugiūt ꝛ aīa cognoſcit eos qui eā temptaueꝛt ꝛ dicit O traditor leuiatan tu temptaſti me de ſupbia ſed gr̄a dei me iuuit ꝛ feci pniam. Et tu pditor mamō de vſura furto rapina ꝛc̄. Idem de aſmodeo q tēptat de luxuria. ꝛ belzebuch de iuidia. belfegor de gula ꝛc̄. Baalberit de ira. aſcaroth de accidia. ꝛ ſic aīa deuota tranſit ꝛ portatur ab āgelis. Auctoritas Luc. 16. Factū ē vt moretur mēdicus ꝛ portareꝰ ab angel̄. nō dicit ab angelo i ſingulari i ſinuꝫ abrae. Et pōt dicē aīa. In ciuitate ſcificata ſil̄r ꝛc̄.

Quinta ꝯditio ſeu ſilr̄itudo ē ſolēnitas que v̄gini marie fuit fcā itrādo celum ēpireū. i qualꝫ ierarchia. ꝛ i quolibꝫ ordine angeloꝝ. Jam videtis quale ſit feſtum regibus i regno venētibus multomagis icōpabil̄r v̄gini. i tn̄ ꝙ n̄ pōt v̄bis explicari ſꝫ itellectualiter ꝯtēplari. Iō cantat eccleſia. Exaltata es ſcā dei genitrix ſup choros angeloꝝ ad celeſtia regna. Similiter n̄ dico equal̄r ō aīa btā qn̄ intrat celum empireū. ſacti angeli cum magna leticia recipiūt eaꝫ Angeli ꝛ ſancti reſpiciunt p feneſtras quia ibi ſunt palatia corporalia de mā celeſti ꝛ ſalutant animam ꝛ gaudent quando aīa intrat quia pauce intrant Et ſicut ſponſa in die nuptiaꝝ vadit tota verecunda ad eccleſiam. ꝛ ſuū ſpōſo ita xp̄o bn̄ placet ſibi illa verecundia. Tunc aīe ſancte i qualꝫ ierarchia cātatur ſibi. Unus verſus cuiuſdā cātilen̄ cōtinentis tres verſus ſecūduꝫ ꝙ aīa facit tria vt ſaluetur. Primuꝫ ē qn̄ dimittit peccata ꝛ ſocietates malaſ. iſtō eſt principium bone vite. Et ꝓpter hoc in prima ierarchia cātatur aīe trāſcunti. Felix dies. felix hora. felix tēpꝰ in q̄ peccata dimiſiſti. Et aīa facit oībꝰ reuerētiam d. Non nobis domine. Sed noī tuo da gloriam. Scōm opus eſt pꝰ ꝙ dimiſit peccata accedendo ad chriſtum cōfitendo peccata communicando: audiendo miſſas ꝛ ſermones.

Propter hoc cantatur sibi in secunda
ierarchia scd̃s versus di. Felix dies.
felix hora. felix tempus. felix mora in
qua xp̃o adhesisti ⁊c. Tertium opus ē
perseuerare finalr̃ in bona vita. qꝛ al'
nihil valet icipe ⁊c. Jdeo i tertia ierar
chia cantat̃ sibi. Felix dies. felix hora
⁊c. in qua ⁊ cursum cōpleuisti. ⁊ sic va
dit vsq3 ad cathedram christi q̃ ō ma
nu sua coronat eā. Auctoritas Sapi. 5.
Justi aūt i ppetuū viuent. ⁊ apud dn̄m
ē merces eoꝝ. ⁊ cogitatio illoꝝ apud
altissimū. Jdeo accipient regnū deco-
ris ⁊ diadema speciei ō manu domini
Cogitate quale gaudiū. Jō xp̃us Luc.
15. Dico vobis ꝙ gaudium ē in celo sup
vno peccatore pniāȝ agente. mlto ma
gis pniam complente. Et potest dicere
aīa. Jn ciuitate scificata simlr̃. s. vir
gini marie regnui. Rogemꝰ ergo deū
Amen.

Jn eodē festo assūptōis b. vgis marie.

Optimā partē elegit sibi maria.
Luc. 10. Sic p̄sens festū ⁊ solē-
nitas ē assūptiōis beatissime v̄-
ma. ⁊ qꝛ h festum ē finis ⁊ clausura to
tius vite virgis marie. Jō dr̃ ꝙ optiaȝ
ptē elegit. Et credo ꝙ deo mediāte de
eius vita hēbimus nō solū speculatōes
itellectuales. s3 istructōnes morales.
Sed si i alijs sermonibus recurrimus
ad virginē ⁊c. multomagis mō recur-
rendū ē ad eaȝ: qꝛ de ea hēmꝰ p̄dicar̃.
Et iō vt sentiamꝰ deuotionē. salutetur
virgo maria. Pro breui declaratiōe ⁊
itroductiōe scien̄ ꝙ vita humana hoīs
siue mulieris h3 tres ptes ascendendo
gradatim. s. bona. melior. ⁊ optima.
Prima ē vita nature. ista ē tp̄alis. bōa
Scd̃a est vita gr̃e. ista ē spūal' melior.
Tertia ē vita gl'ie. ista celestis optia.
Et qꝛ virgo maria nō fuit ꝯtēta vt hē
ret vitā natur̃ ⁊ gr̃e s3 gl'ie. Jō ō ea di
cit thēa. Optimā ptē elegit sibi maria.
Prima pars vite humāe dr̃ vita natu
re q̄ ē ꝙdiu aīa ē essentialr̃ corpi vnita
ista bona. qꝛ effectus ē creatura dei.
qꝛ vt dr̃. 1. thim. 4. Ois creatura dei
bona est ⁊ nihil reiciendū. Scd̃a est
vita gratie. ⁊ ista est melior. ⁊ ista ē
p cōiunctiōem seu vniōnē gr̃e dei cum
aīa. Quādiu. n. gr̃a dei ē cū creatura
illuminat eius itellectū ad credēdum
veritatē veraciter. ⁊ inflāmat volūta
tem ad diligēdū sinceriter. gubnat oīa
mēbra corporis ad opandū virilr̃. De
ista dicit dd̃ i p̄s. qnqgesimoscd̃o. Qm̄
melior ē misericordia tua sup vitas la
bia mea laudabūt te. Labia mea hic i
cipit cōstructio: qm̄ melior ē misericor
dia. gr̃a preueniēs seu iustificās. Dici
tur hic misericordia. Rō. qꝛ nō datur
meritis creature sed sola dei misericō
dia. Alie gr̃e subsequētes vel cooperā
tes acquirunt ꝓprijs meritis sed gr̃a
p̄ueniēs nō. Jō dic̃. qm̄ melior ē miseri
cordia tua. Tertia vita ē optia. Ista ē
vita gl'ie. qr̃ dr̃ optia. qꝛ pria vita s. na
ture depdit̃ p mortē. Jtē vita gr̃e pōt
depdi p peccatū mōtale. s3 vita gl'ie n̄.
qꝛ ex quo aīa itrat paradisum ē ita cō
firmata. ꝙ ē ipeccabil'. Ergo ista vita
ē optia. Ad hebr. vlt. Optimū ē. n. gr̃a
stabilir̃ cor. Ecce tres ptes vite huma
ne. Uirgo aūt maria hūit vitā nature
tpalē. qꝛ s3 aliquos doctores vixit. 60.
ānis. Epifaniꝰ dic̃ ꝙ vixit. 72. ānis. ha
buit. n. vitā gr̃e spūalis sup oēs creatu
ras. S3 qꝛ nō erat ꝯtēta de his. Cotti-
die expectabat ⁊ petebat vitā glorie ō
siderabat esse cū filio suo in vita glorie
ad quā hodie assumpta ē. Jō de ista di
cit thema. optiaȝ ptē elegit ⁊c. bōaȝ vi
tā tenuit. meliorē custodiuit. s3 optimā
elegit. Modo audite p vnā qōnē quaȝ
vos facitis. volo cōprehēdere māȝ pre
dicandā. Quō ē ad ꝓpositū thema seu
euāgeliū hodiernū ad mariā virgineȝ
cū nō loquat̃ nisi de btā magdalena ⁊
martha. vr̃ iptinens ⁊ iproprie dictum
hodie. Respōdēdo ad istā qōnē i q̄ erit
tota mā hodierna. Dico ꝙ si volumus

recipere euangeliũ hodie ſ'ruti ſm intel
lectũ litteralẽ. nõ ẽ ad ꝓpoſitũ. ſꝫ ſi vo
lumus ipꝫ recipere iuxta intellectũ alle
goricũ ſm qꝫ ipm dicit eccl'ia hodie. nõ
eſt euãgeliũ magis ꝓpriũ ṽgini marie
in tota biblia: qꝛ tota vita virginis ma
rie in eo ꝯprehendit̃. Nã ſm euangeli
um ad litterã hẽmus tria ꝺ ſancta
martha. ſ. ꝺ vita actiua ſua ꝛ dicit alia
tria de maria mag. ſ. ꝺ uita ꝯtemplati
ua. Sꝫ iuxta intellectũ allegoricũ tan
git. 6. uirtutes marie glorioſiſſime Pri
mũ opus qꝺ euangeliũ tangit ꝺ beata
martha eſt d. Intrauit ihs in quoddã
caſtellũ. ꝛ mulier quedã martha noĩe
excepit illum ĩ domũ ſuã. Ecce p̃mũ
opus vite actiue b. marthe circa xp̃ꝫ.
Sed allegorice. Ecce ꝯceptio filij dei.
qꝛ tũc ĩtrauit ihs caſtꝝ h' mũdi ad ſub
iugãdũ rebelles. Et mulier q̃dã mãtha
noĩe. i. dña. Et que ẽ maior dña. q̃ ṽgo
maria que accepit eũ ĩ domũ ſuã. ſ. in
vtero virginali. Tria ſunt hic declarã
da. Primũ qr̃ iſte mũd' dicit̃ caſtruꝫ.
Scd̃m que mulier recepit xp̃ꝫ. Tertiũ
in qua domo ipſuꝫ recepit. Primo iſte
mũdus dr̃ caſtrum. propter ꝯditões
ꝛ q̃litates caſtri ĩexpugnabil' q̃ ſũt. 7.
Prĩo q; ſit ĩ alto ſituatũ ĩ alto mõte ꝛ
bene forte. Scd̃o q; ſit ĩ circuitu bene
muratũ de bono muro. Tertio q; ſit ꝓ
fũdo vallo circundatũ. Quarto q; ſit
bñ munitũ cibarijs. Quĩto q; ſit beñ ſi
tuatũ ĩ rupe forti ĩexpugnabile ꝛ ſecu
rũ. Sexto q; ſit bñ munitũ armis. ꝛ q;
hẽat multas gẽtes. Septĩo q; ſit ĩ poſ
ſe fideliũ ꝑſonaꝝ. Dico q; oĩa iſta ſunt
ĩ caſtro rebelli huius mũdi. Prĩo erat
iſte mũdus alte ſituatus ꝑ ſupbiã maxi
mã. Jõ dꝺ loquẽs de hitatoribus hui'
caſtri dicit. Supbia coꝝ qui te oderũt
aſcẽdit ſemp. Scd̃o erat muratus per
auaritiã ꝛ mur' ẽ ꝺ terra: qꝛ auari nõ
appetũt niſi terrena. Tertio erat valla
tũ ĩ circuitu ꝑ luxuriã. qꝛ ſicut ĩ valle
ꝓfunda cõgregãtur ĩmũdicie. Sic de
peccato luxurie multe corruptões ꝛc̃.
Propter qꝺ dic̃ auguſtin'. Uidens de'
tantã labẽ corruptiõis ĩ humana nã q;
fere. i. per vn poch deſiuit incarnari.
Quarto erat bñ ꝓuiſum cibarijs ꝑ gu
lã. Ad phil. 3. Quorum de' vẽter ẽ ꝛc̃.
Quĩto erat inacceſſibile ꝑ inuidiaꝫ. qꝛ
ſi aliquis requiratur de pace dicet quõ
q; faciam pacem ꝑ corpus ꝛc̃. Ego da
bo ſibi intelligere q; tũ valet gen' me
um vt ſuum ꝛc̃. Ecce caſtrũ magnuꝫ.
Eccleſiaſtes. 4. Cõtemplatus ſum oẽs
labores hoium: ꝛ induſtrias aĩaduer
ti patere ĩuidie ꝓximi. Sexto de arma
turis per iram. Septĩo q; ſit in poſſe ꝑ
ſonarum fideliũ ꝛ erat oppoſitũ. quia
nolẽtes moueri ĩ opibus penitẽtialib'
ꝛ meritorijs. Uidens deus rebellionẽ
hui' caſtri dixit. Oꝫ q; ego ꝑſonaliter
vadam ad faciendũ bellũ ꝛ in die ĩcar
natõis. Intrauit ieſus ĩ quoddã caſtel
lũ. De iſto caſtro allegorice dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Mat. 21. Ite ĩ caſtelluꝫ
ſcilꝫ expugnate eũ cũ bombardis pre
dicatõnis qꝛ ꝯ vos ẽ. Et mulier q̃dam
martha noĩe ꝛc̃. Martha ĩterpretatur
dña noſtra. Et que ẽ mater ꝛ dña celi
ꝛ terre niſi regina celi ꝛ angeloꝝ ṽgo
maria que excepit illũ ĩ domũ ſuã. ſ. in
vtero virgĩali. De iſta domo cantat ec
cleſia vnã cãtilenã. Domus pudici pec
toris templũ repente fidei. intacta ne
ſciens viꝝ uerbo cõcepit filiũ. qñ. ſ. di
xit illud luc. p̃. Ecce ancilla dñi. Tunc
recepit illum ĩ domo ſua. Pꝫ quõ p̃ma
ꝑs euãgeliꝫ facit ꝑ virgine maria. Mo
raliter hic magna excellẽtia fuit ṽgis
marie: qꝛ ĩ domo eius recepit filiũ dei
In hoc ſibi aſſimilant̃ qui hodie cõicãt
qꝛ ſic ipſe hodie venit ĩ vtero virgĩali
ita ꝓpe venit ĩ hoſtia ꝯſecrata ꝛ ꝑfec
tius recepim' nos ipſũ q̃ꝫ virgo maria.
qꝛ ipſa recepit eũ ꝑuũ ꝛ nos ita magnũ
vt ẽ ĩ celo. Ipſa recepit eũ mortaleꝫ ꝛ
paſſibilẽ. ꝛ nos ĩmortalẽ ꝛ ĩpaſſibileꝫ.
Ipſa ſolũ ſemel nos aũt ſepe, Dicatur

q̄uo dꝫ hō eligē. x. vel. xij. feſta pꝛīcipa
lia ad cōicañ. ꝯ eos q̄ nō cōicant. ꝛ nō
recipiūt eū. Dr̄ ioh. i. In ꝓpria venit ꝛ
ſui eū ñ receperunt vſqꝫ in noīe eius.
Scōm opus vite actīe b. marthe oñdi
tur cū dicit euāgeliū. Martha aūt ſata
gebat circha freq̄uēs miſteriuꝫ. Sicut
xp̄s fuit ī domo marthe. īcōtinēti mar
tha ſe poſuit ꝑ domū p̄dicādo ancill' ꝛ
ſeruitoꝛib⁹ detis panem ꝛ vinū. tm̄ vo
lebat xp̄o ſuire. Dicēt aliq̄s hoc nihil
facit ad ꝓpoſitū. marie ꝓ virgine ma
ria. Uerꝫ ē lr̄al'r. ſꝫ m̄l'tū bn̄ allegoꝛice
ꝛ m̄l'tū ꝓp̄e. qꝛ ſic̄ pꝛimū op⁹ marthe
fac̄ ꝓ virgīe q̄ttū ad īcarnationē: ita ſe
cūdū opus facit ꝓ v̄gine maria reſpcū
ſue ꝯuerſatiōis ad filiū dei poſtq̄ꝫ ipſuꝫ
peperit. Dicat̄ q̄uo virgo maria ī etate
15. annoꝝ ipſum peperit ꝛ nō hēbat lac
Dicūt medici ꝛ bene ꝙ de eadem radi
ce ꝓcedunt ꝓles ꝛ lac. ꝛ mulier q̄ non
cognouit viꝝ nō hꝫ lac. O dixit ioſeph.
uadā ad aliquā mulierē vt det lac pue
ro ꝛc̄. ſed virgo noluit. Sed flexis gēi
bus dixit oꝛādo. Pr̄ ꝛ dn̄e oīpotens q̄
hūc filiū mihi dediſtis. vos q̄ oībus re
bus miſtratis ꝓuiſionē. aīalibus ī ter
ra. piſcibus ī mari. Date mihi lac pro
filio vr̄o. Incōtinēti deus pr̄ de celo
miſit ſibi lac. Auctoꝛitas. Neſciens viꝛ
go mr̄ viꝝ. peperit ſine doloꝛe ſaluato
rē ſeculoꝝ. ipſum regē angelorum ſola
virgo lactabat vbere d̄ celo pleno. Ec
ce quomō ſatagebat vt ſeruiret xp̄o.
Itē ſeruiuit ſibi. Jam ſcitis q̄tta ſuitia
faciūt matres filijs ꝛc̄. veſtiēdo. Et qꝛ
nō poterat bn̄ calefieri poſuit ī p̄ſepio
ut ab aīalibus calefieret. Itē pectinan
do caput. lauādo vultū. Itē qn̄ fuit exl'
ī egipto. filādo. texēdo. ꝓuidebat ſibi
ꝛ filio ꝛ ioſeph ſenioꝛi. Itē qn̄ xp̄s ibat
p̄dicādo. virgo maria ſequebatur ſmo
nes ſuos. Et cum erant in aliquo loco
virgo maria p̄parabat filio. Ecce ergo
martha. i. domina ſatagebat circa fre
quens miſterium. Jdeo cantat d̄ eo ec
cleſia hodie in ꝑſona virginis marie.
eccleſiaſtici. 24. In hitatione ſcā coꝛā
ipſo miniſtraui. Moꝛaliter vr̄ nobis
recipe xp̄m ī domo ꝛ miſtrare ſibi ma
gna excellētia. Iſtā grām poteſtis hr̄e
ꝑ ſil'itudinē ꝓpꝛiā: qꝛ qn̄ amoꝛ ꝛ hono
re xp̄i recipitis paupes ꝛ ꝑſōas bōe vi
te in domo. poteſtis dicere ꝙ recipitis
xp̄m in domo vr̄a. Et qn̄ datis ꝛ mini
ſtratis paupi. poteſtis dicē ego miſtra
ui xp̄o. Auctas xp̄i Mat. 25. Am̄ amen
dico vob̄ ꝙ vni ex mīmis meis feciſtis
mihi feciſtis. ſ. paupib⁹. Et ī die iudi
cij qn̄ xp̄s laudabit miſericoꝛdes dicet
Eſuriui. ꝛ. n dediſtis mihi māducare.
Rn̄debūt. dn̄e qn̄ vidimus te exuriētēꝫ
Et rn̄debit. Am̄ dico uob̄ q̄diu feciſtis
ꝛc̄. Et dat̄ negatiuā pauperi ē dare ne
gatiuā xp̄o. Pꝫ ibidē qn̄ dicet xp̄s mal'
ī die iudicij. Diſcedite a me maledicti
ꝛc̄. Rn̄debūt. dn̄e qn̄ te vidim⁹ exuriē
tē ꝛc̄. Rn̄debit ill'. Am̄ dico vob̄ q̄tam
nō feciſtis uni d̄ minoꝛib⁹ his ꝛc̄. nec
mihi feciſtis. ꝛ ibunt hi ī ſuplicitū eter
num. Tertium opus vite actiue b. mar
the oñdit̄ cū dr̄. Martha martha. ſolli
cita es ꝛ turbāis erga plurīa. Ad lr̄aꝫ
b. martha erat multū ſollicita ī ſuitio
xp̄i. Uidebat̄ ſibi ꝙ oēs d̄ domo ñ fuiſ
ſent ſufficiētes. Sollicitabat ācillas fa
mulos ꝛ famulas ꝛc̄. Allegoꝛice. Iſtō
ē ꝓpꝛie ꝓpꝛiū virgī ma. qꝛ ſic̄ pꝛimum
op⁹ b. marthe facit ꝓ virgīe maria ꝓ
īcarnatiōe. ꝛ ſꝫ ꝓ ꝯuerſatiōe. Ita iſtō
tertiū ꝓ xp̄i paſſiōe ī q̄ martha. i. dn̄a
fuit ſollicita. O quis poſſet expꝛimere
ſollicitudinē ei⁹ ꝛ turbatōeꝫ quā hūit ī
filij paſſiōe. Pꝛio v̄go maria fuit ſolli
cita de ſaluatiōe humani generis. Sꝫ
qꝛ ſciebat non aliter futuram niſi per
moꝛtem ignominioſam filij ſui turqa
batur ex materiali cōpaſſione ꝛ erat
quaſi inter duas molas. quādo ipā co
gitabat ꝙ nullus homo poterat ſolui a
vincul' peccatoꝛū: nec a cathēis dyabo
li niſi filius ſuus ligaretur a iudeis :

Ecce turbatio. Item ſciebat nullū ho
minem poſſe euadere illam duraꝫ ſen
tentiaꝫ dānationis eterne que dabitur
ī iudicio. Diſcedite a me maledicti ⁊c.
niſi filius ſuus xp̄s fuiſſet moꝛti ſentē
tiatus. Ideo turbabat̄. Item erat ſolli
cita ne aliquis ſuſpēderetur in furcha
inferni: ſed quia non poterat fieri niſi
pꝛius filius ſuus ſuſpēderet̄ ī furcha li
gni. ideo ⁊c. Item erat ſollicita qꝛ nul
lꝰ poterat ſeparari a ſocietate dyaboli
niſi pꝛius filꝰ ſuus aſſociaret̄ a latrōi
bus. Ecce turbatio. Item erat ſollicita
vt hoīes exules a paradiſo celeſti poſ
ſent intrare: ſed ecce turbatio. qꝛ non
poterat fieri niſi pꝛius filius ſuus exu
laret de ieruſalē. Item erat ſollicita ꝙ
hoīes haberent coronā gloꝛie. ſed ecce
turbatio. qꝛ filius ſuus pꝛimo erat de
ſpinis cororonandꝰ. Item erat ſollici
ta qꝛ homīes nō poterant habere vitā
eternam. ſed ecce turbatio: qꝛ anteq̄
hēant opꝫ filium ſuuꝫ moꝛi. Pꝫ ergo q̄
dicit martha martha. i. dn̄a dn̄a ſollici
ta es. ⁊ turbaris erga plurima. Moꝛa
liter. iam audiuiſtis turbationem ⁊ ſol
licitudinem virginis marie. ī hoc ipſaꝫ
imitari debemus ꝙ fit per pn̄iam ī q̄
homo habet ſollicitudinem ⁊ turbatio
nem. ſollicitudinem quia per penitētiā
acquirit̄ vita eterna. ſed turbationem
acquirit qn̄ ex ieiunio vel cilitio dolet
caput. vel ſtomachus ⁊c. Item ſollici
tudo in alijs penis vel diſciplinis qui
bus vt euadat diſciplinas ⁊ penas in
ferni. ſed turbatio quādo ſentit in coꝛ
poꝛe ictus ⁊c. Ad hebꝛ. 12. Omnis aūt
diſciplina in preſenti quidem videtur
nō eſſe gaudij ſed meroꝛis. poſtea aūt
fructū pacatiſſimuꝫ exercitatis per eā
reddet iuſticie. Diſciplina dr̄ oīs pn̄ia
⁊c. Patet hic tota actiua virginis ma.
Modo videamus de vita cōtēplatiua
virgīs marie quaꝫ habuit ꝑfectiſſime
⁊ ſignificat̄ per magdalenā. de qua di
cit euāgeliū hodiernū tria. Pꝛimū ma
ria ſedens ſecus pedes domini audie
bat verbū illius. Ecce vita cōtempla
tiua. Modo videamus iſta ſi faciunt ꝓ
virgine maria. Dicatur quō virgo ma
ria ſciebat ꝙ ieſus filius ſuus ab iſtan
ti ſue cōceptionis hūit tantā ſcientiaꝫ
q̄tam hꝫ nunc in celo. ⁊ iſta eſt doctri
na generalis oīuꝫ doctoꝝ ī theologia.
Cogitate ergo qn̄ xp̄s fuit 6. vl̄. 7. l̄. 8.
annoꝛum ꝙ virgo maria faciebat ipꝫ
ſedere in aliqua cathedra. ⁊ ipſa pone
bat ſe ad eius pedes. Cogitate ꝙ xp̄us
dicebat ſibi ꝙ poneret ſe iuxta eū. ſed
ipſa ex humilitate ⁊c. Finalr̄ dicebat
ſibi. Fili mi dicatis mihi aliqua. Rn̄ō
bat. Mater placet mihi. Quid vul
tis ꝙ dicam vobis. Et mater. Fili mi
deſidero ſcire gloꝛiam aīarum btāruꝫ
quō ſtabunt poſt veſtrā aſcenſionem.
Si erunt ad dexterā meam. ī celo vel
ad ſiniſtram. Item ſi erunt ſupꝛa an
gelos vel infra. Et ieſus. Mater mea
nec ſic. nec ſic. ſed de oībus fiet vna ꝯ
gregatio: qꝛ erit vnum ouile ⁊ vnꝰ pa
ſtoꝛ. Dicatur quō xp̄s dixit virgini ꝙ
ſunt. 9. oꝛdines ſiue. 9. platee ſm̄ ioh.
apoc. 21. Pꝛima platea aſcendēdo ē an
geloꝛuꝫ. ⁊ in iſta collocabūtur penitē
tes qui de peccatis ſuis ꝑ opa pn̄ialia
⁊c. Scd̄s ordo ē archangeloꝝ quoꝛuꝫ
pꝛiceps ē gabꝛiel. ille mater mea q̄ nū
ciauit vobis incarnationē meam. ⁊ ī
iſto hītabunt miſericoꝛdes. deuote ꝑ
ſone ⁊c. O dixit virgo maria ī tam bo
no puncto ſunt nati qui faciūt miſeri
coꝛdiam. Tertia platea ē pꝛīcipatuuꝫ ⁊
ſic de alijs reſpice ī ſermone oīum ſcō
rum qui īcipit merces vr̄a ⁊c. Cogita
te ꝙ virgo maria voluit ſcire in quo
oꝛdīe ipſa collocaret̄. Rn̄dit xp̄s. Ma
ter. qꝛ ſuper omnes eſtis dignioꝛ. iō
ſuper omnes eritis collocata ad latus
meum. ⁊ oēs tam aīe q̄ angeli veſtro
obedient imperio. Ideo de ea cātat ec
cleſia hodie pluries. Exaltata es ſcta
dei genitrix ſuꝑ choꝛos angeloꝝ ad ce

leſtia regna. alia die petijt a filio de pena dānatoꝝ ꝛ ſocietate quā habēt cū demōib⁹. Et yhs. Mr̄ mea ſicut ſūt in celo. 9. ordīes angeloꝝ ita ſūt ī inferno 9. carceres dānatoꝝ. Dicat̄ ꝯ cauea ꝯ 9. nodis ꝛc̄. Et qꝛ maius peccatū fuit in ordie ſeraphinoꝝ. idō illi q ceciderūt de illo ordie ſūt in ꝓfundiori carcer̄ ꝛ habēt mai⁹ tormentū intēſum. ꝛ ī iſto ordie uadunt blaſſamatores dei. Scōſ carcer aſcendēdo ē illoꝝ angeloꝝ q ceciderūt de ordie cherubī. ꝛ in illo uadūt īfideles ꝛ xp̄iani ī fide dubitanteſ ꝛ p̄ſumptuoſi intellect⁹ ꝛc̄. Terti⁹ carcer ē tronoꝝ. Ibi colocant̄ q uſurpant oīa bona eccl'iaſtica p ſymoniā. Quar⁹ eſt dn̄ationū. Ibi uadūt mali dn̄i ꝛ īniuſti rectores cōitatum. Quit⁹ ē ꝟtutū. Ibi collocant̄ uidicatiui ꝛc̄. Sext⁹ eſt poteſtatuū. Ibi collocant̄ īpatiētes in īfirmitatib⁹ uel ꝑduces q recipiūt malitiā ꝛ male loquūt̄ ꝯ deū. Septim⁹ eſt p̄ricipatuū ubi collocāt̄ crudeles. uſarij. latrones. ꝛ bona mortuoꝝ retinentes. Octau⁹ eſt archāgeloꝝ vbi collocātur indeuoti q nolūt audire miſſā nec ſmonē. Non⁹ eſt angeloꝝ vbi collocāt̄ īpenitētes. Ecce quō yhs ꝺclarauit matri ſue ꝛc̄. Maria ergo ſedēs ſecus pedes dn̄i ꝛc̄. O qs fuiſſet ī illo parlamēto qual' ꝯſolatio. Et alia die dixit ꝟgo maria. Fili mi ex quo ꝺclaraſtis mihi gloriā beatoꝝ. ꝛ penā dānatoꝝ. non dicetis igit̄ aliqd de purgatorio? Et ihs Imo mr̄ mea. ex quo vultis ſcire. purgatoriū hꝫ tres carceres ſm tres ꝯditiōes ꝑſonaꝝ ibi penitentiā cōplentiū. Uide ſmonē defunctoꝝ. Itē alia die dixit ꝺ pueris ſine circūciſione decedētibus. ꝛ mō ſine baptiſmo ꝛc̄. Ecce vita cōtemplatiua audire ꝟbū dn̄i. Ego mō p̄dicādo teneo vitā actiuā: ꝛ dū ſtudebā cōtemplatiuā. ꝛ vos q deuote audītis ſermonē facitis vitā cōtemplatiuā. Ergo ut dr̄ luc. xi. Beati q audiunt ꝟbum dei ꝛ cuſtodiūt illud. Secundū

opus vite cōtemplatiue beate magdalene ē. qꝛ qn̄ martha erat ſollicita de xp̄i ſeruitio dicebat magdalene ſorori ſue. Iuuetis me. ꝛ magdalēa faciebat aurē ſurdā. Ideo dixit xp̄o nō ex impatientia. ſꝫ dicit gloſa. ꝙ videbat̄ marthe ꝙ oēs de domo nō fuiſſent ſufficiētes ad xp̄i ſuitiū. Sꝫ beata magdalēa dimittebat actiua opa vt vacaret ꝯtēplatōi. Sic virgo maria ī xp̄i aſcenſiōe qn̄ vidit filiū eleuari a terra cū aīabus ſanctoꝝ rogauit filiū vt aſcēderet cū eo. Et xp̄s. Mater mea. vos ꝑ aliqͦ tē p⁹ tenebitis locū meū. ꝯſolabitis fr̄es meos ap̄l'os q in dubijs ad vos recurrent. Ex illo die vita btē marie fuit cōtēplatiua iſto mō. Nā quolꝫ die ipa viſitabat loca ſancta. Pꝛīo nazaret ī camera vbi filiū dei ꝯcepit ꝛ qūo fuit ſalutata ꝛ ꝯtemplādo ſibi̇a flebat ꝛc̄. Deīde ibat ī bethleē vbi ipm pepit. vbi venerūt reges orientis. deīn ad templū vbi 40. die obtulit eū. deīn ad locū baptiſmi. deīn ad deſertū vbi ieiunauit. deīn ad locū ſepulcri ꝛ paſſiōis. 12. annis vixit poſt xp̄i aſcenſionē. ſm alios. 24. ꝛ quolꝫ die viſitabat iſta loca. Queſtio ē hic ꝯ iſtā viſitatōeꝫ qꝛ dicit beat⁹ Ambroſi⁹ ꝙ btā maria nō erat vagabūda neqꝫ ad publicū vehemens ſꝫ ge[r]ta domi amās ſecū hītare. hoc ī libro de virginib⁹. Quō ergo dicit hyſtoria ꝙ viſitabat p̄dicta loca. Cōcordātia bona eſt iſta. ſubſtinendo vtrunqꝫ. ꝙ viſitatio erat quolꝫ die vt dicit yſtoria. ſꝫ erat ſpūal' ꝛ ꝯtemplatiua vt dicit beat⁹ Ambroſi⁹ ꝛ nō recedebat ꝺ domo ſed ibat ſpū. O bn̄dicta pegrinatio ꝛ ſine ꝑiculo. ꝺ q̄ ap̄l's ad gala. 6. Si ſpū viuimus ſpū ꝛ ambulem⁹. Dicat̄ ꝯ homīes ꝛ mulieres. qꝛ pegrinādo frāgūt ſibi collū ꝛ efficiūt̄ peiores: qꝛ alīq vadunt ꝟgines fortes ꝛ caſte ꝛ redeunt p̄gnantes. Dicat̄ ꝺ mulierib⁹ euntib⁹ romā t̄pe indulgentie ꝛ dormiētib⁹ mixti in paleis vt dixit hoſpitalaria magiſtro vincētio

vltra ꝑicula corporalia quot ſūt ꝑicula
aīaꝝ. ꝯ religioſis ⁊ clericis euntib⁹ ie-
ruſalē q nō poſſunt dicē officium neqꝫ
miſſā. Jō ſpiritual'r fiat illa ꝑegrīatio
hodie. ⁊ cottidie poteſtis ire nazaret
ad camerā vbi fili⁹ dei fuit incarnat⁹.
⁊ ſic de alijs locis. Tertiū op⁹ vite con
tēplatiue beate magdalene ē iſtud qđ
dicit thēa. Optimā ꝑtem elegit ſibi ma
ria. Ecce hic hiſtoria hodierna. Dicat̄
quō poſtq̄ trāſierūt. 12. āni. ſꝫ aliquos
24. v̄go ſemel orabat d. O fili. tot anni
ſunt ꝙ ego ſuꝫ īter iudeos ⁊. apl'i ſūt ꝑ
mūdū diſperſi. iō recipiatis me vobi
ſcū. ⁊ flebat. X̄ps dat hic exemplū in
matre ſua qꝛ vult ꝙ paradiſus arden
ter deſideret̄. Et ſtatī apparuit ei ange
lus gabriel ſalutās eā ⁊ portans ramū
palme. Et tāta erat claritas angeli ꝙ
v̄go ſubito eū non cognouit. Jō petijt
ei⁹ nomē. Ram⁹ ille ſignificat victoriā
quā v̄go maria hūit de mūdo ꝑ humili
tatē. ꝯ dyabolo ꝑ pauꝑtatē. de carne ꝑ
puriſſimā virginitatē. Dicat̄ quō petijt
duo. Primū ut apl'i eſſent ī ſua ſepultu
ra. Scđm ꝙ null⁹ dyabol⁹ foret in ſuo
obitu. Nō credatis ꝙ eos timeret ſed
abominādo. qꝛ tāta mala faciūt. Sic ꝯ
rege qui nō ꝑmittit ꝙ homo criminno-
ſus vēiat corā eo. nō ꝙ ipſe eū timeat
ſꝫ qꝛ eū aborret. ⁊ v̄go maria obtinuit
Dicat̄ quō oēs apl'i ſubito dū ꝓdicabāt
rapiebāt̄ a nube ⁊ portabant̄ yrl'm ad
domū v̄ginis. Dicat̄ quō ppl's admira
bat̄ qn̄ apl's ab eoꝝ aſpectib⁹ amoue-
bat̄ ꝑ nubē ⁊ inuenerūt ſe oēs ad por
tam v̄ginis dicentes adinuicē: q̄re cō
gregauit dn̄s ⁊c̄. Johānes q ꝑ̄io vene
rat dixit eis rōnem. ꝙ ꝑp obitū v̄ginis
marie. ⁊ paul⁹ ⁊ dioniſi⁹ fuerūt ibi. Di
cat̄ quō ꝓceſſionaliter hunc exhibuerūt
v̄gini reuerentiā. P̄rio petr⁹ ⁊ andre-
as ⁊c̄. Et v̄go ma. cū magna leticia re
cipiebat eos d. cui⁊ ſuū qđ fecerat
x̄ps fili⁹ ſuus ⁊ penas q̄s erāt paſſi. ſpe
cialiter btō paulo d. O paule ī tali loco
fuiſtis capt⁹ pro filio meo. Et dū ſic lo
queret̄ v̄go. adeſt x̄ps ſalutās matreꝫ.
Aue bn̄dicta q̄ vitā ꝯcepiſti ⁊ gl'iam in
ueniſti. Ad quē v̄go. Paratū cor meū
de⁹ paratū cor meū. in capite libri. ſ. ꝑ̄
deſtinatōis. ſcriptū eſt ꝯ me vt facerē
voluntatē dei mei. Dicat̄ quō ſalutaba
tur a ſanctis angelis ⁊ beatis q cū x̄po
venerāt. Eſt qđ hic ſi iſtud gaudiū eſt
maius alijs gaudijs. magnū fuit nūcia
tōis in quo facta fuit mr̄ dei ⁊ natiuita
tis ⁊ apparitōis ⁊ reſurrectōis ⁊c̄. Rn̄
dcat̄ per ſimilitudinē de pulcra puella
ſeu domicella q̄ multū gaudet qn̄ tra-
ctat̄ ut hēat viꝝ. maius qn̄ deſponſat̄
⁊ mai⁹ qn̄ iam deſpōſata a viro ſuo vi
ſitat̄ ⁊ plus qn̄ ſponſus mittit ſibi ioca
lia ꝑ̄tioſa. magis qn̄ ſponſo dat̄ magnū
officium ī domo regis. ſup oīa gaudet
pl⁹ ī die anūtiatōis de qua multū gaui
ſa fuit v̄go maria. Jncarca⁹ facta fue
runt ī die natiuitatis ī pergamēo v̄gi
neo ſcriptum. ſ. vteri virginis. Spōſa
lia in die appitionis in preſentia triūm
regum. Spōſus x̄ps viſitauit ſponſam
matrem ſuā in die reſurrectōis. Acce
pit officiū in curia celeſti. ſiue celi em
pirei in die aſcenſionis. Miſit iocalia ī
die pentecoſtes. Sed hodie eſt dies nu
ptiarum. qn̄ ſine dolore ⁊ pena tradi-
dit animam ſuam in manibus filij ſui.
Et miniſtri. i. angeli pſallentes ꝑcce-
debant. Et ſic adducta eſt ad domum
ſponſi ad gloriam paradiſi. Non ſolum
in anima. ſed x̄ps poſt eam ſuſcitauit.
Et in corpore ⁊ in aīa viuit ⁊ regnat
in eternum. Ergo optimam partē ele-
git ſibi maria. Dicatur hic moraliter
quomodo quilibꝫ debet deſiderare iſtā
gl'iam. Nō. n. ſumus ut beſtie q̄ reſpici
unt ſoluꝫ terrā. ſed deus fecit nos re-
ctos. ut paradiſum deſiderem⁹. Jdeo
dauid. Quēadmodum deſiderat cer.
ad fontem. ⁊c̄. Am̄.

¶ Jn feſto beati bartolamei apl'i.

V Os amici mei eſtis: Jo. 15. Sic
totum officiū ⁊ ſolēnitas hodi-
erna ē bti bartolamei. ita erit
⁊ ſmo noſter. Et ſi placet deo hēbim⁹
bonas doctrinas ad inſtructionē vite
nr̄e ⁊ iformationē aiaꝝ. Sꝫ prio ſalu-
tet vgo maria. Cōiter oñdit in eccl'ia
⁊ declarat ꝙ iter oēs ſcōs q fuerunt a
pricipio mundi. ſūt. ⁊ erūt. maiores in
ſcitate. excellentiores. ⁊ magis illumi
nati fuerūt apl'i. pria. ſe. q. 106. ar. 4.
Et eſt bōa rō: qꝛ quilꝫ xp̄ianus idubie
credit ꝙ xp̄s eſt pricipiū fontale totius
ſcitatis ⁊ ꝑfectionis. Jō q̄to ſancti ſi-
ue precedētes xp̄m ſiue ſequentes fue
runt xp̄o ꝓriores. tanto fuerunt ſan-
ctiores digniores ⁊ excellentiores qꝛ
erant iuxta principiū fontale toti⁹ ſan
ctitatis. Et qꝛ apl'i ſit' fuerūt cū eo ſtan
tes. cōedētes. bibētes. ambulātes ⁊c̄.
iō maiorē ſcitatē hūerunt. Dicat hic ꝙ
ordinatio mūdi eſt ſm digitos manus
quoꝝ medi⁹ eſt longior. Cogitate ꝙ di
git⁹ longior ē plētudo tp̄is i quo ut dic̄
paul⁹ ad gal. 4. Miſit de⁹ filiū ſuū ⁊c̄.
qꝛ tūc credit mundū fuiſſe pleniorem
hōib⁹ q̄ vnq̄ fuerit. Et prio i princi
pio mūdi fuerūt patriarche ſci ⁊ ꝑfe
cti. deīde ꝓphe. Et qꝛ erant iā xp̄o pro
pinquiores. iō ſanctiores. in tm̄ ꝙ dixit
de⁹ exo. 6. Ego de⁹ q apparui abraam
yſaac. ⁊ iacob. ⁊ nomē meū adonay nō
indicaui eis. ſ. patriarchis. Nota nomē
meū adonay. i. eſſentie ⁊ prouidentie.
Et iter ꝓphas iohānes fuit ſanctior qꝛ
fuit circha principiū fontale xp̄m quē
digito oſtendit. ⁊ ipſum baptizauit. In
tantum ꝙ d̄ eo dixit xp̄s Luc. 7. Inter
natos mulierū ⁊c̄. Et loquitur de pa-
triarchis ſanctis. Nō credatis ꝙ maiō
ſit apoſtolis. ſed ꝓphetis ⁊ ſanctis ve
teris teſtamēti. qb⁹ a xp̄o ꝯparat qñ di
xit. Int natos ⁊c̄. Propter hoc dr̄ luc.
7. Dico. n. vob maior iter natos mł'ieꝝ
ꝓpha iohāne bap' nemo ē. Pꝫ ergo ꝙ
ꝯpabat ꝑmis ſcis. Deiñ venit pncipiū
fontale toti⁹ ſcitatis xp̄s ih̄s. Et illi q
cū eo fuerūt cōedentes ⁊c̄. receperunt
maiorē dignitatē. claritatē. ſcitatē ⁊c̄.
Jō apl'us ad ro. 8. Nos ipſi p̄mitias ſpi-
rit⁹ hn̄tes. glō. ſ. tpe pri⁹ ⁊ ceteris ha
bundāti⁹. Deiñ venerūt martires ſci
⁊ bñdicti. ſꝫ nec in tāta ſcitate vt apl'i
deiñ ꝯfeſſores ⁊c̄. Ex iſta rōe iohānes
q fuit antiqu⁹ ſcūs xp̄o fuit ꝓpinqor ⁊
ꝯuenienter ſāctior fuit ſingl'r amicus
xp̄i Jo. 3. Amic⁹ ſpōſi. ſ. iohānes. q ſtat
⁊ audit gaudio gaudet. Et apl'i d̄ donis
ſcitatis fuerūt p̄mi ⁊ ſimul cū xp̄o. fue
runt ſanctiores ⁊ magis amici xp̄i. Et
dic̄ ph̄us ꝙ amic⁹ ē alter ipē. Jō dicit
xp̄s ad apl'os thema. Uos amici mei
eſtis. Patꝫ thēa. Mō reſtrīgendo iſtā
materiā vniuerſalē d̄ oīb⁹ apl'is ad b.
bartholomeū. inuenio ꝙ pp̄ tria hūit
aicitiā dei. q̄ tria ſi volum⁹ hr̄e nos eri
mus ſibi ſimiles nō dico equales.
Primū eſt ſpūalis orō.
Scdm̄ vniuerſalis ſubiectio.
Tertiū martirialis afflictio.
Propt qō dic̄ xp̄s b. bārtolomeo ſingl'r
⁊ nob generalit. vos āici mei eſtis.
Dico prio ꝙ b. bartolame⁹ hūit aicitiā
ſpecialem cū xp̄o ꝑ ſpūalem orōnē. Rō
reſpiciēdo. coloquēdo. ⁊ ꝯuerſādo āici
tia ⁊ amō generat int duas ꝑſōas. Iſta
tria fiūt i deuota ⁊ ſpūali orōe i q̄ prio
rſpicit ⁊ ꝯtēplat xp̄s a capite vſqꝫ ad pe
des. Prio caput ſpinis corōatū. aures
vituꝑatas ꝑ blaſſemias. maxillas cola
phizatas. man⁹ eleuatas ⁊ ſic d̄ alijs Et
ſic amō itrat i cōde rētrādo tātā pulcri
tudinē nr̄i redēptōis ſic d̄turpatā ⁊c̄.
Scdo colloq̄ndo. rōcinādo. dicēdo dn̄e
pc̄catis mihi. ego ſū i tali pcō ſiue d̄fe
ctu. iō dn̄e iuuetis me. ⁊ ſic itrat amō
Tertio ꝯūſādo. ꝯtēplādo qūo xp̄s ſedet
i mēſa eternitatis. dormit cū eo ꝯtēplā
do requiē xp̄i. Iſto mō hētur aicitia cū
xp̄o ꝓū. 22. Qui diligit cōdis mūditiā
pp̄ grām labioꝝ ſuoꝝ hēbit aicū regē.
Mundicia cordis eſt ſeparari a mun

danis negotijs. ⁊ orõni ⁊ cõtemplatõi
vacare. Ita fecit b. bartholomeꝰ. Au-
dite ſingłia de eo qđ ď nullo alio legiť
Ita erat deuotꝰ ꝙ dicit hiſtoria ꝙ ora
bat centies flexis gẽibꝰ ꝑ diẽ ⁊ centies
ꝑ noctẽ. Si ergo ex orõne conſeqť xp̄i
amicitia ergo ⁊c̄. Sꝫ q̄uõ ĩtelligiť ꝙ cẽ
ties ĩ die ⁊c̄. Dico ꝙ ſic ĩtelligiť. Ná. x.
excellẽtie legūť de deo. ĩ ſubſtãtia tri
nus. ⁊ vnꝰ. ſ. Potẽtia. Sapiẽtia. Boni
tas. Creatio. Gubernatio. Redẽptio.
Glĩficatio. Cõdemnatio. Purificatõ. ⁊
iudicatio. Et quelꝫ iſtaꝝ excellentiaꝝ
hꝫ. x. effectꝰ ⁊. x. decies ſūt. c. ꝑꝑ iſta cẽ
ties ĩ die flectebat gẽua. Dicať pratica
q̄uõ priꝰ ſignabat ſe. ⁊ oñde ſignare aſ
ſignãdo rõnes. Deiñ contemplabať pri
mū effectū potẽtie dei totū mundū ſub
ſtinẽtis ⁊ poſt dicebat orõnẽ a xp̄o ordi
natã. ſ. pr̄ noſter. ⁊ poſt ſurgebat. deiñ
iteꝝ flectebat genua ⁊ ſignabat ſe: qꝛ
crux xp̄i clauis ẽ ꝑadiſi ⁊ ſicut q̄ vult
camerã ĩtrare oꝫ aperiř ⁊c̄. Ita ď celo
⁊ cogitabat. Scđm eſt ꝙ oẽs creature
ſūt nihil reſpectu dĩne maieſtatis. ⁊ pꝰ
dicebat pr̄ nr̄. ⁊ ſic de alijs ⁊c̄. Ecce q̄
re dicebat ⁊c̄. Si ergo ex ſpūali orõne
creatura põt aſſeq̄ xp̄i aĩcitiã. ⁊ beatꝰ
bartholomeꝰ ⁊c̄. poſſumꝰ dicẽ ꝙ ẽ ami
cus dei. recordãs de xp̄i ṽbo. Oportet.
ſuple q̄ vult cẽ aĩcus dei. ſemper orare
ſ. mane ⁊ ſero. ⁊ nõ ďficere. Moralr̄ nõ
oꝫ nos orare centies ĩ die. ſed decies ď
die. ⁊ decies ď nocte. nõ curãdo ď effe
ctibꝰ illiꝰ ſed ꝯtemplando illas. x. excel
lẽtias. Prĩo ſignãdo ſe ⁊ purificãdo cor
cogitãdo potentiã ďi q̄ de nihilo cũcta
creauit. Et qñ ſenties cordis dulcediꝫ
dicas pr̄ noſter ⁊c̄. Scđo cogitãdo eiꝰ
ſapientiã q̄uõ oĩa ſcit ⁊ videt ⁊ nihil la
tet eū nec abſcõdet. ⁊ ſic dicať ſm pr̄
noſter. Tertio ĩ bonitate: qꝛ q̄cquid fe
cit amore hominū fecit. qꝛ ip̄e nõ ĩ indi
gebat celo nec t̄ra. ⁊ ſic de alijs. Quar
to creationẽ oĩum ĩ diuerſis gradibꝰ ⁊
generibꝰ. Quĩto gubernationẽ q̄uõ ꝓ

uidet oĩbꝰ de victu veſtitu ⁊c̄. nec de
ficit nec ſuꝑeſt in capite ãni. Sexto re
dẽptõꝫ: qꝛ ne aliquis credẽs ⁊ obediẽs
ſuſpendať in furca ĩferni voluit ſuſpẽ
di ⁊c̄. Septĩo glĩficationẽ in aĩa ⁊ cor
pore beatis ĩ die iudicij. Octauo cõdẽ
nationẽ. cū q̄to rigore damnat ĩpenitẽ
tes ⁊ venit timor cordis ⁊c̄. Nono pu
rificationẽ aĩaꝝ ĩ purgatorio. Decimo
iudicatõnẽ iudicij gñral' ĩ quo erũt bõi
ad dexterã. mali ad ſiniſtrã ⁊c̄. Ecce q̄
re de ſcĩs ꝑdicanť ṽtutes ut recipiãť ĩ
exẽplum. Iõ dauid ĩ p̄s. 65. Bñdictus
deꝰ q̄ non amouit orõnem meã ⁊ miſi
cõdiã ſuã a me. glõ. auguſtini. Nõ am
moueať a te orõ tua. ⁊ non ãmouebiť
a te miſicordia diuina.

Dico ſecũdo ꝙ ⁊c̄. ꝑ vniuerſalẽ ſubie
ctionẽ. qꝛ oĩbꝰ p̄ceptis dei fuit obediẽs
Ideo dr̄. ioh. 15. Uos aĩci mei eſtis ſi fe
ceritis q̄ ego precipio vob ⁊c̄. Si dicať
ꝙ fuit obediẽs. x. p̄ceptis nõ eſt magna
laus. qꝛ oẽs teneñť obedire. Sꝫ ipſe fu
it obediẽs. x. p̄ceptis ⁊ cõſilijs ⁊ etiaꝫ
mãdatis apl̄icis que oĩa ſuauit. Prece
pit xp̄s apl̄is ⁊c̄ d. illõ. Mar. vlt. Eun
tes ĩ mundū vniuerſuꝫ ꝑdicate euãgeli
um oĩ creature. vbi xp̄s oñdit locum
vbi eſt ꝑdicañ. ſ. ĩ mundū vniuerſum.
Nõ ſolū in vna villa vl' ciuitate vel ꝓui
cia. Recte oñdit eis modū quẽ teneť ſol
q̄ qñ exit illumiat. calefac̄. ⁊ fac̄ fructi
ficare totū mũdū. nec q̄ſcit ĩ vno loco
⁊c̄. Scđo oñdit materiã ꝑdicandã duꝫ
dicit euãgeliū nõ dicit ṽgiliū. dantẽ.
ſeu ouidiū. qꝛ poete dãnati ſūt. iõ coꝝ
doctrĩe neminẽ ſaluãt lꝫ auribꝰ place
ant ⁊c̄. Si dicať. Et nūq̄d nõ poſſumꝰ
ꝑdicare vetꝰ teſtamentū: qꝛ dicit ꝑdica
te euãgeliū. Reſpõdeo ꝙ q̄ ꝑdicat bibli
am non ꝑdicat niſi euangelium. qꝛ ve
tꝰ teſtamentū nihil aliud ẽ q̄ꝫ euãgeliū
figuratū. ⁊ nouū teſtamẽtū expreſſatū
Et iſta ſūt ṽba dei q̄ cõuertũt gẽtes ⁊
tãgunt corda. Iõ apl'us ad ro. prĩo. Nõ

erubeſco p̄dicare euāgeliū.ſ. figuratū
vel expreſſatū. virt⁹.n. dei ē ī ſalutē oī
credēti. Tertō oñdit pſōas qb⁹ ē p̄dicā
dū.ꝙ oī creature ñ ſolū xp̄iāis ad ꝯſo
lādū aīas.ſ; ēt ꝯuerſis iudeis agarēis
q2 virtus dei ē ī ſalutē oī credēti. Jſtō
p̄ceptū optie ſeruauit b.bartolameuſ.
Dicaſ qūo ī receptiōe ſpūſſci incepit p̄
dicare in ierl'm vbi multos ꝯuertit de
iudeis ꝑ iudeã.⁊ ſic p̄dicādo iuit quo
uſq; ꝑuenit ad vltimā idiā. Secundu;
p̄ceptū xp̄i ad ap̄los fuit de bellando.
O in q̄li bello ibant ap̄l'i. Moderni p̄di
catores uenerūt tp̄re pacis ⁊ p̄dicant
īter xp̄iāos.ſ; ap̄l'i īter īfideles ⁊ phos
p̄dicabant doctrinā altiſſimā nouā. ſic
de trinitate īcarnatōe.de xp̄i paſſiōe.
de ſacramēto altaris diſputātes cum
phis ⁊c̄.militabāt ꝯ nã; q̄ dat īfirmita
tes.ꝯ demōes.⁊ ꝯ mōtē.ſuſcitādo mō
tuos.curādo īfirmos.expellēdo demo
nes Mat.x. hos xp̄s miſit p̄dicare īfir
mos curare.mortuos ſuſcitare. lepro
ſos mūdare.demōes eicē Mat.io. Ad
p̄aticā de bello b.bartolamei. Poſtꝗ̄
p̄dicauit de trinitate.ſ.ꝙ ē vn⁹ deus ī
eſſentia.⁊ trin⁹ ī pſonis. ſtatī phi ꝯ.mł
tiplicatis ſuppoſitis.i.īdiuiduis neceſ
ſe ē vt eſſentie multiplicētur B.barto-
lame⁹ rñdebat d. De hoc verū ē ī crea
turis ſed ñ ī creatore.ad quē phi nō ꝑ-
uenerūt. Et ad ꝓbañ ſuſcitabat vnu;
mortuum d. Sic̄ tres pſone diūe ſunt
vn⁹ de⁹.ita aīa corp⁹ ⁊ vita ſunt vnu;
ī te.ſurgas. Et mortu⁹ ſurgebat. Jde;
poſtꝗ̄ p̄dicauerat de īcarnatōe phi.ꝯ.
Nā īfiniti ad īfinitū nulla ē ꝓportio. re
gula ē phīe.8.phiſi. Cū ergo p̄mū p̄n
cipium ſit īfinitū ⁊c̄. Rñdeo ꝙ infiniti
ad finitū nulla ē ꝓportio eq̄litatis vł
mēſurabilitatis.ſ.ꝑ mēſurā vel eq̄lita
tem.ſ; ē ꝓportio cauſalitatis. Et h̄ eſt
neceſſe: q2 p̄mū p̄ncipiū īfinitū ē cā fi
niti ⁊c̄. Ad ꝓbañ iſtā veritatē curabat
leproſu; vel ſurdū ⁊c̄. Jdē de paſſione
ne ſibi credētes ⁊ obediētes ſuſpende

rētur ī furcha īferni. Phi ꝯ. Fruſtra
fit ꝑ plura ꝙ pōt fieri ꝑ pauciora. Cum
ergo de⁹ ſolo v̄bo poſſet ſaluare totu;
gen⁹ hūanū.qd o; eū ⁊c̄. Rñdeo ꝙ re-
gula h; v̄ū ⁊c̄. Fruſtra fit ꝑ plura ⁊c̄.
ſi ita bñ fiat. Et ad ꝓbañ h̄ curabat mu
tū. Jdē ꝺ ſacramīto altaris qꝺ fuit ma
gne difficl'tatis ad credeñ phis dicēti-
bus ꝯ. Loc⁹ ⁊ locatū debēt ꝓportōari
vt p;.4.phiſic. Rñdebat h̄ v̄ū ē nał'r.
ſ; iſtō ē ſupra nã; Ad ꝓbañ h̄ curabat
īfirmū ⁊c̄. Patēt bella q̄ xp̄ſ tāgit ī dcā
aucte. Mat.io. hos miſit xp̄s. Tertiū
p̄ceptū fuit ꝺ pauptate Mat.x. Nolite
poſſidē aur̄.neq; argētū.neq; pecūia;
ī zonis v̄ris.ñ perā ī via.neq; duas tu
nicas.neq; calciamēta.neq; virgā. cu;
iſta pauptate ꝯv̄tebāt gētes. Dicebāt
eñī gētes.nihil volūt iſti a nob̄ ⁊c̄. Di-
caſ hic miraculū ꝙ fecit ī idia de cura
tiōe filie regis a demōio.⁊ qūo rex mi
ſit ſibi tot.⁊ nihil voluit. Dicaſ qūo ꝯ
uertit regē ⁊ oēs de illa ciuitate. Ecce
bellū ſuū. Jta ſi nos mō eſſem⁹ boni.⁊
ñ diligēmus tm̄ bona tp̄alia.nō ſolum
xp̄iani ſed īfideles ꝯuerterēſ. S; quia
ſum⁹ male vite.ñ ſolū īfideles ñ ꝯuer-
tūtur.ſ; xp̄iāi ꝑdūt fidem.

Q Dico tertio ⁊c̄. Per mirabilē afflictōe;
Per martiriū.n.hō acqrit aīcitia; dei
Judit.8. Pr̄ nr̄ abraā tēptatus ē ⁊ per
multas tribulatōes ꝓbat⁹ dei amicuſ
effectus ē. Nō.4.martiria b. bartolōei q̄
ponūtur a quatuor autēticis doctorib⁹
Dicaſ qūo p⁹ cōuerſionē polemij regiſ
aſtiages fr̄ polemij miſit mille hoies
armor̄ ad capieñ b. Bar.⁊c̄. Primum
martiriū qꝺ ſibi dedit fuit fuſtibus ce
ſus ita fortiter ꝙ miraculū erat ꝙ nō
moriebaſ ī quolibet ictu. Dicebat ih̄s
ay ih̄s ay ih̄s ay. Optia medicia ē iſta
Jſtud tormētum ponit b. Ambroſius.
Scōm tormētū ad maiorē ſui penā fuit
crucifixus v̄ſis pedib⁹ in altū. Et iſtud
ponit magr̄ dorotcus. Tertiū tormētū
fuit. Poſtꝗ̄ fuit a cruce depoſitus fuit

excoꝛiatus. Cogitate penam. Iſtud toꝛ
mentū ponit theodoꝛus. In tantum ꝙ
dicūt aliq ꝙ cū pelle ī collo pdicabat.
Quartū toꝛmētū ē ꝙ fuit decapitatus.
Iſtud toꝛmentum ponit hiſtoꝛia. Si er
go ex martiriali afflictione quis efficit
amicus dei. ergo ꝛc. Moꝛaliter ſi volu
mus intrare paradiſum opoꝛtet ꝙ in
his quattuoꝛ toꝛmentis ſimus ſimiles
b. Bartolomeo. Primo ꝙ ſimus bacu-
lis ceſi. Dicatur de quolibet ſtatu. Qn̄
aliquis ī aliquo ſtatu ꝯuertitur ad deū
⁊ incipit bonam vitaꝫ. ſtatim veniunt
percuſſiones deriſionum ꝛc. 2. tim. 3.
Omnes qui pie volūt viuere ī xp̄o ihu.
perſecutionem patiētur. Sc̄do vt ſim⁹
crucifixi. Crux ſignificat pn̄iam quam
debemus ſubſtiere: Ad gal. 5. Qui xp̄i
ſunt. carnem ſuam crucifixerunt cuꝫ
vicijs ⁊ ꝯcupiſcentijs. Tertio vt ſimus
excoꝛiati. Si habetis pellem leoninam
ſuperbie ⁊ vāitatis humiliemini. Idē
de auaris ſi habent pellem vulpinam
excoꝛiari. reſtituendo vſuras. Doloꝛ ē
ſi oꝫ reſtituere vſuras. Job. 2. Pellem
ſcilicet male vite. vſure luxurie ꝛc. ꝑ
pelle. ſ. anime. ⁊ cuncta que habet hō
ſcilicet ſubſtantiaꝫ. dabit pꝛo aīa ſua.
Quarto opōtet decapitāi. Caput vnde
venit omne malum eſt ſuperbia ⁊ pre
ſumptio. quando homo pꝛeſumit ⁊ ſu
perbit de uanitate ſua. ſcientia. vel ī-
gēio ꝛc. oꝫ decapitari. Eccl'ci. x. Initiū
oīs peccati ē ſupbia. Rogemus ergo
deum. Amen.

¶ In feſto beati Auguſtini confeſſoꝛis.

Ucerne ardentes in manib⁹ ve
ſtris. Uerbum iſtud hēt textua
liter luc. 12. Et officialiter ī euā
gelio pꝛeſentis ſolēnitatis. Sicut ſcitis
hodie per totū mūdum fit feſtum illi⁹
magni ⁊ gloꝛioſi doctōis btī auguſtini
ep̄i. etiaꝫ de eo erit pn̄s ſermo noſter.
maxime quia ſi placet deo. ī ſua bona
vita inueniemus multas bōas mās ſpe
culatiuas ⁊ moꝛales. Sed vt deus det
nobis ſuam gratiam abundantiſſime.
ſalutetur pꝛius virgo maria. Pꝛo bꝛe
ui declaratiōe verbi ꝓpoſiti ⁊ materie
pꝛedicāde. ſciēdū ꝙ in ſacra ſcriptura
virtutes infuſe qbus deus doctoꝛ vtu-
tum ſcīficat animas humanas. dicun
tur lucēne ardentes. Rō. quia ſicut ca
mera obſcuꝛa ⁊ tenebꝛoſa illūinat ⁊
pulcrificatur lucernis ardentibus. ſic
cameꝛa cōſcie humane illuminatur ⁊
pulcrificatur ꝯ tenebꝛas ⁊ turpitudīeſ
peccatorum virtutibus a deo infuſis.
Quādiu autem homo eſt in peccatis ⁊
mala vita. camera cōſcīe eſt obſcuꝛa ⁊
tenebꝛoſa. Sed quando de⁹ accēdit in
ea lucernas virtutum. tunc efficitur
clara ⁊ pulcra. ⁊ de⁹ vult inhabitare.
Prouer. 8. Delitie mee eſſe cū filijs ho
minum. ſ. in cōſcientijs illuminatis.
Sicut verbi gratia cōſcientia perſone
vane ⁊ pompoſe ⁊ ſuperboſe tenēbꝛoſa
eſt. ⁊ habitatio demonum. ſed quando
placet creatoꝛi ꝙ illuminatuꝛ luceꝛna
virtutis humilitatis coꝛdial'. dimittē-
do pompas ⁊ vanitates. tūc eſt pulcꝛa
⁊ clara ⁊ hītatio dei. Itē ō p⁹ auara.
cameram conſcientie habet obſcuraꝫ
plenam puluerībus. quia non curat ni
ſi de terrenis bonis. ſed quando in ea
accenditur lucerna virtutis pauperta
tis ſpiritualis efficitur pulcra. qꝛ licet
habeat multas pecūias de bono iuſto.
non ponit in eis ſpem nec coꝛ. ſed ma
nus recipiendo neceſſaria. alia diſtri-
buit ꝛc. Item pſona luxurioſa. cameꝛa
eius cōſcientie nō ē niſi domus poꝛco
rum. ſed quādo a deo accenditur luceꝛ
na virtutis caſtitatis cōpoꝛalis ē claꝛa
⁊ pulcra ꝛc. Idem de pſona inuidioſa vt
habeat officium. regimē ꝛc. eius ꝯſcīa
ē camēa dyaboli: qꝛ vt dr̄ ſapi. 2. Inui
dia dyaboli mōs īrauit in oꝛbē terꝛa
rum. Sed qn̄ accendit̄ luceꝛna virtu
tis dilectiōis fraternal'. efficitur pl'cꝛa
⁊ clara. Idem de pſona guloſa exceſſi
ue comedēdo. ⁊ bibēdo. ieiunia eccl'ie

frangendo. iã pranſi miſſam audiendo
ſed qñ accendit lucerna virtutis abſti
nentie virtualis ꝛc̃. Idẽ de perſona ri
xoſa qñ nõ vult remittere iniurias. ſed
tꝫ odiũ in corde cũ deſiderio vindicte.
ſed qñ accẽdit lucerna virtutis patiẽ
tie. camera eius efficit clara ꝛ pulcra
Quia ſicut deus nr̃ ꝛ rex ihs. chriſtus
fuit patiẽs ĩmittẽdo ꝛc̃. q̃to magis nos
q ſumus vermes ꝛc̃. Idẽ de ꝑſona acci
dioſa. lꝫ. n. laboretis ad ꝯgregãdũ bõa
ſpũalia. ſ. virtutes ꝛ merita. accidioſi
eſtis. Sed mõ illi qui laborãt ꝑ bonis
terrenis ꝯgregãdis. diligẽtes dicunt.
qui aũt ĩ bonis ſpũalibus negligẽtes
dicũtur. ſed ĩ fine patebit qñ tales ve
nient corã xp̃o. ꝛ nullũ lucrũ portabũt
mittẽtur per xp̃m ad hoſpitale miſero
rũ ad infernũ. ſed qñ accẽditur lucer
na v̄tutis diligẽtie ꝛc̃. Patet ergo rõe
ꝙ virtutes infuſe quibus iuſtificãtur
dic dñt lucerne ardẽtes. Auctoritas
allegorice. dixit deꝰ pater filio ſuo ieſu
xp̃o exo. 25. Facies lucernas. 7. ꝛ pões
eas ſuper candelabrum mentis huma
ne vt luceant ex aduerſo. Ad litteram
fuit dictum moyſi. allegorice xp̃o. 7. lu
cerne ſunt. 7. virtutes predicte. Nõ fa
cies lucernas. i. virtutes. 7. qꝛ ipſe xp̄s
facit eas in anima ꝑ infuſionem. Ideo
dauid vocat xp̃ꝫ dñꝫ virtutum. pſ. 23.
Dñs virtutum ipſe eſt rex glorie. ꝛ po
nit eas ſuper candelabrum mentis hu
mane. Nota vt luceant ex aduerſo. qꝛ
cõtra peccatuꝫ ſuperbie ſuple ex oppo
ſito lucet lucerna humilitatis. ꝯ pecca
tum auaricie. lucerna ſpũal' pauptatis
Cõtra peccatum luxurie. lucerna caſti
tatis. Contra peccatum inuidie lucerna
caritatis. Cõtra peccatũ gule. lucẽna
abſtinentie. Cõtra peccatũ ire. lucerna
patiẽtie. Cõtra peccatũ accidie lucẽna
diligẽtie. De huiuſmodi virtutibus lo
quor ego in themate beato auguſtino
d. Bte auguſtine. Lucerne ardẽtes. ſu
ple ſunt in manibus veſtris. Nõ dicit
ſolum in auribus. nec in oculis. nec ĩ
ore. ſed in manibus. quia multi habẽt
predictas virtutes ſolum ĩ oculis legẽ
do virtutes. quia ſunt apti ꝛ ſcientes.
ſed eorum vita eſt vicioſa ꝛc̃. Alij ha
bent predictas virtutes ſolum ĩ labijs
eas predicãdo ꝛc̃. ſed eorum vita ẽ ſcã
daloſa. De iſtis dicitur. lucerne arden
tes in oculis veſtris vel in labijs vr̃is
Alij habent virtutes ſolum in auribꝰ
vt vos modo ꝛ illi qui audiunt ſermo
nes. ꝛ audito ſermone nihil ponunt ĩ
opere. Iſtis dicitur. lucerne ardentes
in auribus veſtris. Non ſufficit habe
re virtutures in oculis nec in labijs.
nec ĩ auribus. ſed ĩ manibus. ſcilicꝫ ꝙ
ſicut legunt. audiunt. vel predicant.
ita ſeruent ꝛ faciant opere. Et quia
ita fecit beatus auguſtinus. Ideo iterꝫ
poſſumus ſibi dicere lucerne ardẽtes
in manibus veſtris. ideſt virtutes ani
mam pulcrificantes. non ſolum in ocu
lis contemplando. nec ĩ auribus audiẽ
do. nec in labijs predicando. ſed in ma
nibus opere ſeruando. Et poteſt verifi
cari õ eo vna prophetia zacharie quẽ
angelus ſuſcitauit a ſomno d. zach. 4.
Quid tu vides. Et dixi. Vidi ꝛ ecce cã
delabrum aureum totũ ꝛ lampas eius
ſuper caput ipſius. ꝛ ſeptem lucerne
eius ſuper eum. Nota candelabruꝫ au
reum totum eſt beatus auguſtinus.
Alij doctores dicuntur lucerne. Nota
nemo accendit lucernam ꝛ in abſcon
dito ponit nec ſub modio. ꝛ ad litterã
chriſtus vocat quemlibet doctorem lu
cernam. ſed ſuper candelabrum. ſ. bea
tum auguſtinum. quia audeo dicere ꝙ
omnes doctores qui venerunt poſt eũ
ſuſtentantur ſuper eiꝰ doctrinam ſan
ctam. puram. catholicam auri puriſſi
mi. ſine errore falſarum opinionum.
Et quilibet doctor eſt contentus ad ꝓ
bandum dictum ſuum ſi põt hẽre vnã
auctoritatẽ beati auguſtini Nõ. Et lã
pas eius. ſ. ſapientie ſuper caput eius

ꝛ. 7. lucerne ei⁹. i. 7. v̄tutes q̄s hūit
ꝯ. 7. peccata moꝛtalia de q̄bus nunc
volo pꝛedicare.

Pꝛima ē humilitas.
Secunda paupertas.
Tertia caſtitas.
Quarta caritas.
Quinta abſtinentia.
Sexta patientia.
Septima diligentia.

Pꝛia ei⁹ virtus ē hūilitas: qꝛ ī eo fuit
maxia v̄tus: qꝛ dicit apl's. i. ad coꝛ. 8.
ꝙ ſciētia inflat. Cū ī aliqua villa l' comi
tatu eſt aliq̄s doctoꝛ famoſus tot⁹ eſt ī
flat⁹ vento ſupbie. Sed beat⁹ auguſti
nus ī toto oꝛbe famoſiſſimus ꝛ maxi'
oīu3 ſciuit ſe humiliare. Cū aūt adhuc
eſſet puer fuit ita ſubtil' ꝛ īgenioſus. ꝙ
p ſe ſine magr̄o didicit. 7. artes libe
rales pꝛo q̄bus mō vnus hō īdigeret.
7. ānis ad ſciēdū. tn̄ cū toto hoc habe
bat coꝛ hūile. nemīnē deſpiciebat. nec
diſputādo aliq̄3 ꝯfundebat. Ex iſta hūi
litate oꝛonib⁹ matris fuit ꝯuerſus: qꝛ
p. 30. annos fuit de erroꝛe māicheoꝝ.
poſt ꝯuerſionē nolebat hītare ī citati
bus nec villis: qꝛ erat ita famoſus ꝙ ti
mebat vanagloꝛiā. ſed ſtabat in domo
extra citatē ī poſſeſſionib⁹ ſuis. Unde
cātat eccl'ia. Poſt moꝛtē mr̄is reuerſu'
eſt auguſtin⁹ ad agros ꝓpꝛios vbi cū
amicis ꝛc̄. Valeri⁹ aūt ep̄s yponenſis
audita ſua fama. cupiebat eū habere ī
ſua eccl'ia. Eodem tp̄e ī citate yponēſi
erat q̄dam magnus diues vſarius ꝛ
male vite q̄ miſit auguſtino ꝙ ad eū
accederet. vt v̄bum ex oꝛe ſuo audiret
ꝛ ſeculo renūtiaret: Pꝛopter qḋ augu
ſtin⁹ illuc ſtati iuit. hoc ſciens valeri⁹
ep̄s retinuit eū. ꝛ l3 īuitū in pꝛeſbiterū
oꝛdīauit. qꝛ ad tm̄ officiū ſe īdignū re
putabat d. O miſer. Et nūquid os meū
eſt dignum aperire celum. ꝛ manus
mee tractare xp̄m dn̄m meū. ꝛ coꝛp⁹
meū vt ſit xp̄i ſepulcrū: Sed hodie oꝛdi
nant iuuenes q̄ nō habēt etatē. nec ſci
entiā. nec v̄tutes. nec ꝯſcientiā. nec
deuotionē. ſ3 ribaldi luxurioſi ꝛc̄. ꝛ vo
lunt oꝛdīari ꝛc̄. Nunquā b. Frāciſch⁹
voluit oꝛdinari ex quo fuit dyacon⁹. ſ3
dixit. ſufficit ex quo ſum dyacon⁹. non
reputo me dignū ad officiū ſacerdotij
cū tn̄ fuiſſet ſanctiſſim⁹. Idem de bt̄o
laurētio ꝛ vicentio ꝛc̄. Qui ſtati poſt
q̄3 fuit cleric⁹ monaſteriū clericoꝝ inſti
tuit ꝛ incepit viuere ſc̄m regulā ſub ſā
ctis apl'is ꝯſtitutā. Et valeri⁹ ep̄s pote
ſtatē auguſtino tribuit: ut ꝯ moꝛē oꝛiē
talis eccl'ie coꝛā ſe ī eccl'ia pꝛedicaret
Unde cū multi ep̄i de hoc murmura
rēt. De hoc valeri⁹ nō curabat dūmō
per eū fieret qḋ p ſe fieri nō valebat.
Cepit aūt beat⁹ valeri⁹ foꝛmidare ne
ab eo beat⁹ auguſtin⁹ tolleret. ꝛ ab
alia citate in ep̄m peteret. Impetrauit
aūt ab archiep̄o ut ip̄e cederet. ꝛ aug.
yponēſi eccl'ie in ep̄m ꝓmoueret. S3
cū hoc aug. oīo recuſaret. ꝯpulſus tn̄
ꝛ coact⁹ ſubſtiuit. al' ſuccubuit. ꝛ ep̄a
tus curā ſuſcepit. Rō recuſatōis erat
qꝛ antiqui ſancti ꝛ ep̄i pl⁹ curabāt de
aīabus q̄3 de reditib⁹. Mō eſt oppoſitū
qꝛ nō ꝯſiderāt piculū aīe ſ3 pōpā mun
di ꝛ vanitatē. Non ſic aug. q̄ optime re
coꝛdabat̄ d illa auctoꝛitate. Sapi. 6. Iu
diciū duriſſimū in his q̄ pſunt fiet ꝛc̄.
Ecce pꝛia virt⁹.

Scd̄a fuit paupꝛtas ſpūalis. L3. n. ep̄at⁹
fuiſſet magn⁹. paꝝ tn̄ expendebat p ſe
nō curādo de illa iuridica auctoꝛitate
q̄ dicit ꝙ de reditib⁹ ep̄atus debēt fie
ri tres ptes. Pꝛia p eccl'ijs reparādis
Scd̄a p pauperib⁹ ſuſtentādis. Tertia
p ſe. Imo d. c. ptibus aug. vix retine
bat vnā p ſe qꝛ ſimpl'r erat īdut⁹. Me
li⁹ īduit̄ mō vn⁹ cleric⁹ ſimplex ſiue bn̄
ficiat⁹. q̄3 tūc vn⁹ ep̄s. Et ſi aliqn̄ ciues
faciebāt ſibi vnā veſtē p̄cioſam recipie
bat eam ꝛ vendebat. ꝛ poſtea eme
bat ſibi aliam rudem. ꝛ alias pecuni
as dabat paupib⁹. Ip̄m. n. dixiſſe legit̄
Fateoꝛ de pꝛetioſa veſte erubeſco. ꝛ iō

cum daē mihi vendo eā. vt q2 veſtis
cōis eſſe nō poteſt p̄rui ſit cōe. Itē no-
lebat hr̄e vaſa aurea nec argētea. niſi
coclearia vt dicit yſtoria. Quid ergo
faciebat de alijs reditib⁹? Dicit hiſto-
ria ꝙ diſtribuebat paupib⁹. viduis. or-
phanis. ⁊ captiuis ꝑ debitis ⁊c̄. ⁊ quā-
do nō ſufficiebāt reditus accipiebat ca-
lices ſupfluos. Dicit yſtoria. De vaſis
dn̄icis ꝑꝑ paupes ⁊ captiuos iubebat
frangi ⁊ cōflari ⁊ idigentib⁹ diſpenſa-
ri. Nō aūt paupes moriunē fame. ⁊
captiui abnegāt fidē ihu xp̄i: q2 tot ſūt
vanitates ⁊ ſupfluitates ꝙ nō ſufficiūt
redit⁹. Quantū expendūt mr̄es in or-
namentis. caudis. manicis. ⁊ camiſijs
pictis. Itē q̄tū expendūt homies i va-
nis ornamētis. Itē de ſupfluitatibus q̄
fiunt in eccl'ijs in opib⁹ ⁊ iocalib⁹. Pl⁹
gaudet de⁹ de ſacerdotib⁹ v̄tuoſis. q̄
de edificijs ſumptuoſis. Iō aug. non ꝑ-
mittebat ꝙ in ſua ſede fierent edificia
nimis ſūptuoſa. nec bn̄ficia de vſuris.
ſ; ꝙ reſtitueret. Itē ſi aliqs aln dimit-
tebat eccl'iā her̄dē. b. aug. querebat ſi
ille hēbat aīcos paupes. ⁊ ſi ſic ille di-
mittebat hr̄ditatē. Sz nō ⁊c̄. Ecce pau-
ptas ſpūalis ſciens regulā xp̄i d. luc. 12.
Videte ⁊ cauete ab oī auaritia. Nō ab
oī ergo ab vſura. furto ſecreto. rapina
a retētione decimaꝝ ⁊c̄.

¶ Tertia fuit caſtitas ex quo fuit cōuer-
ſus. ⁊ preſbiter. ⁊ ep̄s fact⁹. nō pmiſit
ꝙ ſoror ſua ſancta ⁊ deuota. nec nepo-
tes ſue filie fratris ſui q deo piter ſer-
uiebāt itrarent palatiū ei⁹. Dicebat. n.
ꝙ ſi de ſorore vel de nepotib⁹ nulla poſ-
ſet oriri mala ſuſpitio. tn̄ q2 tales pſo-
ne ſine alijs ſibi neceſſarijs eē non poſ-
ſent. ⁊ etiā alie aduenirēt de qbus poſ-
ſet oriri ſuſpitio. nūq̄ cū mulier ſola lo-
qui volebat. diligēs famā ſuam. ⁊ dan-
do alijs bonū exemplū. Iō Ieronimus
ad ruſticū monachū dicebat. Mulierē
quam bene cōuerſantem videris. mēte
dilige nō corporali frequentatōe. Ita
dz facere quilz qui vult caſte viuere ⁊
honeſte. Unde apl's. 1. tim. 3. Oz illum
teſtimoniū habere bonū ab his qui fo-
ris ſūt ut nō in obprobriū incidat ⁊ in
laqueū dyaboli. Nota i obprobrium. ſ.
laicoꝝ. Et i laqueū: q2 ſicut aues capiū-
tur laqueo. ita layci capiuntur in mala
vita eccl'iaſticoꝝ.

¶ Quarta v̄tus erat caritas. Ita erat in-
flamatus caritate erga deū. ꝙ quādo
celebrabat ſemꝑ flebat. ſicut cera ad
ignē liquefit. ita ei⁹ cerebrū i lacrimis
Item circha ꝓximū. Viſitabat diligē-
ter ep̄atum. forte bis vel ter in anno.
Ibat predicādo. ⁊ ꝯuertebat peccato-
res ad penitentiam. infideles. iudeos
agarenos. ⁊ pagāos ad fidē catholicā.
Tanta erat i corde ei⁹ caritas. ꝙ oēs
volebat ſaluare ſciens illud v̄buz apl'i
ad phil. primo. Oro vt caritas vr̄a ma-
gis abundet.

¶ Quīta virtus fuit abſtinentia. Vitaz
xp̄i tenuit. Nō comedebat carnes. ſo-
lum ſemel i die comedebat. ſemꝑ fuit
ſibi tempus quadrageſime. Dicit hiſto-
ria. Menſa frugali uſus eſt. ⁊ inter ole-
ra ⁊ legumina propter infirmos ⁊ ho-
ſpites plerūqz carnes habebat. nō di-
cit ꝙ comedebat. In ipſa menſa ma-
gis lectionem aut diſputationem dili-
gebat q̄ epulationez. Tria a beato am-
broſio ſe didiciſſe ait. Primum ꝙ vxo-
rem cuiq̄ nunq̄ peteret. Ratio. ne illi
inter ſe ſi non cōuenianī ſibi maledi-
cant. Secundum ꝙ militare volentez
ad hoc non cōmendaret. Ratio. ne mi-
litantes calumniā exerceāt. ⁊ in eum
alij culpam refundant. Tertium ꝙ ad
conuiuia inuitatus non iret. Ratio. ne
forte temperantie modū perderet. Re-
cte tenebat chriſti cōſilium d. Luc. 21.
Attendite autem vobis ne forte gra-
uentur corda veſtra i crapula ⁊ ebrie-

tate. Quare hodie ſunt tam mali cleri
ci religioſi ⁊ layci: q̄ non amāt virtutē
tēpantie. ſed comedūt ⁊ bibūt. iō ⁊c̄.

¶ Sexta uirtus fuit patientia ī iniurijs
⁊ deriſionibꝰ ſibi factis etiā a ſuis cle
ricis ipſum iudicantibꝰ de ypocriſia.
Et licet poſſet eos incarcerare tamen
noluit. imo patienter ſubſtinuit: q̄ xp̄s
dicit Luc. 21. In patientia vr̄a poſſide
bitis aīas vr̄as.

¶ Septima fuit diligentia. Totū tempꝰ
expendebat in bonis operibus. De no
cte parꝝ dormiebat. ſed ſtudēdo. orādo
ſcribendo. ⁊ ꝯtemplando pnoctabat. ō
die celebrādo. ⁊ p̄dicando. Et propter
hoc deus fecit ſibi magnā gratiā in mi
raculis faciendo. Nō aliqua miracula.
Qn̄ autem fuit ſenex. 76. annoꝝ nunq̄
tamē dimittebat predicationē. imo dīē
ꝯ. rūſorum. Uerbū dei vſq; ad ipſam
egritudinē impretermiſſe alacriter ⁊
fortiter ſana mēte ſancto cōſilio in ſā
cta ecclīa predicauit. Febribꝰ aūt labo
rans ītelligens diſſolutionē ſui corpo-
ris īminere. 7. pſalmos pēitētiales ſibi
ſcribi fecit. ipſoſq; in loco ꝯ parietem
poſitos in lecto decūbens legebat. Si
dicatur ⁊ neſciebat corde ⁊c̄. Imo eti
am pſalteriū. ⁊ forte totā bibliam. S;
quādo ꝯtemplādo. ⁊ orādo eos legebat
⁊ plus ſtabat ī vno verſu q̄ vnus ali-
us in. 7. p̄s. Iō vt recordaretur de ſe
quenti verſu ſcribi fecit. Et vt deo va
caret liberiꝰ ⁊ eius intentio a nullo im
pediri poſſet. an̄. x. dies ſui obitus nul
lum ad ſe ingredi precepit. niſi tunc tā
tum quādo medici ingrediebanť. vel
cum ei refectio offerreť. Et deīde cō
feſſus de paucis peccatis recepit deuo
tiſſime ſacramentū cōmūionis ⁊ extre
me vnctionis. ⁊ recepto congerio a ca
nonicis. ⁊ clericis. migrauit in pace. ⁊
anima ſua ſanctiſſima collocata eſt in
celo. Ecce quare dicit thema. Lucer-
ne ardentes. i. virtutes in manibus ve
ſtris. Amen.

¶ In feſto decolatōis bti Iohānis ba.

Decolauit herodes Iohānē ī car
cere. Uerbum iſtud hr̄ origina
liter Mar. 6. ⁊ recitatiue ī euā
gelio hodierno. hodie ſicut ſcitis eſt fe
ſtum ⁊ ſolēnitas b. Iohannis baptiſte
ſ. ſui martirij quando ꝓ honore dei fu
it in carcere iugulatꝰ. Ita etiā de hoc
erit ſermo noſter. Sed ut in p̄nti ſmo
ne deus det nobis ſuam copioſam gra
tiā ad vite meliorationē ⁊ animaꝝ ſal
uationē. Salutetur v̄go ma. ⁊c̄. Scā
ecclīa ꝑ totū mūdū ter ī āno fac̄ magnā
ſolēnitatem ⁊ memoriam de ſcō iohan
ne baptiſta. ſ; q̄ ipſe habuit tres excel
lētias. ⁊ ꝑfectiōes ſingulares. Primū
feſtum eſt de natiuitate eiꝰ. q̄ non legiť
de aliquo alio ſcō noui teſtamēti niſi d̄
dn̄o yh̄u xp̄o ⁊ v̄gie maria q̄ fuerit na
tus ſanctꝰ. niſi de iohāne baptiſta. iō d̄
alio ſcō nō fit feſtum natiuitatis niſi de
xp̄o. de v̄gine maria. ⁊ de iohāne bapti
ſta: q̄ anteq̄ fuiſſet ꝯceptus hoc reue
lauit gabriel patri ſuo zacharie d. illō
luc. p̄io. Sp̄uſancto replebiť adhuc ex
vtero matris ſue ⁊ mlti in natiuitate eiꝰ
gaudebūt. Ecce p̄ia excellentia. Se-
cundū feſtum eſt de ſua vita quā tenu
it ſingularē ſuper oēs in magna aſperi
tate ⁊ penitētia: q̄ ſolum erat. 5. anno
rum qn̄ fugit de domo p̄ris ⁊ intrauit
deſertum plenū leonibus ⁊ vrſis ⁊c̄.
In quo ſtetit. 25. ānis. Et laceratis ve
ſtibus quas ſecum duxerat quando in
ueniebat pelles camelorum mortuoꝝ.
de pilis illorum faciebat ſibi cilicium
quo induebať. comedebat locuſtas de
ſiccatas ad ſolē amotis alis ⁊ cruribꝰ:
aquam ſolam bibebat. dormiebat ſuꝑ
terram. puluinar erat durus lapis. Ta
lis vita nō legiť de alio ſancto vel ſan
cta. De hoc ecclīa facit ſolēnitatem in
duabus dn̄icis aduentus. Iſtam perfe

ctionem vite btī iohānis baptiſte reue
lauit etiā gabriel zacharie patri ſuo d.
Erit magnꝰ corā dño. non corā mūdo.
imo abſconditꝰ mundo. vinū ꝛ ſicerā
non bibet. Tertiū feſtū ꝛ ſolēnitas eſt
hodie de ſuo fine ꝛ martirio qualr̄ pro
honore dei ſubſtinuit matiriū ꝛ fuit ꝑ
herodē iugulatus. Propter hoc iſtud
feſtū dr̄ ſancti iohannis decollatio. Et
de iſto feſto predicabo ego modo: qꝛ ō
iſto dicit thema. Decollauit herodes
iohanē in carcere. De iſto martirio btī
iohānis declarabo tria pūcta de qbus
poterimꝰ recipere bonas doctrinas ꝓ
aiaꝝ conſolatione. ſaluatione. ꝛ pecca
torum correctione.

Primus erit de ſua detentione carce-
rali.

Scōs de ſua paſſiōe martiriali.

Tertiꝰ de ſua ſepultura corporali.

In his tribus punctis ſtat tota hiſto-
ria hodierna ꝛ ſanctū euangeliū.

Dico pmō ꝙ primꝰ erit punctus de ſua
detētione carcerali. Sꝫ iſta detētio btī
iohānis. lꝫ fuerit facta per herodē. ta
men hꝫ magnā cōuenientiā. reſpectu
chriſti. Sed ſi cōparetur ad herodem
habet magnam violentiā. diſcōuenien
tiam ꝛ iniuſticiam. Pro primo. chriſtꝰ
in ſacra ſcriptura dicitur ſol. Ratio
que dat ſcientiaꝫ eſt iſta: quia ſicut ſol
quando oritur ꝛ expandit radios ſuos
illuminat mundū ꝛ calefacit ipſum. ꝛ
facit fructificare arbores ꝛ animalia.
ꝛ ita mundus conſeruatur. Ita xp̄s
quando ortus fuit ſecundum humani
tatem ꝛ expandit radios celeſtium do
ctrinarum in ſuis predicationibus illu
minauit mundum. ita ꝙ nullus ſibi
credens ꝛ obediens remanſit in erro
re. dubitatione ſeu falſa opinione. Se
cundo illuminauit ꝛ calefecit corda gē
tium in amore dei ꝛ deuotione. Cum
antea eſſent frigide gentes. Tertio fe
cit fructificare in operibus bonis ꝛ
meritorijs: quia ante non fructifica-
bant meritorie ut. ſ. pro illo tempore
intrarent paradiſum. Ecce ratio qua-
re chriſtus dicitur ſol. De hoc auctori
tas que confirmat credentiam. Ma-
lac. loquens in perſona dei patris. d.
Malac. 4. Orietur vobis timentibus
nomen meum ſol iuſticie. non dicit ſol
nature. Item eccleſia dicit virgini
marie. Felix namqꝫ es ſacra virgo
Maria. quia ex te ortus eſt ſol iuſticie
chriſtus deus noſter. Et bea. Johan-
nes baptiſta dicitur lucifer ſiue la ſtel
la de lalba. Ratio quia ſicut lucifer
precedit ſolem ꝛ eſt maior ꝛ clarior
alijs ſtellis vt videt̄ nobis. ita iohan
nes baptiſta preceſſit chriſtum veni-
ens ante eum maior. ꝛ ſanctior alijs.
Mat. xi. Inter natos mulieruꝫ non
ſurrexit maior Johāne baptiſta. Ideo
quando perſone ſancte vt zacharias
ꝛ heliſabet. ſymeon. ꝛ anna ꝛ alie vi-
derunt miraculum ſiue mirabilem na
tiuitatem beati iohannis quaſi lucife-
ri dixerunt. O cito veniet chriſtus.
cito orietur ſol iuſticie. De iſto lucife-
ro fecit deus queſtionem. Job. d. 38.
Nunquid producis luciferum in tem
pore ſuo. Dicit gloſa gregorij lucife-
rum. i. beatum Johannem baptiſtam:
quia ſicut orto ſole lucifer abſcondi-
tur. quia a nobis non videt̄. ſic con-
ueniens quippe erat vt ſole iuſticie iaꝫ
effundente ſuos radios doctrine cele
ſtis ſuper terram. lucifer occultaretur
in ſecreto. Ideo voluit chriſtus vt io-
hannes eſſet captus. Ecce hic altam
conuenientiam reſpectu chriſti. De
hoc auctoritas. ex quo chriſtus ince-
pit predicare ꝛ miracula facere dixe
runt gentes. O magis ſapiunt ſermo-
nes iſtius. ꝙ̄ beati iohannis ideo di-
miſſo iohanne ſequebant̄ xp̄m ꝑꝑ qꝺ̄ di
ſcipuli iohānis nūduꝫ inſtructi plene

ĩuidẽtes xp̄o q2 iohãnes coꝝ magiſter
ꝑdebat famã p̄dicatiõiſ. dixerĩt iohãni.
Ioh.3. Rabi q erat tecũ trãſ iordanem
cui tu teſtioniũ ꝑhibuiſti. Ecce hic bap
ptizat ⁊ oēs veniũt ad eũ. Quibus rñ
dẽs Iohãnes dixit. In h̄ gaudiũ meũ
ĩpletũ ē. Illũ oꝫ creſcere. me ãt minui.
Idem ẽt tãgit iohãnes breuiter dictã
rõnem d. In hoc gaudiũ ⁊c̄. q2 doctri
na mea ñ illumiat p ĩfuſionẽ vt doctri
na xp̄i. nec me⁹ baptiſmus ꝯfert remiſ
ſionẽ pcõꝝ vt baptiſmus xp̄i. Si autẽ
volumus loqui de captiõe Iohãnis reſ
pectu herodis. Dico ꝙ fuit maxia mali
cia ⁊ ĩiuſticia. Iniuſtũ vero fuit nimis
capere hoiem tam ſcũm ⁊ iuſtũ. maxi
me attenta cã de qua loqtur euãgeliũ
hodiernũ a pricipio vſqꝫ libẽter cũ au
diebat. Iſte herodes erat rex ⁊ hẽbat
vxorẽ ſed nõ ita pulcrã corpore ⁊ tam
gratam vt erat vxor fratris ſui philip
pi. Et q2 erat luxurioſus nõ cõtẽtus d̄
vxore ſua plus appetens pulcritudinẽ
q̄ꝫ bonitatẽ mulieris vt faciũt multi.
Iõ pulcritudo mulieꝝ facit eis multa
mala. nec philippus ſuſpicabat̃ maluꝫ
de fratre ſuo. Final'r herodes dixit. O
cognata. ſiue o cuſina ſi velletis vẽire
mecũ. ego ſum rex ⁊ vos eẽtis regia
Rñdit illa. Melius ē mihi ꝙ ſim vxor
vnius nobil' q̄ꝫ cõcubina regis. Uos iã
hẽtis vxorẽ ſed ſi vultis expellere vxo
rem veſtrã veniã vobiſcum. ⁊ ſic ab
ſtulit fratri ſuo philippo. Statim fama
huius diuulgata eſt. O dixit iohannes
Si iſtud peccatũ ſubſtinetur tota pa
tria corrumpetur. quia omnes facient
ſic. Nec aliqs audebat hoc redarguer̃
nec corrigere. Propter qđ iohãnes ve
nit ad herodem. Et quia peccatuꝫ erat
notorium. publice eum corrigendo re
darguit d. Non licet tibi habere vxo
rem fratris tui. Non ē benefactum ꝙ
tu teneas iſtam putanã. Cogitate qũo
iſta fuit indignata contra b. iohannẽ
que ſe reginam reputabat d. infra ſe.

ſi iſte iohãnes viuit ego ſum perdita.
Propter quod omni die inſtabat apud
herodem vt occideret iohãnem de ma
ne ⁊ de ſero. Rum Rum. Rum. Talis
eſt modus mulieꝝ. Dicebat herodes.
O ⁊ qũo potero ego occidere iſtũ ſcũ
hoiem ⁊ pphãm quẽ ſequit̃ totus mũ
dus. Et illa. Ay miſa. bene poteſtis di
cere ꝙ diligitis me ⁊c̄. Finaliter autẽ
herodes. q2 erat ita luxurioſus ꝙ amo
re carnali cecatus dixit. Qũo fiet ne
fiat tumultus ĩ populo. Et illa. Capiat̃
primo. ⁊ videbitis quid faciet populus
Si hoc poterit ſubſtinẽ. deĩde fiet aliđ
Tc̄ herodes dũ iohãnes predicaret mi
ſit hoies vt caperent iohãnem. De hoc
Mat. 14. ⁊ Mar. 6. Ecce qual'r captio
b. iohã. fuit ex pte herodis ex malicia
⁊ ĩiuſticia. Moral'r hẽtis hic tres doc
trias. vna tãgit hoĩes. Scđa mulieres.
Tertia cõitatis rectores. Propria q̃l'r
herodes ad hoc deue[illegible] ducẽt ſecũ
ſuã cognatã. Hui⁹ mali pricipiũ fuerũt
oculi eius pulcritudinẽ reſpiciẽdo. De
inde ex oculis veniũt cogitatões ĩ cõ
de. Deĩde loquatiões ĩ ore. O ſi poſſe
mus loq truffando. Deinde tactus de
trufar a tocar. De tochar a enderochã
Ideo qui vult viuere caſte dꝫ reſpicere
portas oculoꝝ nõ reſpicẽ. q2 al's cadet
Iõ iere. loquẽs ĩ pſona iuuenũ q reſpi
ciunt libẽter mulieres. dicit Tren. 3.
Oculus meus depredatus ē aĩaꝫ meã
ĩ cunctis filiab⁹ vrbis mee. q2 ſi hẽret
oĩa merita patriarcharum. propheta
⁊c̄. in puncto ꝙ reſpicis mulierem con
cupiendo eã pdũtur omnia. Mõ autẽ
iuuenes ⁊ ſcutiferi. vbi deberent acq
rere merita. ⁊ remiſſioneꝫ peccatoruꝫ
perdunt merita ⁊ augumentant pec
cata eundo ad eccleſias. ſermones. ⁊
ad loca vbi ſciũt ꝯfluer̃ mľres ad vidẽ
dũ ⁊c̄. greg. Nõ dꝫ ĩtueri qđ ñ lꝫ ꝯcupi
ſci. Qui hꝫ pl'crã vxorẽ. pt ĩtueri ⁊ ꝯcu
piſcẽ eã. Sꝫ ab illa quã ñ põt ꝯcupiſcẽ
dic dđ. Auẽte ocl'os tuos ne videãt ⁊c̄.

Secũda doctrina tãgit mulieres quia
illa ſuſtinuit oſcula. tactus. ⁊ viſitatio
nes. ⁊ ideo erravit ⁊ peccauit: qꝛ licet
vbi ē cõſuetudo cognata poſſit cogna
tum oſculari ſtatim elongarſe. Jõ mu
lieres auiſetis vos. Dicunt mulieres.
Si aliqñ vir eſt zelotippus dicẽdo. cuꝫ
oſculata eſtis illũ hoĩem. O ſcã maria
qꝛ meus parẽs ē my puni. ⁊ tamẽ cum
vno pugno mihi nõ computaretur pa-
rẽtela. Sed ſi hõ ſit ſenex nolunt ipſuꝫ
oſculari ēt ſi ſit ſuꝰ germanꝰ. Jõ auiſe
tis vos qꝛ vbi ē maius peccatũ. ibi ma
ioꝛ dyaboli tẽptatio. Jdeo apl's. i. coꝛ.
6. Fugite foꝛnicationem. Et ad ephe.
4. Nolite locuꝫ dare dia. Locus datur
dyabolo truffando. tangendo ⁊c̃. Ter-
tia doctrĩa tangit rectoꝛes cõitatis. qꝛ
q̃diu herodeſ peccauit ſecrete iohãneſ
non curauit coꝛrigere euꝫ: qꝛ de pecca
tis occultis nõ punietur cõitas. Sꝫ qñ
peccatum fuit notoꝛium tunc coꝛrexit
ne coꝛrumperet totam ciuitatem ⁊ ter
ram. hic habent exẽplum rectoꝛes cõ-
munitatis. ꝙ coꝛrigant peccata publi
ca ⁊ notoꝛia. alias ira dei eſt ſuper illã
ciuitatem. Peccata ſecreta ñ cadũt in
iudicio hoĩum. nec ex illꝭ punieť cõitas
vbi gratia. Si aliqs peccat ſecrete cuꝫ
aliqua muliere. Deus damnabit ipm.
ſed qñ eſt notoꝛium quia nulla poteſt
tergiuerſatione celari punietur tota ci
uitas niſi coꝛrigatur. Ecce qualr̃ b. io
hãnes qui erat tanq̃ plaťꝰ ⁊ rectoꝛ vo
luit coꝛrigere illud peccatũ notoꝛium.
Fiat ergo oꝛdĩatio ĩ cõſilio ⁊c̃. Deinde
crida. ſ. pꝛeconizatio cũ bona pena ⁊c̃ ⁊
⁊ ſic tenebitis ↄſiliũ qđ dedit apl's illi
magne ciuitati coꝛithioꝛum. De quodã
ↄcubĩario. rõne cuius ciuitas patieba
tur moꝛtalitates ſiccitates ⁊ alia mala
Et paulus q adhuc viuebat ſcripſit eiſ
vñ hẽbant illa mala d. i. coꝛ. 5. Omo. i.
notoꝛie audiť ĩter vos foꝛnicatio. Ne-
ſcitis qꝛ modicũ fermẽtũ totã maſſam
coꝛrũpit. Auferte malũ ex vobis ipſis

Dico ſecundoꝰ ꝙ ſcđs punctus ē de ſua
moꝛte martiriali. đ qua dic̃ thema. de
colauit herodes iohãnẽ ĩ cãcẽ. Notate
pꝛaticã ex quo b. iohãnes fuit captꝰ illa
iniqua mulier ñ qeuit d. ĩfra ſe. Si iſte
fugiet de captiõe vel libereť a pplo ⁊
clamabit ↄ me. Jõ ñ quieſcã donec ſit
moꝛtuuſ. Et ipſa cũ herode tractaueꝛt
moꝛtẽ ſuam. herodes nõ audebat euꝫ
occidere. qꝛ timebat populũ. ſꝫ tracta-
runt iter ſe ſecrete. Dixit herodes tali
die ē feſtũ mee natiuitatis. Nõ ꝙ facẽ
feſtum niſi de ſcĩs ē ſtulticia. ⁊ tũc ego
ĩuitabo barones ⁊ maioꝛes mei regni
⁊ tenebimus modũ ꝙ iſti cõſentiẽt in
moꝛte iohãnis. Et ex quo iſti ſint me-
cuꝫ bene quietabimus ppl'm. Et ĩ fine
pꝛãdij intrabit puella ⁊c̃. Et qcqđ petie
rit iurabo me ei daturꝫ. Et de iuramẽto
facto ſimľabo me cõtriſtari. Qđ enim
hãc verſutiã ⁊ ſimulationẽ habuerit.
uidetur innui in hiſtoꝛijs ſcolaſticis.
vbi ſic ĩnuitur ſeu dr̃. Credeñ ē ꝙ hero
des cũ ſcia ſua de mõte io. tractauerit
⁊ iurauerit vt occaſionẽ ĩuẽiret occidẽ
di. Oꝛdinato ergo cõſilio ſeu ↄuiuio il
la mittit filiã que optĩe ſciebat coꝛiza
re danſaŕ. qꝛ mater ſibi oñderat. quia
matres citius oñdunt filiabus modũ
tripudiãdi. ⁊ oꝛnandi q̃ pr̃ noſter. nec
aue marie ⁊c̃. Modo miniſtri faciebãt
ſibi iam ſonũ ꝙ veniebat a la ſaltare-
la que coꝛam oĩbus ſaltauit ⁊ placuit
cũctis iam ebꝛijs. Rex aũt oñdens ma
gnum gaudiũ vocauit eã ⁊ dixit. Pete
qđ vis ⁊ dabo tibi. ⁊ iurauit illi qꝛ qc
qđ petieris dabo tibi lꝫ dimidiũ regni
mei. Et illa. Dñe peto ꝙ de hoc poſſim
habere conſiliũ a mr̃e mea qđ petam
que alibi comedebat. Que cũ dixiſſet
palã dixit mr̃i ſue quid petam. At illa
dixit caput ioh. bap. Sꝫ dicas regi co-
rã oĩbus. Qđ v̄bum regis iuramento
roboꝛatũ irreuocabile eſt. Et ita factũ
eſt. Verſipellis herodes pp iuſiurañ.
ſe ↄtriſtatũ ſimľauit ⁊ triſtitiã ꝓferebat

ferebat i facie cũ leticiã hẽret i mte. et
illa. dñe mi attẽdatis qd mõ pmisistis
iuramẽto. Tũc maiores z barones iã;
ebrij dixerũt regi. O dñe detis ſibi. z
nõ eſt magnũ qd dare caput vni9 here
mite. Faciatis ſibi hoc placitũ. Et ait
rex. Dicitis vos ita. Et illi. Ita domie.
Tunc rex miſit ſpiculatorẽ cũ diſco in
quo portaret caput iohãnis. Johannes
aũt videns hoiem credens q ſibi por-
taret prãdium qñ vidit inciſoriũ dixit.
Ubi eſt cibus? Et ille. Non porto tibi
cibuz. imo caput tuũ erit cibus. Videns
aũt iohãnes q debebat mori alta voce
clamauit d. in manus tuas dñe commen
do ſpiritum meũ. Tunc caput iohãnis
precidit. puelle dat. z a puella matri
adultere pñtat. Ecce qualiter b. iohã
nes ſcola virtutũ. magiſteriũ vite. ſancti
tatis forma. norma iuſticie. virginitatis
ſpeculũ. pudicicie titul9. caſtitatis exẽ
plum. pñie via. pcõꝝ venia. Fidei diſci
plina. Johãnes maior hoie. par ãgelis.
legis ſumma. euãgelij ſanctio. apſorũ;
vox. ſilentiũ pphetarum. lucerna mũdi.
precurſor iudicis. mediator xpi. teſtis
dñi. totius medius trinitatis. Et hic
datur tãtus datur inceſtui. tradit adl
tere. Addicitur ſaltatrici. Moraliter io
hãnes dr ẽẽ martir. Unde de eo cãtat
eccleſia. Prepotens martir heremiq;
cultor. tñ nõ p fide mortu9 ẽ. qz hero-
des nõ faciebat ſibi qõnem. ſ; qz corri
gebat eũ d peccato luxurie. Nota ergo
q non ſolum p fide xpi. ſed qui morit
p virtute aliqua manutenẽda martir
efficit. Si quis occidit a blaſſematore
quẽ reprehẽdit. martir efficit cu; btõ
iohãne. lʒ eſſet magnus. qz maiorẽ rõ-
nẽ hʒ martirij q reprehẽdit blaſſemu;
q̃ luxurioſum: quia maius peccatu; ẽ
blaſſemia q̃ luxuria icomparabiliter.
maius peccatum eſt ſemel dicere i deſ
pectu zc. q̃ interficere centum hoies.
O quot martires poſſent eſſe modo ſi
vellent zc. Ideo rectores puideant ne

iurent gentes per deu; enormiter. Si
aliquis notorie diceret malũ d rege ñ
ſuſtineret. z de deo quilibet põt loqui
ad libitũ. ymo ponit i trupha. qñ ſciũt
aliquẽ iuratorem vt rideãt puocãt eũ
vt iuret zc. z ſic de alijs zc. Ideo xpũs
qñ fuit loquutus d merito z pmio mã
tirij dixit Mat. 5. Btĩ qui perſequutõ;
patiunt pp iuſticiã. non dixit ſolum pp
fidem. qz fides ẽ vna virtus theologal
ſed iuſticia ẽ generalis p oi virtute tã
humilitatis. abſtinẽtie z caſtitatis zc.
Unde ſi mlier ꝯtradicẽdo ribaldis oc
ciditur. martir efficitur. Nota de btã
eulalia. virgine z martire. de qua i ca
lẽda natiuitatis domini. Propter hoc
dicebat b. petrus in epl'a ſua. 3. z. 4. ca
pi. Nemo veſtꝝ patiat q̃ſi homicida.
aut fur aut maledicus. aut alienoꝝ ap
petitor. Si aũt vt xpianus: nõ erubeſ-
cat in iſto nomine. ſed ſi quid patimini
propter iuſtitiam beati.

Tertio reſtat nũc videre de ſua ſepl'tu
ra corporali. Inuenio q b. Johannes
habuit hodie tres ſepulturas proprias
Prima fuit corporis. Corpus aũt eius
ſine capite hũit honorabilẽ ſepulturã.
Dicit euãgeliũ q diſcipl'i ei9 audita ei9
morte venerunt z tulerũt ei9 corpus z
poſuerunt in monumẽto. Scõa fuit ca
pitis. z iſtã fecit illa mala mulier q̃ pre
ſentato ſibi capite a filia timens ne p
pha reſurgeret ſi cũ cõpore caput ſepl
tum fuiſſet. Iõ caute in pariete palatij
fodit z ibi caput poſuit z ſepe caput vo
lebat videre timẽs ne reſurgeret. Sʒ
beñ fuit inde ſoluta. Unde quũ ſemel
caput b. iohãnis i mãibus tenẽt z eidẽ
gaudẽs plurimum iſultaret dicẽdo. a
iohãnes. Uos volebatis tollẽ mihi he
rodem. ſed ego abſtuli vobis vitam. z
caput a corpore. Et diuino nutu caput
ipſum i eius faciẽ iſufflauit z illa miſa
ptinus expirauit. z demones ad infer
num eius aia; duxerũt. Filia vero ei9
cum ſuper glacie; tripudiaret ſub ca

glacies reuoluitur. ⁊ ipſa in aquis con
tinuo prefocatur. ⁊ modo tripudiat cū
demonibus ī inferno. Herodes autem
in exilium miſſus ab imperatore ibidē
miſerabiliter vitam finiuit. Ecce quali
ter vitam finierūt. ⁊ perſoluti fuerūt:
Tertia ſepultura fuit aīe ⁊ iſta fuit in
limbo inferni. Non credatis ꝙ anima
b. iohannis ſtatim aſcenderit in celū.
quia nundum chriſtus per ſuam mor
tem ⁊ paſſionē nobis aperuerat ianuā
celi. ſed deſcendit ad limbum cū ſcīs
patribus. qui limbus eſt in cōde terre
Ibi enim inferius eſt infernus dāna
torum. Deinde limbus puerorum. Ter
tio locus purgandorum. Quarto ſupe
rius erat locus ſanctorum patrū. Mō
contemplate hic. quando ſancti patreſ
viderunt animam b. iohānis dixerunt
Et quis es tu? Et ille. Non cognoſcitis
vos illū de quo yſa. 40. Vox clamātis ī
deſerto. ⁊ gauiſi ſunt ſancti patres val
de. Et narrauit eis quomodo chriſtuꝫ
manibus proprijs baptizauit ⁊ oſtēdit
eis ſcilicet mūdo. De iſta ſepultura di
xit dauid ps. 88. Quis ē homo q viuet
⁊ non videbit mortem eruet animam
ſuam de manu inferi. quaſi dicat nullꝰ
Moraliter habemus hic doctrinā ma
gne conſolationis. Beatus iohānes cū
tāta ſanctitate ⁊ vite aſperitate deſcē
dit ad infernum. ⁊ modo ſi creatura
moritur poſt baptiſmum anteꝗ pec
cet ſtatim euolat ad celum. Idem eſt
iudicium de quocunqꝫ alio infideli nō
ficte veniente ad baptiſmuꝫ. Ecce mo
do qualem gratiam habemus. Idem
ſi facimus condignam penitentiam de
peccatis. Ideo chriſtus Mat. 4. Peni
tentiam agite appropinquabit enīꝫ re
gnum celorum. deo gratias.

In natiuitate b. virginis marie?

Ego quaſi vitiſ fructificaui. Ver
bum habetur textualiter eccle
ſiaſtici. 24. ⁊ officialiter in epl'a
hodierna. Pro declaratione verbi pro
poſiti ⁊ itroductōe materie p̄dicande.
ſciēdū ꝙ xp̄s inter al's bōas ꝯparōnes
⁊ ꝓprias quas dedit de ſe ſuis ſcīs apo
ſtol' ⁊ diſcipul'. fuit iſta q̄ ſcribit' io. 15.
Ego ſum vitis vera ⁊ vos palmites. q
manet ī me. ⁊ ego in eo. quia ſine me
nihil poteſtis facere. ſ. meritorie. Ecce
ꝙ ī iſta aucte xp̄s vocat ſe vitē ⁊ apo
ſtolos. Et ī perſona eorum omnes nos
vocat palmites. Et ponit duas rōnes.
vnam affirmatiuaꝫ. aliā negatiuā. Af
firmatiua ē. qr ſicut palmes manēs ī
vite ab ea r̄cipiēs humorē fructificat.
alias nō. Ita xp̄s eſt vitis ⁊ radix oīuꝫ
bonorum. ⁊ virtutuꝫ. ⁊ fluentiaꝝ. Qui
ergo manet in hac vite. ſ. fide ſiñ erro
re dubitationis ⁊ falſa credētia. ⁊ per
deuotam ⁊ ꝓmptam obiam faciēdi ſuā
volūtatē ⁊ ſeruādi ſua precepta. tales
recipiunt ab eo humiditatem gratie. ⁊
facit eos abundare ⁊ fructificare. Pri
mo ī intellectu fructu cōtēplatiōis. In
memoria fructu bone recordatōis. In
voluntate fructu amoris ⁊ dilectionis
In ore fructu orationis. In ocul' fruc
tu lacrimatiōis. In auribus fructu di
uinoꝝ auditionis. In manibus fructu
elemoſinaꝝ largitiōis. In toto corpore
fructu afflictiōis. Ecce rō affirmatiua
q̄r q̄diu palmes manet in vite ꝑ cre
dentiam ⁊ obiaꝫ fructificat. Iō dicit.
Ego ſum vitis vera. ⁊ vos palmites.
uſqꝫ multū. Secūda ratio ē negatiua
quā tangit cum dicit. ſine me nihil po
teſtis facere. qr palmes a vite abſciſꝰ
facit nulluꝫ fructū. nihil valet niſi ad
cōburendum ī igne. Sic xp̄ianus a vi
te. i. ſciſus gladio pcti mortalis. qr du
bitat in fide ſi es non es. Et nunqd dꝫ
quis dubitare in his que deus dixit.
abſit a me. Adhuc ꝙ habeat fidem fir
mam ſi tamen tenet malam vitam ab
ſciſus eſt. nullum fructum facit meri
torium. quia ſine me. idest gratia dei
infuſa nihil poteſtis facere. Ideo dicit

ibidem. Sicut palmes non poteſt facē
fructum a ſemetipſo niſi manſerit ī ui
te. ſic nec uos niſi ī me manſeritis. Ex
his rōnibus patet ꝙ dn̄s ieſus xp̄s de
ſe pꝛopꝛie dicit. Ego ſuꝫ uitis uera. Ec
ce excellentia xp̄i. Uirgo aūt maria n̄
habet equalē excellētiā cū xp̄o. qꝛ xp̄s
eſt creatoꝛ. ⁊ uirgo maria ē creatura.
⁊ ideo non eq̄pat ſe xp̄o. Sed tēperādo
ſibi uerbum aſſimilando ſe dicit. Ego
quaſi uitis nolo ei equāi ſed aſſimilāi:
fructificaui. Filius meus fructificat
ut pꝛīcipium pꝛimum ⁊ tāq̄ cā pꝛīcipa
lis oīum. ego poſt eum. nō equalr̄ ut
uitis. Sed ſicut qđ notat ſimilitudiem
⁊c̄. Patet thema. De iſta materia īuēi
quattuoꝛ fructus in quibus uirgo ma
ria fructificauit quaſi uitis ⁊c̄.

Primus ē de p̄nuntiatōe angelicali.
Scđs de ſanctitate ſpirituali.
Tertius de pꝛeſentatōe coꝛpoꝛali ſiue
temporali.
Quartus de magnificētia virtuali:
In ijs vero v̄. ma. fructificauit quaſi
vitis. Propter quod dicit. Ego quaſi vi
tis fructificaui.

Dico pꝛio. Xp̄s fructificauit ī fructu
de pꝛenuntiatiōe angelicali: qꝛ anteq̄
fuiſſet cōceptus fuit angelice p̄nuntia
tus. Jā ſcitis qualiter angelus gabꝛiel
totus lucidus nūtiauit virgini marie.
ꝙ eſſet mater filij dei. Jō dicit euange
lium Luc. i. Miſſus ē angelus gabꝛiel
a deo ī ciuitatē galilee cui nomē naza
ret ad virginē deſponſatā viro cui no
men ioſeph đ domo dauid ⁊ nomē vir
ginis maria. Ecce pꝛenūciatio āgelica
dulcis fructus eſt ad ꝯtēplandū. Silr̄
virgo maria quaſi vitis non equaliter
vt vitis fructificauit anteq̄ fuiſſet cō
cepta fuit p̄nuntiata. Jlle magnꝰ doc.
⁊ pater Jeronimus affirmat ꝙ ioachī
pater virginis marie. ⁊ btā anna eius
mater. 20. annis fuerunt ī matrimōio
in quo nō habuerunt fructū matrimo
nij. culpa erat ipſius anne que erat cō
plexionis frigide. ideo erat ſterilis. Sꝫ
quid fecerunt. Nō recurrerūt ad diuiōs
vel ſoꝛtilegos. ſed ad deū: qꝛ nullus p̄t
dare pꝛolem niſi deus. Nūquid req̄rit
ibi foꝛmatio coꝛpōis ⁊ creatio anime:
hoc nullus pōt facere niſi deus. Jō cū
deuotione. oꝛatōe. ieiunijs. elemoſinis.
⁊ pegrinatiōibus. recurrerunt ad deū
vouentes ꝙ ſi deus daret eis fructum
⁊c̄. ꝙ darent deo. Et cū ſemel ioachīꝫ
fleret ex vna parte ⁊ anna ex alia. ap
paruit eis angelus gabꝛiel confoꝛtans
eos d. ꝙ oīones ⁊ alia bona erant deo
acceptata. ⁊ ꝙ haberent vnam filiam
non filium. ſed filiaꝫ que eſſet ſcā anq̄
nata que cōciperet mirabiliter. qꝛ deꝰ
ſupꝛanaturalr̄ iuuit opus matrimonij
ī ſua generatione. ⁊ anna cōcepit. Ec
ce qualiter fuit ab angelo p̄nuntiata
vt xp̄s. Jdeo dicit Ego quaſi vitis fru
ctificaui ſua. odo. ⁊ flo. mei fructꝰ hon.
⁊ honeſtatis. Floꝛes vocat veꝛba que
dixit angelus parentibus ſuis. Fructꝰ
honoꝛis fuit virgo maria ⁊ honeſtatis
quia de honeſto matrimonio pꝛocreata.
quia nō legitur ꝙ vnq̄ ioachim cogno
uerit aliam q̄ vxoꝛem ſuam. Jſta ē ho
neſtas matrimonij. Nota ꝯ illos q frā
gunt fidem ⁊ honeſtatem matrimōij.
Ecce quot peccata cōcurrunt. Pꝛimuꝫ
eſt luxurie abomiabile: qꝛ deus n̄ vult
ꝙ illud opus fiat niſi inter virū ⁊ vxo
rem in matrimonio. Etiaꝫ ſi homo de
beret moꝛi ⁊ diceret medicꝰ ꝙ faceret
illud. alr̄s eſt moꝛtuus citius deberet
moꝛi niſi habeat vxoꝛem. ⁊ medicꝰ eſt
excōicatus dando tale conſilium illi q
non eſt đ matrimonio. Jta ē cōdēnatū
illud peccatum ꝙ nullo modo ē licituꝫ
niſi ī ſtatu matrimonij. Jdeo dicit hōe
ſtatis ⁊ concoꝛdat apl̄s d. ad hebꝛ. vl.
honoꝛabile cōnubium in oībus ⁊ tho
rus imaculatus ⁊c̄. Scđꝫ eſt de rapia.
furto. iniuſticia: qꝛ ſi ego do tibi capaꝫ
meam ⁊ poſtq̄ tu diu eaꝫ poſſediſti. au
fero eā tibi ⁊ do alteri. rapinā facio. ⁊

maior ē ꝙ homo qui dedit corp⁹ suum vxori. deide ipse dat alteri. furtu; ⁊ in iusticiā facit: q2 corpus viri vxoris est ⁊ ecōuerso. Ideo apl's. i. cor. 7. Nolite fraudare iuicem. Tertiū peccatū ē maius. s. ꝓditionis: q2 si vnus miles dat fidē alteri militi ꝙ erūt socij in prelio si frangit sibi fidem pōt ipsū redarguere de ꝓditiōe ⁊ dare sibi campum duelli. Ita in matrimonio. vir dat fidem corporis vxori. ⁊ ecōuerso. Ideo qui frangit proditor ē. Et si vxor ess; fortis posset assignare viro campū corā rege: sed q2 sunt debiles recurrūt ad deu; . ad linguā. ⁊ ad oculos plorādo. De talib⁹ dicit apl's. i. tim. 5. Si qs suorū maxie domesticorū curā non h; fidē negauit. ⁊ ē ifideli deterior. Null⁹ ē magis domestic⁹ ꝙ vxor. Quartum peccatu; ⁊ maius est sacrilegium Scitis q̄re deus ordinauit matrimoniū qd̄ est vnu; de. 7. eccl'ie sacramētis. ad significan ꝙ xp̄s duxit eccl'iā i sponsā quā nunꝙ dimittet ꝑ aliā cui ē fidelis. Qn̄ ergo tu frangis matrimoniū adulterando. tu es falsatō sacramēti. Et sicut sacerdos esset falsator sacramēti si qn̄ deberet eleuare hostiā cōsecratā eleuaret hostiā papiri ⁊c̄. ad eph. 5. Sacramētū hoc magnū est. Ego autē dico in xp̄o ⁊ in ecclesia.

¶ Secūd⁹ fruct⁹ xp̄i fuit scificatio spūal' Nā in ꝯceptōe dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i simul ⁊ in istanti ꝯcurrerūt quatuor. s. corporis formatio. aīe creatio. vtriusq; sanctificatio. i. scitatis facio passiue q̄tu; ad humanitatē: q2 vt fons tot⁹ scificatōis i sūma scitate creata est sup oēm purā creaturā. quarto humanitatis ⁊ diuinitatis vnio. De hoc dixit angelus vgini marie. Quod. n. ex te nasceť sanctum. vocabiť fili⁹ dei. Sil'r virgo maria fecit fructū scificationis. non dico equal'r nec ipsa dicit. Imo dicit ego q̄si vitis. s. q2 non i istāti ei⁹ corpus fuit formatū s; qn̄ ei⁹ corpus fuit formatū ⁊ aīa creata et ifusa. q2 ista diciť ꝯceptio generationis que ē pfecta: q2 cōceptio seminis impfecta est. tūc nō expectauit de⁹. 9. menses nec vnū nec ebdōadam. Imo crediť ꝙ eadem die ⁊ hora fuerit scificata sup oēs sanctos ⁊ sanctas ⁊ ēt angelos. Auctoritas de hoc dd̄. ps. 45. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei. scificauit tabernaculū suu; altissim⁹. De⁹ in medio ei⁹ nō cōmouebitur. adiuuabit eā de⁹ mane diluculo. In p̄dictis verbis oñduntur quatuor d̄ virginis scificatione. Prio oñditur q̄titas scitatis vginis marie. quū diciť. fluminis impet⁹. q2 totum flumen diuinarū gratiarū effusum est sup eā in scificatione. In scificatōe aliorū sanctorum effundiť vna gutta gr̄e diuie: q2 vnus sanctus hūit vnā guttā gratie ali⁹ aliā S; in vgie maria. flumis impet⁹. beat⁹ hiero. Ceteris gratia se est largita pptes. Marie vero tota se infudit gr̄e plenitudo. pp qd̄ dicit. letificat ciuitatem dei. Quādo vgo fuit scificata nullus homo sciuit s; angeli sciuerunt. O quale gaudiū fecerūt. Rō. q2 xp̄s dixit luc. 15. ꝙ gaudiū est angel' dei i celo super vno peccatore penitētiā agente. ergo q̄to magis sup vgine q̄ nunꝙ peccauit. Ecce q̄re dicit. flumis impetus letificat citatē dei. Secundo declarať sua dignitas quū diciť. scificauit tabernaculū suū altissim⁹. Si camere militu; sūt optie ornate. dignū est ꝙ camera in qua filius dei debuerat. 9. mēsibus hitare ꝙ fuiss; sup oēs scificata. Ver. ego puto ꝙ ⁊ copiosior scificationis bn̄dictio q̄ in alijs scis in vtero i eā descēderit. que nō solum ipius ortū scificaret s; ⁊ uitā eius ab oi peccato deiceps immunē seruaret. Tertio declarať sua firmitas cū diciť. Deus i medio ei⁹ nō cōmouebiť qu. s. hitat in ea per gr̄a;. Differētia est iter cadere ⁊ cōmoueri. Cadit hō p peccatū mortale. Idō apl's prio cor. x. Qui se existiat stare i gr̄a di

uideat ne cadat. Et nõ cõmouebit per
peccatũ ueniale. Nunqd fuit aliqs ſan
ctus ꝛ ſcã qui ceciderit ꝛ cõmotus fue
rit niſi xp̃s ꝛ v̓go maria. Iã in hac uita
habuit ꝑuilegiũ ſcõꝝ q̃ ſũt ĩ celo q̃ nõ
poſſunt cadere nec cõmoueri. Vñ pſ.
124. Nõ cõmouebit qui ha. ĩ ĩrl'm. Sic
v̓go maria. qꝛ nũq̃ peccauit mortal'r.
nec uenial'r. nec corde cogitãdo ꝛc̃. Ip
ſa. n. fuit illa mĺr fortis de q̃ ſalomon
q̃ſiuit a ſuis doctoribꝰ d. pꝟ. ult. Mu
lierẽ fortẽ qs inueniet. nullꝰ doctoꝝ ſci
uit rñdere. S; ſpũſſanctus ſibi rñdit
d. ꝓcul. ꝛ de ultĩs finibꝰ pretiũ eiꝰ qꝛ
in ultĩa etate debuit eẽ. Nõ ꝙ iſta qõ
mĺrem fortẽ ꝛc̃. ĩcipit ꝑ aleph. qḋ iter
pretat̃ maria. qꝛ tot ãni fluxerũt a ſalo
mone uſq; ad uirginẽ mariã. Quarto
declarat̃ la ꝑmitat cũ dicit̃. Adiuua-
bit eã deꝰ mane diluculo. ꝛ loqtur de
ſcĩficatõe v̓ginis marie. Inuẽio. 6. ho
ras in qbus ſcĩficauit deꝰ creaturas ali
quas. ſ. hora cõpletorij. hora ueſperoꝝ.
hora meridiei. hora tertia ꝑ. hora pĩe.
ĩn aurora. hora cõpletorij ut ſcitis eſt ĩ
ſolis occaſu. Iſta hora ſcĩficant̃ illi q
ſemꝑ uixerunt ĩ peccatis ꝛ mal'. ſed in
morte plorãt ꝛ petunt miĩicordiã. ꝛ ꝺ̃
us dat eis cõtritionẽ cordialẽ. Sed in
tota ſcã ſcriptura nõ legit̃ ꝙ aliqs fue
rit ſic ſanctificatꝰ niſi ꝺ̃ uno. ſ. de latro
ne. de quo dicit leo papa ꝙ nõ legitur
ꝙ unq̃ fecerit aliquid boni. ſemper fu
it malus ꝛ uitioſus. Et hora cõpletorij
qñ fuit ad mortẽ hũit tantã cõtritionẽ
de peccatis ꝙ uix potuit formare v̓ba
ſ. dñe memẽto mei cũ ueneris ĩ regnu;
tuu;. Cui xp̃s. Amẽ dico tibi hodie me
cum eris ĩ paradiſo. Nullꝰ ſit ita ſtultꝰ
ꝙ dicat ultra qꝛ deus ita mihi miſerebi
tur ſicut latroni: qꝛ maius miraculum
eẽt ꝙ male uiuentes facerẽt bonũ finẽ
q̃ ſuſcitare mõtuos. De iſta ſcĩficatiõe
dicit iere. orãdo. 12. Cõgrega eos q̃ſi gre
gem ad uictimam. ꝛ ſcĩfica eos in die
occiſionis. Alij ſcĩficant̃ hora ueſpero
rum ut ſunt illi qui nõ ſpectãt finẽ ſed
ante redeunt ad deũ. cõfitent̃. faciunt
afflictiones ꝛc̃. Tales ſcĩficantur ꝑ pe
nitẽtiam ſacramẽtalem. Talibus dicit
apl's poſtq̃ fecerĩt penitentiã ad ro. 6.
Nũc liberati a peccato. ſ. ꝑ penitẽtia;.
ſerui aũt facti deo: hẽtis fructũ ueſtrũ
in ſanctificatõe;. Alij ſanctificant̃ in
meridie qñ feruet calor: ſicut martires
qui feruore ſpũſſancti occidebant̃ pro
honore xp̃i. Iſti ſanctificant̃ per paſſio
ne; martiriale. de qbus dicit ſcriptura
Sopho. 1. Preparauit dñs hoſtiã. ſ. cor
pus ſuũ ſeu carnem martiris ex feruo
re ſpũs: ſcĩficauit vocatos ſuos. Alij
ſcĩficant̃ hora tertie vt ĩfantes ꝑ ablu
tionẽ baptiſmalẽ. De iſta dicit apl's no-
uiter baptizatis. 1. cor. 6. Pcõres qdẽ
aliqñ fuiſtis. ſ; abluti eſtis. ſ; ſcĩficati
eſtis. Alij hora pĩe ĩ ortu ſolis fuerũt
ſanctificati qui ĩ vtero mr̃is anteq̃ na
ſcerent̃ effecti ſũt ſancti. Ut ieremias
ꝛ iohãnes. De ieremia Iere. 1. Anteq̃
exires de vulua ſãctificaui te. Iſta au
ctoritas nõ cogit ad credendũ niſi q̃n
debuit naſci fuit a deo ſcĩficatus. De
btõ iohãne baptiſta luc. primo. Spũ ſan
cto replebit̃ adhuc ex vtero mr̃is ſue
ſed v̓go maria ĩ aurora fuit ſcĩficata.
nõ expectauit deꝰ. 9. mẽſes. nec unum
ꝛc̃. ſ; in eadẽ die ꝛ in eadẽ hora. Ecce
q̃re dicit. Adiuuabit eã deus mane di
luculo. nõ hora ꝯpletorij. nec veſperoꝝ
ſed mane ĩ aurora. Ecce eiꝰ fructꝰ ſcĩfi
cationis. Iõ poſſumꝰ dicere ĩ laudẽ xp̃i
ꝛ v̓ginis marie gl'ioſe illud dauid pſ.
84. Dñs dabit benignitatem. ſ. in eius
incarnatione. ꝛ terra nr̃a. ſ. virgo ma-
ria dabit fructum ſuum.

Q Tertiꝰ fructꝰ xp̃i fuit de pñtatione tẽ-
porali. Nã poſt ſui natiuitatẽ fuit pñtatꝰ
ĩ templo dñi. luc. 2. Pꝰq̃ impleti ſũt di
es purgatõis marie ſecundum legem
moyſi tulerũt ipm̃ in yrl'm vt ſiſterent
eum dño ꝛc̃. Similiter ꝛ beata v̓go-

nō dico equaliter. poſt ei⁹ natiuitatem ex vtero mr̄is ⁊ ei⁹ ablactatōem ſcām fuit deuotiſſime in templo dn̄i p̄ntata. Nota hiſtoriam breuiter ſpeculādo de aſcenſione v̄ginis per .15. gradus in templo dei. Nā illa aſcenſio fuit miniſterio angeloꝝ facta eā ducentiū. Cum dicat gregori⁹ p̄rio dyalogoꝝ. Jn hoc mūdo viſibili nihil niſi p creaturā uiſibilē diſponi pōt. qđ pōt intelligi ⁊ declarari ad modū ſponſaꝝ in die nuptiarū que vſq; ad eccl'iam ducūt̄ p pentes earū ⁊ tūc aſſument̄ a cōſanguineis ſponſi Itē ſpeculādo ꝙ ille aſcenſus .15. gra-duū ſignificabat futuꝝ miniſteriū ⁊ p maximū de beata v̄gine. vt tangit Jeronim⁹. ſ. ꝙ ſupra .9. ordines angeloꝝ ⁊ archāgeloꝝ. Jō cantat̄. Exaltata es ſancta dei genitrix ſup choros angelorum ad celeſtia regna ⁊ ſup. 6. grad⁹ ſcōꝝ. ſ. virginum martiꝝ. confeſſorū. aploꝝ. prophetaꝝ. ⁊ patriarchaꝝ erat ſublimanda. Prov̄. vlt. Multe filie cōgregauer̄t diuitias. tu ſupergreſſa es vniuerſas. Moral'r notatur hic ſuper hoc ꝙ parentes v̄ginis diligētes fue-runt ad cōplendū votū. ꝯ vouentes ⁊ nō cōplentes: q2 licet dicāt doctores ꝙ maius meritū eſt qn̄ mediāte uoto homo ſuat caſtitatē. pauptatem. ⁊ obedientiā. q̄ ſine voto ceteris parib⁹. Sed eſt tn̄ periculū ⁊ peccatū fractio voti ꝙ maius peccatū ē q̄ homicidiū. Dicūt doctores ꝙ maius peccatū ē falſum iuramentū q̄ homicidiū. ⁊ beat⁹ thomas dicit ꝙ mai⁹ peccatū eſt fractio voti. Nota cōtra clericos ignorantes qui dicūt ꝙ maius peccatum ē peccatū luxurie. Uerū n̄ eſt in laycis. ſ; ſufficit ad damnationem. Jn clericis autē ⁊ religioſis ē de maiorib⁹ ꝑpter uotum. Caueatis ergo a uotis niſi cōpleatis. Dic n. ſcriptura eccl'es. 5. Si qđ vouiſti do ne moreris reddere. Diſplicet. n. ei infidelis ⁊ ſtulta ꝓmiſſio. Nō ne moreris reddere. Si facis votū īfra certū tem p⁹ cōplēdum. ne moreris reddere īfra illud tēpus. al' plus peccas q̄ ſi occideres hominē. Si aūt nō appoſuiſti ī certum temp⁹. debes cōplere ſtatim hita opportūitate. Jō dicit. ne moreris. Nō cōtra illos q nūq̄ īueniūt temp⁹ opportunum. ⁊ qn̄ ſunt ſenes petūt diſpēſationē. diſplicet. n. ei infidel'. que nō cōpletur. ⁊ ſtulta promiſſio. Stulta promiſſio eſt qn̄ fit ſine deliberatōe. Prīo ex deuotōe aliqua ſubito faciūt votu; Secundo ex indignatione quādo. ſ. eis fit aliqua diſplicentia ſubito faciunt votum. vel non intrandi domum illius. vel non ludendi cu; eo ⁊ huiuſmodi. contra caritatem. ⁊ uouendo frangunt uotum: quia non debet ſeruari. Tertio ex tribulatione. ſ. doloris. vel infirmitatis. vel in partu mulierum. ⁊ poſt nihil faciunt. quaſi velint deum decipere. Jtem nota contra illos qui promittunt filios ad ſeruitium dei in religione. vel ſacerdotio. ⁊ poſt nihil faciūt nec curant. expectantes gibboſum filiū vel filiam ut dent ⁊c̄. Ecce quare dicit vouiſti.

Quart⁹ fructus xp̄i fuit vel eſt ō magnificētia virtuali'r ſupernali. Quouſq; xp̄s fuit. 30. ānor. ita vixit ꝙ nō reputabatur magnus. imo reputabatur faber lignari⁹. Sed in baptiſmo fuit magnificat⁹. Dicit̄ Mat. 3. ⁊ Luc. 3. ꝙ quādo iohānes ip̄; baptizauit. celi apti ſūt ſup eū. ⁊ deſcēdit ſpūſſanct⁹ ī ſpecie colūbe ſup eū ⁊ vox p̄ris ſup eū itonuit. hic ē fili⁹ meus. Tūc apud homines fuit ita magnificatus. in tanto ꝙ fugit in deſerto. Sil'r virgo maria nō equaliter. S; ecce qn̄o. Ex quo virgo maria fuit p̄ntata in templo in quo ſtetit. io. ānis cū alijs virginibus q̄ſi eēnt moiales. Jta faciebāt antiqtus. Nō ꝯ ꝯſuetudinē de puellis nō venientib⁹ ad eccleſiam. Nō de yſtoria ⁊ eius deſponſatione: ⁊ qualiter ſpirit⁹ ſcūs deſcendit

in ſpecie colūbe ſup v̄gā ſpōſi ſui ioſeph
quēadmodū ſup xp̄m ī baptiſmo. Et ſic
virgo fuit valde magnificata. De iſto
fructu dicit ſalomon ī pſona virginis
Cant. 2. Sub vmbra illi⁹ quē deſiderat
aīa mea. ſ. ut ſit mihi in patrē ⁊ ſponſū
⁊c̄. Moral'r nō hic ſup hoc: ꝙ v̄go fuit
deſponſata p v̄ba d̄ preſenti. Qū. n. fit
p verba de preſenti verū matrimoniū
ē. etiā ſi nō ſequat̃ copula carnal' nec
pn̄t ſeparari niſi p ingreſſuꝫ religionis
Si v̄o fuerit ſequuta copula carnalis.
ſiue publice. ſiue clandeſtie. nec poſſūt
ſeparari. Jō qui clandeſtie ꝯxit ⁊ poſt
vl' timore parentū. vel odio. ipa ducit
aliū ipſa eſt putana. Et prim⁹ qui eſt
vir ei⁹. eſt cornut⁹. ⁊ ſi ipſe contrahit
cū alia. leno ē. O ꝙ̄ ml'ti q credūt hr̄e
vxorē ⁊ nō habēt. Jtē ſunt alia multa
impedimēta. Uos nō creditis aliqd fa
cere ī baptiſmo vl' ꝯfirmatione: q2 oēs
volūt eſſe ꝯpatres vel cōmatres. Et ē
ita ꝙ ſi eſtis pr̄inus d̄ aliquo vl' aliqua
ēt vxor veſtra eſt pr̄ina ei⁹ ⁊ ecōuerſo
etiā ſi nō ſit pn̄s. Et nūꝙ̄ aliqs filius
veſter pōt ꝯhere cū illa. lꝫ papa poſſit
diſpenſare. Jtē clericus qn̄ baptizat ſi
hꝫ filios nō poteſt contrahere cū illis
quos ipe baptizauit. Et quot ſūt ī hoc
caſu. Jtē ſi contraxiſtis cū aliqua cōſā
guinea in. 4. gradu nō eſt matrimoni
um. lꝫ papa poſſet diſpēſare in aliqbus
gradib⁹. nō tn̄ in oībus: q2 cū ſorore vl'
vxore fratris nō poſſet. Jtē dicatis an
teꝙ̄ habuiſſetis iſtā vxorē peccaſtis cū
mr̄e eius. Jta ergo nō eſt vxor veſtra
nec papa poſſet diſpēſare. q2 eſt ꝯ legē
diuinā. nullus pōt hr̄e matrē ⁊ filiam
Jdē ſi peccaſti cū ſua ſoror̃ ⁊ ecōuerſo
ſi vxor peccauit cū patre viri ⁊c̄. Si ſt
in. 3. vel. 4. gradu papa pōt diſpenſare
Jō ē optima ꝯſuetudo qn̄ debēt diſpē
ſari ꝙ ſacerdos proclamet ſi ē aliquis
qui ſciat impedimentū ꝙ reuelet. ⁊ ſi
aliqs ſcit impedimentū ſecrete tenet̃
reuelare ſacerdoti. Et mō in multis lo
cis nō faciunt iſtas pclamatōes. ⁊ ma
le. Jtē ſunt aliq poſtꝙ̄ cōtraxerunt ⁊
diſcōuenerūt pcurāt ſeparationē ⁊c̄.
cū falſis teſtib⁹ ⁊c̄. Nō poſſunt ſeparāi
nec ēt papa. nec ēt petr⁹ apl's poſſet di
ſpenſar̃ aliquo mō. Et nullo mō poſſūt
ſeparari niſi p ingreſſuꝫ religionis an
te copulā. Jō apl's. 1. cor. 7. his q matri
monio iuncti ſūt p̄cipio. nō ego. ſꝫ dn̄s
vxorē a viro nō diſcedere. ⁊ vir vxorē
nō dimittat. Amen.

¶ Jn eadem ſolēnitate.

Memoria mea ī generatiōe ſecu
loꝝ. Eccl'i. 24. Et recitatū ē ſta
tim in epl'a hodierna. ſm ꝙ ſci
tis. hodie eſt feſtū ⁊ ſolēnitas bn̄dicte
natiuitatis v̄ginis marie qn̄ nata fuit
de utero mr̄is ſue btē anne. Si placet
deo habebimus bonas doctrinas ſpūa
les ⁊ inſtructōes morales. Sꝫ vt v̄ba
ſint ad honorē ⁊c̄. ſalutem ⁊c̄. Jſtud v̄
bum dicit̃ in pſona v̄ginis. Memoria
ſ. mee natiuitatis. Sciendū ꝙ ī ſūma ſūt
duo ſecula. Primū eſt creaturaꝝ ſpūa
liū ⁊ incorporaliū. et incorruptibilium
Scōm creaturaꝝ corporaliū ⁊ corrup
tibiliū. Primū eſt celuꝫ empireū d̄ quo
ſtrab⁹ ſup gen̄. 1. c. Celū empireū mox
vt creatū eſt. ſanctis angelis ē repletū
Scōm eſt terra de qua iā vulgariter
dicit̃ ſeculū: q2 licet terra ſit pmanēſ.
tamē creature corporales ſūt corrupti
biles. Jdeo ſalamō. Eccl'es. 1. Genera
tio p̄terit ⁊ gn̄ratio aduēit. terra aūt in
eternū ſtat. Dico ꝙ creatio iſtorum du
orum ſeculorum pōt dici generatio:
Ratio. quia generatio alicuius creatu
re eſt eius principium. Jdeo phs diffi
niens generationē dicit ī pmo de gene
ra. Generatio ē pgreſſus de nō eſſe ad
eſſe. Et q2 iſta duo ſecula. ſ. celū ⁊ ter
ra habuerūt principiū per creationeꝫ.
quia ante creationē celi ⁊ terre nulla
erat creatura niſi ſolu ſ deus. trinitas.
ideo ⁊c̄. Si dicatur ab aliquo ſimplici
⁊ deus vbi tunc habitabat. Dicatur ꝙ

in camera ſue eternitatis. Auctoritas yſa. 57. Dñs excelſus ꝛ ſublimis hitãs eternitatem. Sed creauit celum ꝛ terram pro nobis. Et quia tũc habuit pricipiu; eſſendi celu; ꝛ terra. ideo poteſt dici generatio. Et cõcordat moyſes dicens Gñ. 2. Iſte ſunt generatões celi ꝛ terre quãdo create ſunt ĩ die quo fecit deus celum ꝛ terram. Dicit ergo vgo maria. Memoria mea in generatõe ſeculorum. ſ. celi ꝛ terre figurata fuit ꝛ declarata ꝛ demõſtrata. Pat; thema. memoriale meum in generatione ſeculoru; ex quo virgo maria remittit nos ad generationem ſeculoru; . videamus quid dicit de hoc ſcriptura. Dicitur. n. gñ. i. In pricipio creauit de⁹ celũ ꝛ trã. terra aũt erat inanis ꝛ vacua. ꝛ tñbre erant ſuper faciem abiſſi. ꝛ ſpũs dei ferebatur ſuper aquas. Dixitq; de⁹ fiat lux. ꝛ fcã ẽ lux. ꝛ vidit de⁹ lucẽ ꝙ eſſet bona. ꝛ diuiſit lucem a teñbris. appellauitq; lucem diem ꝛ tenebras noctẽ. Factumq; eſt veſpere ꝛ mãe dies vn⁹ hic ſunt 10. clauſule continentes tota; feſtiuitatem hodiernam propter qꝺ dicit virgo maria. Memoria mea in genẽratione ſeculorum.

¶ Prima eſt cum dicit. In principio creauit deus celum ꝛ terra; ſimul. Iſta ſiꝛtas creationis celi ꝛ terre figurabat ſimilitatem coniunctionis matrimonij. ioachim ꝛ anne. Ioachim dicitur celũ Rõ. quia tota ſua vita fuit celeſtis lic; eſſet nobil. Et poterat dicere illud ad phil. 3. Noſtra cõuerſatio in celis eſt. Anna dicitur terra. quia fructifera ſꝫ influentiam quam recipit a celo. Et pt exponi de ea illud. Benedixiſti domĩe terram tuam. quia primo erat ſterilis. Et ſequitur. Dominus dabit benignitatem ꝛ terra noſtra. ſ. beata anna. noſtra propter vtilitatem quam ex ea habemus. dabit fructum ſuum. ſ. virginem maria;. Patet ergo quomodo memoria virginis quantum ad parentu; coniunctionem expreſſatur ꝛ figuratꝛ cu; dicitur. In principio creauit deus celum ꝛ terram. Si ab aliquo dicatur contra frater. quia non videtur bona expoſitio ꝙ ioachim dicatur celu; ꝛ anna ſanctior ioachim dicatur terra. Iõ eccleſia feſtiuat de ea ꝛ non de eo. Rõ huius ſanctitatis fuit. quia beata ãna habuit maiorem participationem cum virgine maria ꝙ̃ pater. quia patres ꝑꝑ negociũ tpale parum curant de pueris paruis. Sed mater ꝛc̃. ꝛ ſicut ramus roſarum vel violaꝝ plus redolet in eo qui diu eum portat ꝙ̃ in eo qui ſolu; tãgit. Idem in propoſito qꝺ facit pater in generatione filij. eſt ac ſi daret ramu; uiolarum matri ꝛ recedit. Sed mr portat in utero. ꝛ poſt natiuitatẽ lactat. ꝛ; in brachijs. oſculatur ꝛc̃. Ideo ioachĩ parum fecit. Sed quare anna dr terra ꝛ ioachim celum? Reſpõdeo. Quia mulier quantũcunq; ſcã ꝛ virtuoſa d; eẽ ſub viro: ꝛ vir d; eẽ dñs ꝛ maior in domo. quia ſicut terra non eſt niſi pũctus reſpectu celi a quo recipit influentiam quia alr terrã nõ fructificaret. ita vxor reſpectu viri a quo regitur ꝛc̃. Quia ergo ioachim erat vir beate anne. Iõ hẽbat maioritatẽ ꝛ primitatẽ ꝛ ĩfluẽtiã in domo: qꝛ ad nutum viroꝝ debent eẽ vxores. heſter. p. Cuncte vxores tã maiorum ꝙ̃ minoꝝ defferant maritis ſuis honorem. Lex fuit aſſueri imꝑatoris. Propter hoc ioachim dr celũ. ꝛ anna dr terra. Moralr ĩſtruũt hic mulieres ne ĩtret caput veſtrum vt velitis hẽre dñiu; dñdo. ego ero dña domus. ꝛ gallina cantabit ꝛc̃. quia natura ꝛ leges diuinales. impiales ꝛ pontificales dãt viro ꝙ ſit dominus. Ideo auiſetis vos quia ſi in prima ebdomada quãdo eſtiſ nouiter cum viro vir diſimulat aliqua. poſt nõ ſubſtinebit. imo marti baſton ibit per caſa. quia vir debet eſſe celum dominando. ꝛ vxor terra ſubiciendo. Ideo dic̃ ſcriptura ad ephe. 5. Mres

viris ſuis ſubdite ſint ſicut domino
quoniā vir caput ē mulieris ſicut xp̄s
caput eſt eccl'ie. Sꝫ ſicut eccl'ia ſubie-
cta ē xp̄o. ita ⁊ mulieres viris ſuis i oi
bꝰ ſ. licitis ⁊ honeſtis viri ⁊c̄. Ecce qr̄
dicit virgo maria. Memoria mea ⁊c̄.

Scd̄a clauſula ē cū dicit̄. Terra autē
erat inanis ⁊ vacua. hic oſtēdit̄ ꝯditō
b. anne qr lꝫ eſſet in ſtatu matrimonij
cū nobili viro ſuo ioachiꝫ tn̄ erat ſteri
lis ⁊ īfecunda. tam erat frigide ꝯple-
xionis ꝙ nāliter nō poterat cōcipere:
Jō dicit̄ ꝙ erat inanis. nō de vanitate
pompoſa: ſꝫ qr non attingebat finē ma
trimonij ⁊c̄. qui eſt habere liberos. Jō
dicit̄ inanis ⁊ vacua. ſ. i vtero ꝑꝑ infe
cunditatē. Dicit beatꝰ Jeronimꝰ ꝙ ioa
chim nobil' de ciuitate nazareth ꝯxit
cū anna nobili de genere dauid. de ci
uitate bethleē. ⁊. 20. ānis fuerūt ſine li
beris: qr terra erat ināis ⁊ vacua. Sꝫ
ecce modū quē tenuerūt. Quinqꝫ me
dicinas receperunt vt deꝰ daret eis pro
lem. Si vos de matrimōio vultis filios
idem faciatis. Pr̄io enim faciebāt ma
gnas elemoſinas de pāe. vino. fructibꝰ
⁊ oībus alijs. faciebāt tres ptes. Pri-
mam dabāt deo. ⁊ ſeruitoribꝰ ſuis i tē
plo. Modo ad hoc venit mūdus ꝙ no-
lunt dare ⁊c̄. Secundā dabāt peregri
nis pauperibꝰ ⁊c̄. Tertiā retinebāt ꝓ
ſe ⁊ familia domꝰ ſue. Secūdo faciebāt
orationes deuotas ⁊ cū lacrimis dicē-
do. Dn̄e ex quo placet vobis ꝙ ſimꝰ in
matrimonio ⁊c̄. detis nobis ꝓlem: qr
ēt' modicū valet. Auibꝰ ⁊ aīalibus da
tis filios ⁊c̄. Tertio ꝑ peregrinatōes ō
nazareth vſqꝫ yrl'm ſepe ⁊ frequenter
diſcalciati. Quarto portabant oblatio
nes ⁊ pn̄tabāt in templo. Quinto fece
runt votū dandi ad ſeruitiū dei ꝓlem
ſi deus daret eis ⁊. 20. annis terra fu-
it inanis ⁊ vacua. Et cōcordat ſcriptu
ra d. iere. 4. Aſpexi terrā ⁊ ecce vacua
erat ⁊ nihil ⁊c̄. Moral'r hic pro mulie

ribus ō matrimonio que deſiderant ꝓ
lem. Eſt bonū deſideriū. ꝙ nō vadant
ad demones. diuinos. ſortilegos: quia
nullus pōt dare ꝓlem niſi deus qr ibi
requirit̄ creatio. ſ. anime. Et ſi cū diui
nis obtinēt vt habeāt filios. malum fi
nem facient. Sed recurratis ad deum
cū elemoſinis. oratōnibus ⁊c̄. Jō dicit
ſcriptura Leui. 20. Aīa. i. creatura rō
nalis que decliauerit ad magos. ⁊ ario
los. ⁊ fornicata fuerit cū eis. ponā faci
em meam ꝯ eam. ⁊ interficiā illam de
manu populi ſui.

Tertia clauſula eſt. Et tenebre erāt ſu
per faciē abyſſi. ſ. i pricipio anteꝗ̄ deus
crearet lucē. Abyſſus dr̄ ꝓfunditas in
qua nō videt̄ claritas ſolis nec lune.
Jta corda hominū dicunt̄ abyſſus: qr
nō poſſunt ſciri nec videri niſi a deo Je
re. 17. Prauū eſt cor homis ⁊ īſcrutabi
le: ⁊ quis cognoſcet illō. Ego dn̄s ſcru
tans corda. Abiſſus ergo erat cor ioa-
chim ⁊ anne ex triſticia qr nō habebāt
ꝓles. Sed ut ꝑſone prudētes abſcōde
bāt triſticiā in corde. Sed tenebre ve
nerūt ſuꝑ faciem abyſſi. qn̄ ioachiꝫ re
cepit tam magnā verecundiā in tēplo
a ſacerdote nolente recipere ſuā obla-
tionem. ſꝫ repulſuꝫ hūit ⁊ expulſus fuit
de templo ꝯfuſibiliter. cū tamen eſſet
de maioribꝰ: ſed qr ſterilis ⁊ īfecundꝰ
iuxta legē. deutero. 7. Nō erit apud te
ſteril' vtriuſqꝫ ſexus tam i hominibus
ꝗ̄ in gregibus tuis. Dicat̄ qn̄o b. anna
exiuit templū ⁊ iuit ad domū vt conſo
laret̄ virū ſuum de tāta triſticia ſꝫ nō
inuenit: qr ioachim pre verecūdia iuit
ad paſtores ⁊ ibi flebat ex vna pte. ⁊
b. anna ex alia. ⁊ timebat de viro ſuo
⁊ tenebre erant ſuper faciē abiſſi. Mo
raliter hic inſtruunt̄ homines ⁊ mulie
res. homies hn̄t hic doctrinā patiētie
Dicat̄. Vos miles ⁊ ciuis ⁊c̄. ſi ſacer-
dos vos mō expelleret de eccl'ia ⁊ ex
cōicaret. qd diceretis: certe vltra per cor

p⁹ dei ꝛc̄. Nō ſic ioachī. ſ; patiēter re
ceſſit ſeruās ꝯſiliū ſcripture ro. 12. Nō
vos defendētes cariſſimi. ſ; date locū
ire. Mulieres ēt inſtruūtur. qn̄ vident
vir̄ triſtem: q2 aliquociēs ex negocijs
magnis triſtanť debēt virum cōſolari
S; ſunt alique vxores rabide que au-
gent triſticiā uiris ꝓ oībus dantes cul
pā uiro. Jō auiſetis uos. q2 mľr data
eſt in adiutoriū uiri geñ. ſcdo. Nō ē bo
num hominē eſſe ſolū. faciam⁹ ei adiu-
toriū ſimile ſibi.

Quarta clā eſt ꝛ ſpirit⁹ dn̄i ferebať ſu
per aquas. Ecce ꝓmiſſio de ỽgine ma
ria ad ioachī. Cū. n. eſſet cū paſtorib⁹ ꝛ
fleret d. Dn̄e ſi iſta ſterilitas venit ex
peccato meo indica mihi ꝛc̄. Jdem de
anna. Sup̄ iſtas aquas lacrimaꝝ fere
batur ſpūs dei. i. angelus p̄s. 103. ꝛ ad
hebre. pꝛio Qui faċ angelos ſuos ſpūs
qui venit ad ioachī. q timuit. q2 caro
nō pōt ſuſtinere viſionē ſpūs ſ; timet.
ſicut agn⁹ qui videt leonē. Dicať quō
reuelauit ſibi de filia bn̄da. Jde; dixit
anne ī cuius ſignū dixit ꝙ īuenirent ſe
ad portā aureā ierľm Moraľr inſtrui
mur hic hr̄e patientiā. Joachī ꝛ anna
20. ānis fuerūt ſine prole ꝛ faciebāt ele
moſinas ōrōnes ꝛc̄. ꝛ nō obtinuerūt.
ſed q2 habuerūt patientiā in verecun
dia ſibi facta a ſacerdote ſtati; habue
rūt ꝓmiſſionē ꝛ obtinuerūt hr̄e ꝓlem
Patet ꝙ qui vult aliquid obtinere a
dō ſiue ſanitatē. ſiue remiſſionē pecca
toꝝ. ſiue proles. plus val; patientia ꝙ̄
aliud. Joachī poterat ſe vendicare de
ſacerdote ſ; noluit. Jta vos debetis fa
ceř. Et q̄to maior ē iniuria remittēdo
tanto facili⁹ obtinebit qō optat. Jdeo
apľs ad hebr. 10. Patia vobis neceſſa
ria ē. ſuple ad obtineñ ut reportetis ꝓ
miſſionē.

Quīta clauſula ē. Dixitq; de⁹ fiat lux
Ecce cōceptio ỽginis marie. Dicať quō
crediť ꝙ anna ꝛ vir eius ſeparauerūt
ſe a toro quia antiqui ſancti nō vtebā
tur cum vxore niſi rōne filioꝝ. Et quā
do ſentiebāt vxorem grauidam ſepara
bant ſe vſq; poſt ablactationē filioꝝ.
qui lactabātur tribus annis ꝛ matres
nutriebant eos. ꝛ ipſemet volebant
eos lactare: q2 iō dedit dn̄s vbera mu
lierib⁹ non ad oſtendendū hominib⁹.
Sed ſicut venter mulieris eſt camera
filij ita vbera ſūt diſpenſa ꝛ celarium
ei⁹. Et anna ꝛ ioachī vidētes ꝙ nō po
terant hr̄e ꝓlem credo ꝙ ſeparauerūt
ſe a lecto ꝓpter qō diciť. fiat lux. Lux
diciť illa bn̄dicta generatio ỽginis ma
rie: q2 ſine tenebra culpe facta eſt. mō
autem in generatione filiorum multe
ſunt tenebre propter intentionē carna
lem ꝛ corruptā; parentū. Sed genera
tio virginis fuit vt lux. De iſta luce. 2.
R. 23. Sicut lux aurore oriēte ſole ma
ne abſq; nubibus rutilat. Jta iſta con
iunctio ioachī ꝛ anne lumīoſa fuit ꝛc̄.
Moraľr inſtruūť hic illi de matrimōio
qui in filijs ꝓcreandis debent hr̄e itē
tionem p̄dicatōis qui ſeie verbi dei ge
nerat filios deo. de filijs dyaboli p̄ ſup
biā facit filios dei p̄ hūilitatē. ꝛ ita de
alijs. Taľ d; eſſe intētio facientiū ma
trimoniū vt generēt ꝓles deo ad ſuiti
um dei. alr̄ ſunt ſicut p̄dicator qui. ſ. nō
curat de fructu ſed de vanagloria lau
dis vel familiaritatis q̄ſi adulteriū vo
cať: q2 pl⁹ curat d̄ ſolacijs q̄ d̄ fructu
Apľs. 2. cor. 2. Nō ſum⁹ ſicut plurimi.
Nō pluri adulterātes ỽbū dī. ſ; ex ſin
ceritate loqmur Et q ī p̄dicatōe ñ ſpūa
lē fructū querūt ſ; fauorē h ūanū. Er
go ī filijs bn̄dis ordinetis itētionē uřa;
ad deū. q2 alr̄ dyabol⁹ h; in eis poteſta
tē. Auctōitaſ tob. 6. Audiā tibi q ſt qb⁹
p̄ualē pt dēoniū. hi nāq; q ꝯiugiū ita
ſuſcipiūt vt deū a ſe ꝛ a ſua mēte exclu
dāt. ꝛ ſue libidini ita vacēt ſic equ⁹ ꝛ
mul⁹ qb⁹ nō ē itellect⁹ h; ꝑtātē demo
niū ſuper eos.

Sexta clauſula eſt. Et facta eſt lux. Ec
ce ſanctificatio virginis. Nō credatis

ꝙ fuerit ita ſicut de nobis qui ĩ pecca
tis ꝯcipimur ⁊ naſcimur. ⁊ nutrimur:
qꝛ ſi ãte baptiſmũ fuiſſem⁹ mortui ⁊c̄.
Sꝫ ſtatim poſtq̃ corp⁹ fuit formatũ ⁊
aĩa creata ⁊ corp⁹ non erat magnũ ſi
cut apis fuit ſanctificata. Jō fit feſtuꝫ
de eius conceptione: qꝛ facta eſt lux. ſ.
ſanctificata fuit. Jō fit feſtũ ⁊ ſtatim
angeli in celo fecerũt feſtum ipſius ſã
ctificationis. Jō dauid in ps. 96. Lux
orta ē iuſto. ſ. xp̄o vt ſit mater ei⁹. ⁊ re
ctis corde. ſ. angelis. qui nō poſſunt ĩ
clinari ad peccatuꝫ nec ad dexterã per
ꝓſperitatem. nec ad ſiniſtrã per adu̾
ſitatem. nec ante ꝑ affectões. nec poſt
ꝑ rãcores. Jō dicit rectis corde leticia
Letamini iuſti ĩ dño ⁊ ꝯfitemini in me
morie ſanctificationis eius.

¶ Septima clauſula ē. Et uidit de⁹ luceꝫ
ꝙ eſſꝫ bõa. Ecce natitas v̾ginis marie.
Nota uidit. i. uidere fecit: qꝛ ipſe iã ui
debat. ⁊ ſciebat. Sꝫ uidere fecit ꝙ eēt
bona angelis. qꝛ per eã recuperant̄ eo
rum cathedre. bõa hominib⁹: qꝛ per ip
ſam habent redemptorē. bona peccato
ribus. qꝛ per eam cõſequunt̄ ueniam.
bona iuſtis. qꝛ per eã ꝯſequuntur ꝑſe
uerantiã in bonis operib⁹ ⁊ augumētũ
gratie ĩ meritis ⁊ glĩe introductioneꝫ.
bona ſanctis p̄ribus qꝛ per eã adepti
ſunt liberationē. bona aĩabus de pur
gatorio. qꝛ ꝑ eam habent ſuffragiũ. bo
na nauigantib⁹. qꝛ per ipſã perueniũt
ad portũ ſalutis. bona laborãtib⁹ ĩ ter
ra. qꝛ per ipſã cõſequunt̄ requiē. Dica
tur hic quō feſtũ natiuitatis v̾ginis uēit
in cognitionē hominũ ꝑ illũ ſanctum
hominē ⁊c̄. De qua natiuitate pōt expo
ni allegorice illud heſter. 8. Noua lux
oriri uiſa ē.

¶ Octaua clauſula ē. Et diuiſit lucem a
tenebris. Et hoc qñ fuit in tēplo p̄ñta
ta. Tenebre dicunt̄ gentes mũdane ex
mundãis negocijs. yſa. 60. Ecce tene
bre operient terrã ⁊ caligo populos. Ab
iſtis tenebris de⁹ ſeperauit lucē. i. vir
ginē mariã. Dicat̄ de p̄ñtatione virgi
nis marie per parētes ad templũ. poſt
q̃ hũit tres annos cõpletos. ⁊ ꝯplētes
uotũ qđ fecerũt. Stabãt. n. puelle ĩ tē
plo vt ĩ monaſterio ⁊c̄. Dicat̄ quō aſcē
dit. 15. grad⁹ iuuata ab amicis ſponſi. ſ.
angel̄ ſicut ſponſa recipit̄ ab amicis
ſponſi qñ debet eccleſiã intrare. q̃ſi di
cendo. Jſta iam ē noſtra. Jta fecerunt
angeli de v̾gine maria. Tãgit ieronim⁹
hic. 15. gradus quō virgo debebat eē
tante ſcītatis ꝙ aſcenderet in celũ ſuꝑ
9. ordines angeloꝝ. ⁊ ſuꝑ. 6. ordies ſcõ
rũ. hoc figurabãt. 15. grad⁹. Et fuit cõ
pleta ꝓphia ſalomōis. d. ꝓv̾. vlt. Mul
te filie. ſ. creature angelice ⁊ hũane cõ
gregauerunt diuitias. tu ſupgreſſa es
vniuerſas. Moralr̄ dicat̄ hic ꝯ illos q
nō curãt ꝯplere uota cũ poſſint. Quot
ſunt q in tribulatōe vouent ⁊ poſt nō
curãt. hoc ē truffari ſe deo. quot mer
catores. quot mariarij q̄bus ipſa v̾go
dat auxiliũ ⁊ iuuat eos. ⁊ nō curãt cõ
plere uota. Jtē quot qui nō poſſũt hr̄e
prolē ⁊ promittũt ꝙ dabũt ad ſeruitiũ
di ſi habeãt. ⁊ poſtq̃ obtinēt nō curãt.
eccl̄es. 5. Si qđ uouiſti deo ne moreris
reddere. diſplicet. n. ei ĩfidelis ⁊ ſtulta
ꝓmiſſio. Sꝫ q̃cunqꝫ voueris redde.
Nō ne moreris reddere. ſi ĩfra aliqđ tē
pus ꝓmiſiſti ꝯplere illud tp̄s. Si nō ap
poſuiſti tēp⁹ intelligit̄ ſtatī.

¶ Nona clauſula ē. Appellauit lucē dieꝫ
⁊ tenebras noctē. Pro iſto ĩtellectu ſci
endũ ꝙ antiq̄⁹ nobiles p̄ñtabant filias
ſuas ĩ tēplo ⁊ ibi nutriebãt̄ ſub aliqua
ſancta muliere. ⁊ alie domicelle reſpe
ctu virginis dicebantur nox. Ratio. qꝛ
caꝝ intētio ⁊ cor erat ad mũdana. cor
aũt v̾ginis marie ad ſpūalia. Dicat̄ cũ
virgo maria fuiſſꝫ. x. ãnis in tēplo fuit
tũc etatis. 13. annoꝝ qñ ſacerdos iuxta
morē dixit ꝙ oēs dõicelle. 14. ãnoꝝ irēt
ad domos parentũ ad ꝯhendũ. Oēs dõi

celle. virgine dempta habentes cor ad müdana gauiſe ſüt dicẽdo. O grãs dño deo meo ero dña domus ⁊ potero facere hec ⁊ illa. Ecce vãitates ⁊c. Propt hoc dicüẽ tenebre. ṽgo ãt maria vt lux ⁊ clara ſurrexit de qua erat iá fama ſcitatis ⁊ ſepe videbat angelos. d. ſe feciſſe votũ ṽginitatis. qꝛ a parentib⁹ ex voto dedicata fuerat ſuitio dei. Nõ erat vana vt cetere. Iõ dr̃ appellauitqꝫ lucem diẽ. ⁊c. Qõ moraẽ eſt hic .i. illo tẽpore nõ erant mõaſteria monialiũ. nec virgo poterat ampli⁹ remanere in templo. vbi ergo poterat ṽgo hitare ſeruãdo virginitatẽ. Dicaẽ ꝙ in domo parẽtũ. Et hoc cõſiliũ dat apl's dicẽs. i. cor. 7. De ṽgĩb⁹ autẽ preceptũ dñi nõ hẽo ⁊c. ⁊ nõ recipere aicitiã cũ aliquo homĩe. Et ſic cuſtodiebanẽ plus ꝙ̃ mõ in mõaſterijs. Auiſent puelle ⁊ deuote mulieres cauere a cõfeſſorib⁹ ⁊c.

¶ Decia clauſula ẽ. Et factũ eſt veſpere ⁊ mane dies vn⁹. Ueſpere dicĩ finis diei. Ecce ioſeph antiqu⁹. ⁊ mane. maria ṽgo iuuenis. 14. annoꝝ. dies vn⁹ ꝑ deſponſationẽ. Ad praticã. Dicaẽ quõ ſacerdos rñdit virgini marie. d. Iſte mod⁹ eſt icõſuet⁹. Sꝫ virgo prudẽter replicauit d. Pater vos allegatis ꝯſuetudinẽ humanalẽ. ⁊ nunqd nõ eſt maior auctoritas diuiaẽ. d. Uouete ⁊ reddite deo ⁊c. Dicaẽ quõ ſacerdos ꝓpoſuit in ꝯſilio in quo fuit cõcluſuꝫ vt deus cõſuleret ĩ re tam noua. Qui rñdit de ſancta ſcõꝝ ſacerdoti ꝙ ſua voluntas erat. ꝙ illa ṽgo haberet ſponſuꝫ de genere dauid. Iõ ꝙ fieret crida ſiue ꝑconizatio ⁊c. Dicebãt iuuenes carnales. De qua ṽgine. de illa maria pulcra. O beat⁹ erit qui illã tam pulcrã ⁊ diuitẽ. vnicã parentũ habebit. Dicaẽ quõ qui liber coꝝ parabat ſe ⁊c. Nõ op⁹ ẽ follo ſuſpendere cimbalũ collo. Joſeph ṽo cogitauit. lꝫ eſſet de genere dauid. tuꝫ qꝛ ſenex. tum qꝛ pauper. ⁊ ṽgo diues nõ curaĩt portare virgã dicẽdo. Juuenes truffarentur de me. dicentes. O bone ſenex. dicebaẽ ꝙ vos eratis deuotus ⁊c. Dicaẽ quõ nulliũ ſignũ fuit oñſum ⁊c. Et ſacerdos iterꝝ orauit ⁊c. Ad quẽ deus dixit ꝙ ille cui ṽgo debebaẽ non portauit virgã. Dicatur quõ iterꝝ venerũt cum virgis. Sꝫ virga ioſeph floruit ⁊ fructificauit amigdalã. ⁊ ſpũſſanctus ĩ ſpẽ colũbe deſcendit. Dicaẽ quõ virgo orabat ut de⁹ daret ſibi in viruꝫ aliquẽ ꝓbum vir vt eſſet ſibi in patrẽ ⁊ nõ iuuenem carnalẽ. Qñ fuit ſibi dictũ ꝙ talis ſenex erat ſponſus ſu⁹ ⁊c. multũ gauiſa eſt. Sꝫ mõ ſi vni puelle tradaẽ vn⁹ ſenex dicit. O miſa ĩmundus ⁊ banoſ⁹ eſt. Nolo. Sꝫ non ſic virgo maria. Ecce quõ factuꝫ eſt veſpere ⁊ mane dies vn⁹. Dauid melior ẽ dies vna. ſ. iſtius matrimonij in atrijs tuis ſup milia. Et fuit cõpleta ꝓphia yſa. xi. Egredieẽ virga. ſcilicet ſpõſa ioſeph de radice ieſſe: qꝛ ioſeph fuit de genere dauid. ⁊ flos de radice eius aſcendet ⁊c. Amẽ.

¶ In eadem ſolẽnitate.

Ego mater pulcre dilectionis ⁊ timoris. Eccli. 24. Iſta mã credo ꝙ erit btẽ marie ṽgini ⁊ glorioſe grata ⁊ nobis ꝓficioſa. Saluteẽ virgo maria. Circa materiã ꝑdicandã nõ ꝙ experientia ſenſualis. euidentia nãlis. ⁊ ꝓuidentia diuinalis mãifeſte oñdunt ꝙ gaudia ⁊ leticie hui⁹ mundi ſunt triſticijs ⁊ doloribus admixta. ⁊ null⁹ põt hic habere gaudiũ puꝝ. Primo hoc docet experientia viſualis. Nã in magnis feſtiuitatib⁹ qñ fiũt leticie ⁊c. dolent miniſtri in maxillis inſuflãdo inſtrumẽta muſichalia. ⁊ pulſando manib⁹ ⁊c. Preſbiteri attẽdiantur in canticis. ⁊ perſone dolent in tibijs ex tripudio. Item in magnis cõuiuijs ⁊ nuptijs comedẽdo. bibendo ⁊c. ſtatim ſequitur aliquid de aliqua re vel triſticia ⁊c. Secũdo hoc docet euidẽtia nãẽ

Regula ē pħoꝛum d. ꝙ omne medium
ꝑticipat nām extremoꝛum ꝯtrarioꝛum
vt patet ꝺ illo qui eſt inter niuē ⁊ ignē
⁊c. Item vita pſens ē ī medio duoꝛum
extremoꝝ ꝯtrarioꝝ. ſ. paradiſi ⁊ īferni
In paradiſo ē puꝝ gaudiū. Auctoꝛitas
yſa. 35. Gaudiū ⁊ leticiam obtinebunt
⁊ fugiet doloꝛ ⁊ gemitus. Nota drām
īter gaudiū ⁊ leticiam. Gaudiū cōſiſtit
ī coꝛde. leticia. qn̄ non ſolum ī coꝛde ſʒ
extra oñditur. nec pōt abſcōdi. In īfer
no ē totuʒ oppoſitū. ſ. doloꝛ. ploꝛatus.
amaritudo. deſolatio. ⁊ pura triſticia.
nec de aliquo gaudent. Dicit ſcripturā
ī pſona dānatoꝝ plangentiū. Tre. 5. In
oꝛatione ieremie. Defecit gaudiū coꝛ
dis nr̄i. verſus ē in luctum choꝛus nr̄.
cecidit coꝛona capitis nr̄i. ve nobis. qꝛ
peccauimus ⁊c. Nos vero ſumus hic ī
medio īter paradiſum ⁊ īfernū. Ideo
participamus ⁊c. Oīa ſunt hic mixta.
gaudia ⁊ leticias hēmꝰ de celo. amari
tudīes. ⁊ triſticias hēmꝰ ꝺ īferno ⁊ aſcē
dūt vt fumꝰ. Cōſolatōes ⁊ leticie ſt̄ vt
gutte mell' ꝺſtilātes ꝺ fauo mel' ſpūſſci
ac ſi de fauo ī arboꝛe poſito deſtillarēt
gutte in oꝛe. Sed qꝛ īfernus ē ꝓpīqoꝛ
nobis. qꝛ ē in coꝛde terre. Iō plus abū
dant amaritudines ⁊ triſticie ꝙ̄ cōſo
lationes ⁊c. Propter hoc dicit boetius
Omnis dulcedo felicitatis hūane mul
tis amaritudibus eſt reſpſa. i. ſalpiſta
da. Tertio hoc etiam pʒ ex diuina ꝓui
dencia. quia ſi hic gaudia eſſent pura.
eſſemus nimis diſſoluti nec timeremꝰ
deum ⁊c. Si amaritudines. doloꝛes. ⁊
triſticie eſſent pure ut ī inferno. venire
mus in diſperatiōeʒ: qꝛ perſona triſtis
ſine ſpe cōſolatiōis deſꝑat ⁊c. Iō ꝓui
dētia dīna tēperat gaudia cū triſticijs
⁊c. ⁊ ecōuerſo. qꝛ bonus coquinarꝰ ē.
⁊ ī cibo nimis dulci ponit ſal. ⁊ ī ſalſo
mel. Quādo tu es letus ⁊ gaudes ꝺ ali
quo honoꝛe. dignitate. ſeu lucro. cibus
ē dulcis. ſed expecta. qꝛ ī breui ⁊c. Sʒ
qn̄ triſtaris de aliqua aduerſitate. ꝑdi

ta honoꝝ vel amicorum. noli deſꝑare.
qꝛ ī breui ipſe ponet ibi mel vel zucha
rū cōſolatiōis. Iō ſcrip. ꝓv. 14. Riſus
dolore miſcebit. ⁊ extrēa gaudij lucꝰ
occupat. Pʒ ergo doctrina ꝙ expiētia
ſenſuali. euidētia nāli. ⁊ ꝓuidētia dīna
li. gaudia ⁊c. ſunt mixta ī tm̄ ⁊c. ꝙ ab
iſta doctrina virgo maria mr̄ dei non
fuit exēpta. imo ī quolibʒ gaudio ⁊ leti
cia xp̄s filius eius ſibi miſcuit doloꝛeʒ
⁊ triſticiam. Ideo dicit ipa virgo. Ego
mr̄ pulcre dilectionis ⁊ timoꝛis ꝗtum
ad gaudia ⁊ timoꝛis. ſ. triſticijs. Nota
pulcre dilectionis. hec ꝯtra dilectiōes
modernas. cōruptas. ⁊ turpes. Septē
fuerūt gaudia ꝑicipalia virgīs marie.
⁊ ī quolʒ xp̄s miſcuit ſibi ſal triſticie.

Primū gaudiū ꝙ virgo hūit fuit ī die
incarnatiōis qn̄ facta fuit mr̄ dei. Uul
tis ſentire iſtud gaudiuʒ. Inuenitur ꝙ
virgo maria in illo pūcto legebat ī bi
blia quā ītelligebat pluſꝙ̄ ꝓpħe ī illo
paſſu. yſa. 7. Ecce virgo coīcipiet ⁊ pa
riet filiū ⁊ vocabit nomen eius ema
nuel. i. nobiſcū deus. Sic legendo vgo
maria cū maxima deuotōne cōtēplata
ē dicens. O ꝗ ſignoꝛ. ⁊ quāta erit ſcitas
⁊ dignitas illius virginis. Oꝛo dn̄e ne
moriar quouſqʒ videam illā virgineʒ.
ꝯſerua mihi aures vt illā audiā. oclos
vt uideā. ⁊ ſic de alijs mēbꝛis vt in ijs
poſſim ſibi ſuire. Et cū ſic ꝯtēplaretur
Ecce angelus gabꝛiel totus rutilans
ītrauit camerā d. Uirgo benedcā. vos
eſtis illa. De quo uirgo fuit n̄ modicū
admirata. qꝛ ipſa n̄ ſe reputabat dignā
vt eſſet famula illiꝰ virginis. Ad quā
angelꝰ. Uos eritis mater dei īcōrupta
qꝛ ſicut granū foꝛmatur īfra tunicam
auelane ſeu nucis. Ita in vtero veſtro
foꝛmabitur illud coꝛpus. Qn̄ ſenſit ſe
grauidam. cogitate quale gaudium ha
buit. in tantum ꝙ ſi omnia gaudia ⁊ ꝺ
lectatōes huius mundi eſſent vnita in
vna perſona non equarentur gaudio.

leticie. conſolationi. ⁊ dulcedini virgi
nis. Et ſicut virgo ante cōſueuit orare
dicens. Ad te leuaui oculos meos qui
habitas ī celis tunc orabat. Ad te leua
ui oculos meos qui habitas in celis.
⁊ in vtero meo. Ecce gaudium. Et no
ta ꝙ mutata ex gaudio virgo. licet nō
eſſet conſueta incepit vnam cantionez
d. Magnificat aīa mea dn̄m ⁊c. in qua
ſunt. x. verſus. Rō. quia ſciebat ꝙ. x.
menſes portaret filium dei in vtero 9.
completos. ⁊ de. x. recepit. 7. vel octo
dies. Nota exultauit. i. extra ſaltauit
ſecundum ethimologiam. Sicut ille q
recipit rumores de filio nouiter ī papā
creato. certe. Ecce gaudiuz. Sed ecce
ſalſa triſticie. Dicatur quando vterus
virginis ingroſſabatur. hoc videns io
ſeph non modicum admirans infra ſe
dixit. O miſer quid eſt hoc. Dicit beatꝰ
Ber. ꝙ ex vna parte dicebat impoſſibi
le eſt ꝙ tam ſancta creatura peccaue
rit. ⁊ ex alia parte dicebat hoc natura
liter non poteſt fieri. In tantum ꝙ co
gitauit occulte dimittere eam. ⁊ plica
bat pannos. Cogitate triſticiam virgi
nis. nec audebat reuelare ſecretuz dei
Non erat ſicut ſunt ille que quicquid
ſomniant totum dicunt. Et quādo btā
anna petebat. quid eſt hoc filia ⁊c. Re
ſpondebat uirgo maria. Mr̄ deus ſcit
quid eſt. ⁊ mater flebat ex una parte.
⁊ ioſeph ex alia. Cogitate triſticiaz uir
ginis. ⁊ flens dicebat. Domine non au
deo reuelare ſecretum ueſtrum ⁊c. qr
neſcio ſi placeret uobis. ſed uos domi
ne fueletis ſpōſo meo ne dimittat me.
ne ſim diffamata. Ecce la ſalſa. Ideo
dicit euangelium Mat. p̄. Cum eēt de
ſponſata. vſqz dimittere eam. Magnū
gaudium illud cuz magna triſticia mi
xtum. Moraliter inſtruimur hic vt il
lud magnum gaudium diei nuptiaruz
temperet timore. Cogitare debet vir ī
fra ſe dicendo. O miſer. Ego ſum mō
in tanto gaudio ō iſta vxore. quid ſcio
ego ſi erit bona. legaūs ⁊c. Idez debet
cogitare vxor. O miſera quid ſcio ego
ſi habebo pacem cū iſto. ſi erit zelotipꝰ
de me ⁊ ſimilia. Ita faciebant antiqui
tus illi ſancti homines. Ecce quid di
cit ſcriptura tob. 9. Acceſſerunt ad
conuiuiū. Sed cum timore domini nu
ptiarum conuiuium exercebant. Non
erant ibi diſſolutiones. nec loquutio
nes ⁊c.

Secundum gaudium de principalibus
fuit in natiuitate. Dicatur quomodo ī
nocte natiuitatis ſicͭ alie mulieres in
partu habent dolores. ipſa habuit mul
tas ⁊ inuſitatas conſolationes. ⁊ to
ta reſplēdebat ī facie. O dixit ioſeph.
Uultis parer̄ benedicta. Ita dixit vir
go maria. Et ioſeph voluit vocare ob
ſtetrices. ſed virgo prohibuit eum. Et
ioſeph. Uos eſtis iuuenis ⁊ inexperta
Et virgo. Deus ꝓuidebit. Dicatur
quomodo xp̄s exiuit vterum virgina
lem vt radius ſolis tranſiens per fene
ſtram vitream ⁊c. Et virgomet rece
pit eum in manibus proprijs ⁊ nox fu
it ita clara ſicͭ meridies. Et virgo gau
debat. quia videbat ſe virginem incor
ruptam ⁊ habentem filium dei. ⁊ dice
bat. O domine. vos veniſtis ī hūc mū
dum ad saluan̄ genus humanum ⁊c. ⁊
oſculabatur oculos eius. d. O oculi be
nedicti cōtemplantes celeſtia. ⁊ manꝰ
que celum ⁊ terram crearunt. ⁊ ſic de
alijs membris eius. Et ioſeph etiam
adorauit eum. ⁊ voluit vocare nutri
cem vt daret ſibi lac ⁊ virgo noluit li
cet non haberet lac. quia dicunt me
dici ꝙ lac ⁊ proles procedunt de ea
dem radice. Et uirgo maria orauit
d. deo patri. O domine. uos qui paſci
tis omne animal prouideatis filio ue
ſtro ⁊ cetera. Auctoritas. Neſciens
mater uirgo uirum. peperit ſine dolo
re ſaluatorem ſeculorum. ipſum re
gem angelorum ſola uirgo lactabat

vbere ꝺ celo plēo· Quale gaudiū hūit
qn̄ audiuit angelos cantātes ⁊c̄. qn̄ vi
dit filium adorari a beſtijs i preſepio·
⁊ paſtoꝛibꝰ. De iſto gaudio ꝓphia yſa.
35. letabitur deſerta ⁊ inuia: ⁊ exultabit
ſolitudo. ⁊ floꝛebit quaſi liliū. Bermi
nans germinabit. ⁊ exultabit letabun
da ⁊ laudans. Uirgo maria dr̄ deſerta
ꝑꝑ aſperitatem vite ⁊ inuia: qꝛ nullus
homo tranſiuit per eam. Et exultabit:
ſcilꝫ de natiuitate filij ſolitudo. qꝛ ſem
per volebat ſtare ſolitaria. Dicit Jerō
nimus. Fugiebat publicum amans ſecū
habitare. germinans in gaudijs. ⁊ lau
dibus dei germinabit. partendo filium
dei. Ecce gaudiū de natiuitate filij dei
Sed ſtatim ſequitur triſtitia. Nam 8ᵃ.
die dixit ioſeph ad virginē. O bn̄dicta
Et virgo. Dn̄e qꝛ cū magna reuerētia
⁊c̄. Jam ſcitis ꝙ hodie ē 8ᵃ. dies nati
uitatis filij dei. ⁊ filiꝰ dei qui uenit adī
plere legem ⁊ non ſoluere ut liberaret
ſibi credentes ⁊ obedientes. Jō hodie
dꝫ circūcidi. Et virgo que intelligebat
ſecretū circumciſionis. quia figurabat
paſſionem ⁊ erat ſignum ſeu arra: qꝛ
vt mercatoꝛes dant ſignū ⁊c̄. Jta xp̄s
venit ad ferias huius mundi ad emen
dum aīas pretio ſanguinis ⁊c̄. Uoluit
etiā dare ſignū. Jn primo dare voluit
ſignum. ſ. x. vel. xij. floꝛ. i. guttas ſāgui
nis. Sed virgo ideo incepit flere maxi
me. qn̄ ioſeph receſſit ab ea ⁊ iuit ad
iudeos et rabios. hoc ſignificabat ꝙ
vnus diſcipulus recedens a xp̄o iret
ad iudeos ⁊c̄. vt iudas. Jō h̄ itelligens
v̊go flebat. Secūdo qn̄ ioſeph venit cū
multitudine iudeoꝝ. qꝛ ſicut mō cōgre
gantur ī baptiſmo ita tūc in circunciſi
one. hoc erat figura ⁊ ſignificabat ꝙ
veniret tempoꝛe paſſiōis turba ſeu mł
titudo iudeoꝝ ad capiendū filiū eiꝰ. Jō
v̊go maria flebat. Tertio qn̄ virgo ma
ria pn̄tauit eis filiū. ſignificabat ꝙ pre
ſentaret̄ iudicibus ⁊c̄. Quarto ꝺ noīe
ieſu ſibi impoſito figurabat ſniaꝫ datā
irreuocabiliter de paſſione ſua. Quīto
eleuationem fimbriaꝝ figurabat expo
ſitū iuxta crucē. Sexto qn̄ circūcide
batur clamauit. ſignificabat clamoꝛeꝫ
xp̄i in cruce. ⁊ virgo flebat continue.
Septīo in panno in quo recepit ſangui
nem circūciſiōis. virgo intellexit ꝙ in
paſſione ſic colligeret ſāguinē filij ī vel
lo ⁊c̄. Octauo poſuerūt vnguētū ī vul
nere. figurabat vnguentum coꝛpis in
ſepulcro. Nono qn̄ poſt circūciſionem
poſuit eū in chuna ⁊c̄. figurabat ſepul
turam. Ecce talia triſtitie cum gaudio
natiuitatis ⁊ poterat dicere virgo illud
Exodi ~~numeri~~. 4. Sponſus ſanguinū tu mihi es
Moꝛal̄r hētis inſtructōeꝫ de gaudio fi
lioꝝ qn̄ deus dat vobis filios. De quo
gaudio dicit xp̄s ioh. 16. Jam nō memi
nit p̄ſſur̄ ꝑꝑ gaudiū. Qn̄ dicit obſtetrix
ꝓficiat vobis filius ⁊ tota domus gau
det dꝫ poni ſal. Cogitādo ſic quid ſcio
ego de iſto filio. ſi erit ſuſpenſus ł ⁊c̄.
cū magno timoꝛe debetis ſtare maxie
ne in furca inferni ſit ſuſpēſus ꝑꝑ ma
lum nutrimētum qꝺ datis eis. Paſci
tis. n. eos in cibo coꝛpoꝛali ⁊ nō ſpūali
qui eſt melioꝛ in quolibet mane ⁊ ſero
⁊c̄. oñdatis filio. ſ. pr̄ noſter ⁊c̄. Dicat
modus quō mr̄ dꝫ dicere filio de māe
ꝙ eſt vna regina in celo ⁊c̄. Et oſten
dat ſignare ⁊ oꝛare. deinde in ſero fili
mỹ. mō de nocte vadūt demones ⁊ il
li qui ponūt ſe in lecto ſine oꝛatōe ⁊c̄.
Sed vos oſtenditis vanitates vt va
dant cum gladio ⁊c̄. Dicit pater ſi di
catur tibi buf. dicas baf. Oſtēde ēt vū
venis ⁊c̄. Jtem matres oſtendunt pu
ellis depingere ſe et coꝛizare ⁊c̄. ⁊
debetis eſſe cum magno timoꝛe. quia
habetis reddere rationem deo ꝺ filijs
impijs. Eccleſiaſtici. 16. Ne iocunderis
in filijs impijs ſi młtiplicentur. nec ob
lecteris ſuper ipſos ſi non eſt timoꝛ dei
in illis. Et ſubditur. Utiliꝰ eſt moꝛi
ſine filijs quam relinquere filios im
pios.

Tertium gaudiū virginis marie fuit in die apparitōnis. quādo venerunt reges orientis. O quale gaudium fuit iſtud. virgo ſtabat cum filio vt dicunt doctores adhuc in illo loco vbi peperit ⁊ ſubito magnꝰ rumor fuit in ciuitate bethleem. Jam poteſtis cogitare quod equorum homines in aduentu triū regum faciunt magnum rumorem. ⁊ venerunt ad locum vbi erat ⁊ ioſeph nō erat cum virgine maria vt dicit textꝰ Inuenerunt puerum cū maria matre eius ⁊ non alium. Dicit glō. Et quādo virgo ſenſit tumultū equorum cogito ego ꝙ abſcondit filium. ⁊ poſuit in preſepio. ⁊ poſuit ſe ad ſuendum. Et quando virgo audiuit reges mirātes de ſtella que ſtetit ſupra vbi erat puer. vgo gauiſa eſt. Cogitans illam ꝓphetiam numeri. 24. Orietur ſtella ex iacob. ⁊ conſurget virga ð iſrael ⁊c̄. Reges admirantes dicebant. Et quid eſt hoc qꝛ ſtella non conſueuit ſtare niſi hora prādij ⁊ quietis ⁊ modo ſtat. ⁊ dabat mirabiles radios. Poterant dicere reges non eſt hic palatium. nos regem natū perquirimꝰ ⁊c̄. Et venerunt ad portā vbi erat virgo. ⁊ eleuata modicum flaciata dixerunt virgini. Sciretis vos vbi eſt qui natus eſt rex iudeorū ⁊c̄. Et virgo reſpondit. Domini hoc debēt ſcirē magis rabini ⁊c̄. Et dum virgo loqueretur corda regum caleſaciebant reſpicientes ſe mutuo. Deide interrogauerunt virginem ſi hēbat filium. ⁊ virgo reſpondit ꝙ ſic. Itē interrogauerūt de die natiuitatis. Reſpondit ꝙ erant 13. dies. Item quō vocabatur. Reſpondit virgo maria ieſus. Audito hoc nomine procidentes adorauerunt ieſum quem virgo eis oſtendit. Et adorando dicebant. O domine creator celi ⁊ terre. ⁊ tanta ē humilitas veſtra dimittēdo celum ⁊ uenire in tantam miſeriā pro ſaluatione noſtra ⁊c̄. Deinde adorauerunt matrē. ⁊ dicebant ſibi. O camera filij dei. templū dn̄i. regia celi. ⁊ domina mūdi ⁊c̄. Et aptis theſauris ſuis obtulerunt ⁊c̄. Ecce gaudiū ⁊c̄. De iſto gaudio ꝓphetauit yſa. c. 60. Tūc videbis ⁊ afflues. ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuū qn̄ ꝯuerſa fuerit ad te multitudo maris. i. īfidelitatis. quia illi reges infideles erant ⁊ nō iudei. fortitudo gentium venerit tibi ⁊c̄. Sed ſtatī ſequitur ſalſa doloīs ⁊ triſtitie. qꝛ poſt receſſum regum herodes cogitauit occidere omnes pueros bethleem ⁊c̄. Propter qd̄ angelus dn̄i in ſomnis apparuit ioſeph d. ſibi illud Mat. 2. Surge accipe puerū ⁊ mr̄em eius ⁊ fuge in egiptum ⁊ eſto ibi vſqꝫ dū dicā tibi. Futurum ē. n. vt herodes querat puerum ad perdendū eū. Statī ioſeph iuit ad camerā virgis que orabat iuxta illud dauid. Media nocte ſurgebā ad cōfitēdū tibi. ⁊ ioſeph pulſauit ad ianuā de quo virgo admirata cū appruiſſet vidit ioſeph flentē ⁊ ait. Dn̄e de quo ploratis cū ſit gaudēdū. qꝛ habemus filiū dei nobiſcū. de quo vos eſtis nutricus. O benedicta cito recedamus qꝛ herodes vult occidere filiū noſtrum. Cogitate triſticiā virginis. Primo timore filij. Scd̄o ex fuga quia de nocte. Tertō qꝛ ad egiptum terrā infidelium ⁊ plicauit aliquos paucos pannos. qꝛ n̄ habebat magnas caſas. Dicatur quādo exibant ciuitatē ⁊ virgo ſentiebat aliqd videbatꝰ ſibi ꝙ eſſet herodes ⁊ timebat ſūme abſcondens filiū in gremio ⁊ eqtans ſup aſinā fugierūt in egiptū vbi 7. ānis fuerūt tanq̄ exules. Ecce q̄re vgo dicit. Ego mater pulcre dilectiōis ⁊ timoris. Moralr̄ inſtruimur hic. Nā gaudiū virginis venit per reges orientis. et dolor ⁊ triſtitia p regē herodē. hic oſtenditꝰ ꝙ ſi aliqs gaudet ex amicicia ⁊ familiaritate regis. caueat ⁊ timeat qꝛ tales ut cōius a regibꝰ interficiuntꝰ uel exheredātꝰ. Jō timere debet ſicut hō qui egtaret in leone 13 tirret

ab alijs nō rōe sui sed rōe leonis plus dꝫ ipse timere ne leo ab uno calce īter ficiat eū ꝛc̄. Jta de rege q eſt leo ī quo equo equitat q ī eo cōfidit ꝛc̄. Propter hoc ſi habetis amorem uel fauorem re gis uel prelatorum nulli diſpliceatis. non facere ſtulticiā. Jō dō. Nolite cōfi dere ī pricipibus in filijs hominū in q bus nō ē ſalus. Rō exibit ſpūs ei⁹. ſ. re gis ꝑ mortē corporalē. ꝛ reuertetꝛ ī ter rā ſuā q̄ītū ad corp⁹. in illa die peribūt oēs cogitatiōes eoꝝ. ſ. qui ī rege ꝯfide bant cogitantes multas uanitates.

Quartum gaudiū virginis marie fuit de glorioſa reſurrectione filij ſui. qñ ſi bi primo apparuit vt dicit ambroſi⁹ in libro de virginibus. Uultis ītelligē iſtō gaudiū. Sciēdū ē ꝙ poſt xp̄i paſſioneꝫ mortē: ꝛ ſepulturā. virgo certiſſima ð reſurrectione filij ſui ī tertia die. quia xp̄s ſepe dixerat. quia alias crepuiſſꝫ. ſed neſciebat horam reſurrectionis. qꝛ nō dixerat ſibi xp̄s. Propter hoc uirgo maria ī uigilia paſce cogitās ð reſur rectione cogitauit ī qua hora eſſet. qꝛ non legitur ꝙ ei dixiſſet horā ſꝫ dicem. Et īfra ſe uirgo maria ait. Sine dubio pater meus dauid qui pre alijs loquut⁹ ē de paſſiōe ꝛ reſurrectiōe filij mei po nit horā. ꝛ ſine dubio ipſa legit pſalte rium ꝛ clare īuenit legendo in p̄s. 56. Exurge gloria mea. Exurge pſaltium: ꝛ cithara. exurgaꝫ diluculo. Et ē v̄bū patris ad filiū. Reſpondit filius. Exur gā diluculo. Nota exurge gloria mea. Pater vocat filium gloria mea. Secū do vocat eum pſalterium. Tertō citha ra propter tria que fecit chriſtus ī hac vita. Primo in omnibus dictis ꝛ factiſ ſuis diligenter procurabat honorem ꝛ gloriam patris. Jdeo dixit ipſe Joh. 8. Ego gloriam meam non quero. Eſt qui querat ꝛ iudicet. Jtem in fine quādo dixit. pater clarificaui no n ē tuū. quia gētes neſciebāt ꝙ eēt pr̄. nec fili⁹. nec ſpūs. ſ. Sed xp̄s reuelauit hoībus. Jo hānis. 17. Jdeo dicit deus pr̄. Exurge gloria mea. Scd̄o vocat ipſū pſalteriū qð eſt inſtrumentū camere ſecretū qð ſignificat legem moyſi datam ſolū vni populo. pſaltiuꝫ hꝫ ſoluꝫ. x. cordas. qꝛ xp̄s fuit obediēs. x. preceptis. Mat. 5. Non veni ſoluere legem ſed adimpleꝛ Et propter obediētiā ſuā vocatur a pa tre pſalterium. Tertio uocaꝛ cithara. ſcilicet guitera que habet ſonuꝫ acutū ꝛ audibilem ꝛ ſignificat. l. nouam que per totū mundū fuit audita iuxta chri ſti preceptum. Mat. vlt. Euntes ī mun dū vniuerſum ꝛc̄. Qñ virgo ſciuit ho rā reſurrectionis fuit valde leta ꝛ reſ pexit per feneſtram ſi videbat auroraꝫ Et qꝛ mundū erat alba cōtinuauit legē do pſalteriū. vſqꝫ ad pſalmū. 107. ſ. Pa ratum cor meū deus. Et ibi iterum īue nit eundem verſum. Exurge glīa mea ꝛc̄. O dixit virgo iam hēo duplex teſti moniū. Et viſo ꝙ adhuc nō erat alba voluit videre ſi alij ꝓphete dicerent aliqđ de hora. Et finaľr īuenit ī libro oſee capi. vi. vbi ſic hēr. Uiuificat nos poſt duos dies. Et ſeqtur. Quaſi dilu culum paratus ē egreſſus eius. Suffi cit dixit virgo maria. Jn ore duorum vel trium ſtat omne verbū. Et dicaꝛ qūo parauit cathedram vbi ſederet fi lius ſu⁹ ieſus reſpiciēdo ſepe qñ appa ret alba vel aurora. Et qñ incepit cla ritas aurore. dixit virgo maria. O fili meus ē reſuſcitatus. ꝛ flexis genibus dixit. O fili mi velitis me ꝯſolari ꝛc̄. d. Exurge ī occurſum meū ꝛ vide ꝛc̄. Cogitate quomodo ī xp̄i reſurrectione erant multi angeli dicētes xp̄o. illud yſa. 6. Ecce ego dñe mitte me. ſ. ad ma trem tuam. Sed xp̄s miſit gabrielem qui cum magno ſplendore intrauit ca meram ꝛ ſalutauit virginē ut fuit re uelatū b. gregorio d. Regina celi letare all'a. rexrexit ſic dixit all'a. Et addidit Ora ꝓ nob deū all'a. O q̄le gaudiū hūit

uirgo maria. Et ſtatī pᵒ venit xp̄s cum
oīb' ſcīs pr̄ib᷒. ⁊ āgelis clar᷒ ⁊ gl'ioſ'
dicēdo v̄gi. Pax vob̄. Et v̄go flexis gēi
bus ⁊ p̄ gaudio lacrimādo oſculabat̄
xp̄i vulnera reſplēdētia dicēdo. O vul
nera bn̄dcā q̄. 6. feria tm̄ dolorē mihi
itulistis. Et xp̄s oſculatus ē eā ī ore. q2
nūq̄ fuit aliq̄s fili' q̄ tm̄ dilexit mr̄em
ꝗ. Mr̄ mea ſitis leta. q2 ꝺ̄ cetero ꝺ̄ me
n̄ hēbitis niſi gaudiū ⁊ leticiā. Et ſedē
tes loq̄bātur. O q̄s fuiſſet ī illo ꝑlamē
to. Uirgo petebat q̄uō fuit ſibi. Et xp̄s
ſibi dixit q̄d fecit ī iferno. ⁊ oñdit ſibi
oēs ſcōs q̄ oēs fecerūt ſibi reuerētiam
Cogitate q̄n̄ adam ⁊ eua viderūt eā di
xerūt. O dn̄a vos eſtis illa filia nr̄a de
q̄ dixit dn̄s ī gen̄. 3. Inimicicias ponā
⁊c̄. Dixit eua. Ego clauſi hoſtiū ꝑad'ſi.
ſ3 vos bn̄dicta apuiſtis. Dicebāt ꝓphe
gl3 ſeorſum. Bn̄dcā. Ego ꝓphetaui de
vob̄. ⁊ ſalutādo eā dixerūt illō iudith.
15. Tu gl'ia irl'm. tu leticia iſr̄l. tu hono
rificentia ꝑpl'i nr̄i. Et v̄go hūil'r reſa
lutans eos dixit illō. i. pe. 2. Uos eſtis
genus electū. regale ſacerdotiū. genſ
ſcā. populus acq̄ſitōis. Deīde oēs ange
li ſalutādo eam dixerūt. Regina celi le
tare. utſupra ⁊c̄. Et v̄go d. illō ad heb.
p̊. Uos oēs eſtis admīſtratorij ſpūs in
miſteriū miſſi ꝑꝑ eos qui hr̄ditatē ca
piunt ſalutis. Si dicatur q̄uō ſci āgeli
poterant ibi recipi ī illa camera. Dica
tur coꝝ ꝯditio. Tūc dixit virgo filio.
Uſq3 mō fili mi ſeruaui ſabbatū. ſ3 ꝺ̄
cetero colā diē dn̄icā ī memoriā veſtre
reſurrectōiſ. Dixit xp̄s. Ita mr̄ bn̄ pla
cet mihi. ⁊ iſta ē itentio mea ꝙ ꝺ̄ cete
ro a xp̄ianis ſeruet̄ dn̄ica ⁊ n̄ ſabbm̄.
Dicat̄ ꝯtra apothecāīos ferrarios. bā
bitonſores. ⁊ alios n̄ ſeruātes dn̄icā.
Ecce gaudiū virginis. Et poterat dice
re virgo illud yſa. 61. Gaudens gaude
bo in domino ⁊ exultabit anima mea ī
deo: q2 induit me ⁊c̄. Sed ſtatim ſeq̄t̄
falſa triſticie ⁊ doloris. Poſtq̄ xp̄s re
ceſſit ab ea vt duceret ſcōs pr̄es ad pa
diſum terreſtrē. Cogitate q̄uō ex carita
te voluit conuertere apoſtolos q̄ perdi
derant fidem. Et vocauit eos d. eis.
Q̄uō filius ſuus apparuit ſibi ⁊c̄. ⁊ ni
hil credebant. Sed nolebant ſibi in fa
ciem contradicere. quia habebant eā
in magna reuerētia. Sed dicebāt. ben
ben madona. Et ſpecialiter beatus tho
mas dicens retro. Bene diceret mater
vnū pro alio pro filio ſuo. Q̄n̄ virgo vi
debat eos ita duros ⁊ incredulos tri
ſtabatur compatiendo eis. ⁊ rogabat
filium ſuum vt eis appareret ne dāna
rentur. Ideo Mar. vlt. Recūbentibuſ
xi. diſcipulis apparuit illis ieſ᷒ ⁊ expro
brauit incredulitatē eorum quā habue
rant. quia tūc non credebant. quia ijs
qui viderant eum reſurrexiſſe a mortu
is non crediderunt. vt virgini marie ⁊
magdalene ⁊c̄. Moral'r īſtruimur hic.
q2 v̄go l3 leta eēt de xp̄i reſurrectōe. tri
ſtabat̄ tm̄ ꝺ̄ apl'oꝝ dubitatōe. Ita ꝺ̄ vo
bis ſi aliq̄s vr̄m ē letus. quia credit ſe
bn̄ eſſe cum deo. nō de hoc debet eē to
taliter let᷒. Et tūc poterit dicer̄. Neq3
iniquitas mea. neq̄ peccatū meū. ſalua
tio proximi nō eſt deſpicienda. ſed qui
lib3 d3 laborare ꝓ ſalute alterius. ver
bi gratia. Si in vna domo vir ſit bon᷒
⁊ deuot᷒. vxor v̄o rabioſa. vir dulciter
d3 eam ꝯuertere ſi pōt. Et ꝑ oppoſitū
ſi vxor ſit bōa vir aūt mal᷒ ⁊ rabioſus
⁊c̄. ſed dulciter ⁊ bono mō vxor dicat
ſibi ꝙ audiat miſſā ⁊ ꝯfiteat̄ ⁊c̄. al's
dabit ſibi cū pugno ⁊c̄. Itē pr̄ filiū ei᷒.
⁊ fr̄ frē. vicin' viciniū Ad gal'. 6. Op᷒
ſuum ꝓbet vnuſquiſq3. ⁊ ſic ī ſemetip
ſo tm̄ gl'iam habebit. ⁊ non in altero.

Quintum gaudium fuit in die aſcēſio
nis q̄n̄ fili᷒ eius ī celū aſcendit. S3 vt
itelligatis iſtud gaudiū. ſciendum ꝙ a
xp̄i reſurrectione vſq3 ad eius aſcenſi
onem tranſiuerūt q̄draḡita dies ī q̄b᷒
xp̄s ſepe apparuit virgini ⁊ apoſtolis.
ſed in die aſcenſionis bis apparuit

apoſtolis. Primo dum comederunt d.
eis. vadatis ad matrem meā; ⁊ vos ſi
mul conueniatis ad montem oliueti.
quia hodie volo a vobis recedere ⁊ ce
lum aſcendere. ex quo compleuerat opꝰ
redemptiōis. Qḋ intelligentes apl'i in
ceperunt flere. Et xp̄s ſibi dixit illud
ioh. 14. Si diligētis me gaudētis vtiq;
⁊c. Et apoſtoli. Domine gaudemus de
honore. ſed triſtamur q2 dimittis nos
orphanos. ⁊ non poterant comedere.
Propter qḋ xp̄s vt ipſi comederent co
medit cum eis. Statim poſt prandium
apoſtoli iuerunt ad domum virginis q̄
comedebat cū magdalēa ⁊ alijs. Que
cum videret apoſtolos flentes interro
gauit de cā ⁊c. Que cum audiſſet ince
pit flere cum eis. ⁊ ſurrexit de menſa
⁊ proceſſionaliter iuerunt ad monte;
oliueti. Erant. n. vt dicit luc. fere cētū
viginti. Et xp̄s apparuit eis iterum. ⁊
poſuit ſe ī medio eoꝝ. Et ſalutauit ma
trem ⁊ diſcipulos dicens. Pax vobis.
Et uirgo dixit ſibi. Fili mi ⁊ ul'tiſ rece
dere? ⁊ xp̄s. Ita mater mea ex quo ꝑ
feci opus redēptionis. iā predicaui: ⁊
dedi legem nouam quā confirmaui mi
raculis. ⁊ fui ſuſpenſus ī cruce ne ali
quis mihi credens ⁊ obediēs ſuſpēdatˀ
in furcha inferni. Ideo modo volo re
dire ad patrem. Et virgo ⁊ omnes alij
flebant ex vna pte pre gaudio de hono
re ſuo: ex alia propter triſtitiam de re
ceſſu ſuo. Et virgo maria oſculabatur
manus ⁊ pedes eius d. O fili. ⁊ qˀ ego
non aſcendo vobiſcum cum ſcis. quo
rum pñtiam virgo ſentiebat. Ad qua;
xp̄s. Mater mea. vos remāebitis loco
mei. ⁊ apoſtoli recurrent ad vos. Iō
cantatur. Gaude maria virgo cunctaſ
hereſes ſola interemiſti in vniūſo mū
do. Dicatur quomodo aſcendit cū ma
gno feſto. Sicut rex victorioſꝰ rediēs
de prelio ⁊c. Angelis clamantibus: vi
uat. viuat filius virginis marie. Alijs
clamantibus tubis ⁊c. dauid. Aſcēdit
deus in iubilatione ⁊ dñs in voce tube
Cogitate gaudiū virgīs marie ī tm̄ ꝙ
dicˀ lucas vlt. c. ferebatˀ ab eis in celu;
Et ipſi adorantes ingreſſi ſunt ī ieruſa
lem cum gaudio magno. Sed ſtati ſeq
tur ſalſa triſtitie. ⁊ doloris. Qñ virgo
fuit in domo. ⁊ videbat loca vbi fuerat
filius eius ⁊ ſteteratˀ. ⁊ cogitans. de ce
tero non videbo ipſum flebat. xij. ānis
vixit poſt xp̄i aſcenſionē vel. xxiiij. ſm
alios. Et tantum dilexit filiu; ſuū. ꝙ ſi
omnes amores matrum ad filios eēnt
in vna muliere. adhuc amor virginis
ad xp̄m eſſet maior. Et perquirebat oī
die loco natiuitatis. appitionis. baptiſ
mi. quadrageſime. paſſionis. ⁊c. De h
ꝓphetauerat ſalomon d. Cant. 5. Adiu
ro vos filie irl'm. i. creature angelice:
ſi inueneritis dilectum meum. vt anū
cietis ei quia amore langueo. Moral'r
inſtruimur hic ꝙ nos xp̄iani gauden
tes de xp̄i honore in celo regnantis. et
triſtari debemus. ⁊ eū deſideraˀ ſicut
marinarij deſiderant portum. Ita de
vobis nauigātibus ī iſta naui perfora
ta in qua intrat aqua peccatoru;. ⁊ cū
magnis periculis trāſiuimus. Iō deſi
derare debemꝰ portum ſalutis. dicēdo
O domine. ⁊ qñ ero vobiſcum ⁊c. De
hoc ciprianus in epiſtola. 6. de mortali
tate. Patriam noſtram ad paradiſum
quem ardēter deſiderare debemus ut
ibi permanemus ⁊c.

¶ Sextum gaudiū fuit in die pentecoſteſ
quādo virgo cu; apoſtolis recepit ſpū;
ſcū;. Uultis intelligere iſtud gaudium
Xp̄s dixerat multotiens apl'is illḋ ioh.
16. Expedit vobis vt ego vada;. Si. n.
non abiero paraclitꝰ nō veniet ad vos.
ſi autem abiero mitta; eū ad vos. Itē
actuu; primo. Iohānes aūt baptizauit
aqua. vos aūt baptizabimi ſpū ſcō non
poſt multos hos dies. Apoſtoli autem
pꝰ xp̄i aſcēſionē recordātēs ḋ xp̄i ꝓmiſ
ſiōe expectabant ꝓmiſſionē. neſciebāt
tamen diem certam miſſionis ſpūſſacti

Ideo in craſtinū aſcēſionis expectātes
dicebāt. hodie mittet ⁊c̄. ⁊ nō uenit.
Idē in ſabbato. Et qꝛ nō uenit ſiue mi
ſit apl'i inceperunt dubitare. ⁊ loqui iter
ſe. Et dixit unus apl'oꝝ. Nō dubitetis:
qꝛ cras q̄ erit dies dñica mittet: quia
tali die formauit lumen ⁊ diuiſit a te
nebris: Ideo rōnabiliter in die dñica
dꝫ nobis mittere lumen ſpūſſancti. Et
nō uenit. Dixit alius. In die lune mit-
tet: qꝛ in tali die fecit firmamentū ⁊ di
uiſit aquas. iō tali die mittet ad nos.
ut nos fortificet ⁊ diuidat ab aqs pec
catoꝝ. Nec miſit. Dixit aliꝰ. Uere ī die
martis mittꝫ. qꝛ in tali die ꝓduxit ar
bores. ut poſſimꝰ plantare fidem catho
licam ut facere poſſit flores. Et nō uēit
⁊c̄. Dixit alius. Feria. 5ª. mittet. qꝛ tali
die aſcendit ⁊c̄. Dixit aliꝰ non. ſꝫ feria
6ª. qꝛ tali die doluimꝰ de ſua paſſione.
Ideo tali die mittet nobis ſpiritū cōſo
lationis. Dixit alius non. ſed ī ſabbato
mittet. Rō. quia in ſabbato poſt eius
paſſionem fuimus diſperſi: qꝛ una pe
tra nō ſe tenebat cū alia. Iō ut adune-
mur ⁊c̄. ſꝫ non uenit. Finaliter in die
pentecoſtes oēs apl'i ⁊ diſcipuli q erāt
congregati in eadem domo pp metuꝫ
iudeorum. oēs uenerunt ad portā ỽgi
nis marie. Dicatur quō ipſa ſurgebat
in media nocte ad orañ iuxta dicta da
uid. Media nocte ſurgebaꝫ ⁊c̄. Et quā
do exiuit camerā. uidit oēs ſanctos ⁊
ſanctas ꝯgregatas ⁊ flentes. Uirgo di
xit. De quo fletis. Nūquid filius meus
regnat in celis. Rñderūt apl'i. Uirgo
bñdicta. filiꝰ veſter dñs ⁊ magiſter no
ſter ꝓmiſit nobis ſpiritūſanctū. ⁊ ꝙ nō
dimitteret nos orphanos. ⁊ hodie ſunt
x. dies ꝙ aſcendit ⁊ non miſit. Rñdit
virgo. Nō dubitetis. qꝛ filius meꝰ non
habet ꝯditiōes hominū mundanoꝝ q
qñ ſunt in paupertate cognoſcūt aīcos
ſed qñ ſunt in honore ⁊ ꝓſperitate nō
curant de eis. Nō ſic de filio meo. Sed
neſcitis vos ꝙ quādo extraxit populuꝫ
ď egipto ī. 50. die deſcendit vt daret le
gem. Illō fuit figura. hodie ē. 50. dies
a reſurrectōe filij mei. Iō mittet ſpiri-
tumſanctū. iō hodie ponatis vos ī ora
tione: qꝛ que a deo ſūt. ordinata ſunt.
Et petrus ⁊ alij apl'i dicebāt quilꝫ orā
do. Cor mundū crea in me deꝰ ⁊ ſpiritū
rectū inoua in viſceribꝰ meis. Lazarꝰ
⁊ alij diſcipuli. 70. orando dicebāt illō
Sapi. 9. Senſū tuū domine quis ſciet.
niſi tu dederis ſapiētiā ⁊ miſeris ſpiri
tū ſanctū tuum de altiſſimis. Maria
magdalena ⁊ alie ſancte mulieres orā
do dicebāt. Redde mihi leticiā ſaluta
ris tui ⁊ ſpiritu principali ꝯfirma me.
Et dixerūt virgini marie. Uirgo bene
dicta. oretis vos ēt: qꝛ filius veſter ſta
tim exaudiet vos. Tūc virgo maria ſta
tim flexis genibꝰ orauit d. Emitte ſpiri
tū tuū ⁊ creabunť. ſ. virtutes ⁊ perfe
ctōes. ⁊ renouabis faciē terre. ſ. p pre
dicationē. Et ſubito factus fuit de celo
ſonus ⁊ fuit q̄ſi vox rñſiua virgini. ⁊ q̄
ſi ventꝰ ſubitus qui deſcendit de celo.
⁊ repleuit totam domū igne nō cōburē
te ſed illuminăte ad modū linguaꝝ ⁊c̄.
Et repleti ſūt oēs ſpirituſancto ⁊ cepe
rūt loqui q̄ſi dicētes. Sapi. 12. O q̄ꝫ bo
nus ⁊ ſuauis eſt dñe ſpiritꝰ tuus in no
bis. Cogitate hic qꝛ mlti ſancti de vna
gutta mellis ſpirituſſancti ſūt inebria
ti. q̄to magis quādo tota breſcha ſpūſ
ſancti. i. tota eſſentia rcipiť. Sꝫ ſtatim
ſequitur ſalſa doloris ⁊ triſticie. Dica
tur quomō apl'i ſtatim inceperūt predi
care. ⁊ ſtatim fuerūt perſequuti vt pa
tet. Act. 4. Et venit nūtius ad virginē
ꝙ petrus ⁊ iohānes erant capti ⁊ vole
bant eos iugulare. Alia die venit aliꝰ
nūtiꝰ. d. ꝙ oēs apl'i erāt capti. Itē ali
us ꝙ prior mulierū. ſ. b. Stephanꝰ fue
rat lapidatus. Item aliꝰ ꝙ b. iacobus
nepos virginis marie erat interfectꝰ.
Ecce triſticie. Ideo xp̄s ioh. 6. Amen
amen dico voƀ qꝛ plorabitis ⁊ flebitis
vos ⁊c̄. Moralr ſiue pratice iſtruimur

hic. Uirgo maria ⁊ apl'i poſtq̄ recepe
rūt ſpiritū ſanctū fuerunt pſecuti. Sic
eſt ēt de uobis perſōis mūdanis. uos
ēt perſequimini fratres ⁊c̄. ⁊ nō ſoluȝ
perſequūtur imo comedūtur. Sed ſi
aliqs recipit ſpiritū. ſ. ſtatim pſequitur
Uerbi grā. Si aliqs in aliquo mōaſte
rio recepit ſpiritū ſanctū ut uelit ſua
re regulā. obedientiā. paupertatē. caſti
tatē ⁊c̄. ⁊ nō curat ſeruare regulā alio
rum euntiū ad infernū. ſtatim eſt pſe
quutus ī deriſionib⁹ uitupijs ⁊c̄. Ideo
patientia ut v̊go maria. ⁊ apl'i. Idē de
clericis ⁊ ſecularib⁹. ac etiā de mulie-
ribus. Iō apl's. 2. thim. 3. Oēs qui pie
uolunt uiuere in xp̄o yh̄u pſecutionem
patiētur. ſ. linguaꝝ. uel infirmitatū. ul'
tēptationū dyaboli.

Septimū gaudiū ⁊ ultimū fuit in ſua
benedicta aſſumptōe. nō qn̄ aīa fuit ſe
parata a corpore: qꝛ tunc iaȝ nō fuiſſet
gaudiū huius mūdi ſed alteri⁹. Sȝ qn̄
filius ſuus miſit ſibi angelū gabrieleȝ
cuȝ ramo palme d. Suſcipe benedictio
nem illi⁹ qui mādat ſalutes iacob. Ab
hinc ad tres dies ibis ad filiū tuū qui
iam parauit cathedrā ⁊c̄. De iſto gau
dio vide in ſermone aſſumptionis pre
miſſe virginis. Dixit v̊go filio ſuo. ie-
re. 15. Factū eſt mihi v̊bū tuū in gaudi
um ⁊ in leticiā cordis mei. Sȝ imedia-
te ſequit̄ doloris ⁊ triſticie ſalſa ex cō
paſſione aploꝝ ſiue ſanctorum in hoc
mūdo remanentiū inter iudeos ⁊ īter
infideles. in tantis tribulationib⁹. Un
de quādo apl'i fuerūt ad uirginē mariā
cōgregati ⁊ mirarent̄. uirgo maria di
xit eis. Ego obtinui vt eſſetis hic: quia
ego debeo aſcendere in celum. Apoſto
li inceperūt flere dicētes. O benedicta
dicitis ꝙ vultis recedere a nobis. ⁊ nō
dimittetis nos ī his tribl'atōib⁹. Deīō
uenerūt ſancte mulieres dicēdo. O be
nedicta quid uultis recedere. quid fa-
ciem⁹ nos: Idem dicebāt uirgines q̄s

uirgo nutrierat. Et uirgo maria flebat
cū eis dicens: Nō dubitetis: qꝛ nō tra
dam uos obliuioni qꝛ recordabor ꝟ uo
bis: qꝛ occaſione peccatoruȝ facta ſum
mater dei. Poterat dicere virgo illud
Iob. 30. Flebā ſuper eo qui afflict⁹ erat
⁊ compatiebat̄ aīa mea pauperi. Mora
liter inſtruimur hic ꝙ ſicut virgo ma
ria gaudebat de honore ſibi promiſſo.
triſtabat̄ tamen ex ꝯpaſſione ⁊c̄. Ita
debet eſſe de ſanctis pſonis que lȝ gau
deāt de ſua bona vita. nō tamē debēt
deſpicere peccatores ſȝ compati eis di-
cēdo. Dn̄e ſi vos dimiſiſſetis me. peior
eſſem ego. Iō dn̄e, iuuetis eos. ⁊ ſic cō
pati nō indignari. Itē ſi eſtis diuites
⁊ ſcitis aliquē pauperē. nō deſpiciatis
eū ſed compatimini ſibi ⁊ iuuetis euȝ.
Itē ſi eſtis ſani. compati infirmis. Si
iuuenis ſenib⁹ dicēdo. Ita poſſeȝ eſſe
ego pauper. infirm⁹. vel ſenex. Et tene
bimus cōſiliū ſcripture dicētis. 1. pe. 3.
Oēs vnanimes ī oratōe. eſtote compa
tientes ⁊c̄.

In feſto exaltatiōis ſancte ✠.

Factus eſt pro nobis obediens
vſqȝ ad mortem. mortē aūt cru
cis. ad phi. 2. Scā mater eccl'ia
facit hodie feſtū de exaltatione ſancte
crucis. ꝟ q̄ bis ī anno feſtiuat̄. p̄ ī mē
ſe madij de inuentione. Scd̄o hodie de
exaltatōe. Ratio qꝛ poſtq̄ fuit inuenta
ab helena ſcā crux. venit in poſſe infi-
deliū qui deſpectiue tenebāt eam ut in
fideles. Sed impator xp̄ianiſſim⁹ extra
xit eam ꝟ poſſe infideliū. ⁊ hodie hono
rifice eā exaltauit. ⁊ hodie fit feſtū illi
us exaltationis. Sȝ ut verba ⁊c̄. Salu
tetur v̊go maria ⁊c̄. Doctrina cōis eſt
⁊ catholica in ſancta theologia. ꝙ lȝ
xp̄s habuiſſet alios innumerabiles mo
dos redimēdi ⁊ ſaluandi humanū ge-
nus. tamē per cruceȝ eum ſaluare ele-
git ⁊ redimere ſibi credētes ⁊ obedi-
entes. Ratio quia quādo aliqua ſatiſfa

ctio debet fieri de aliquo peccato. Rationabile eſt  ſatiſfactio rn̄deat peccato. verbi gratia. Si aliquis peccauit ꝯ deum vel proximū corde de eo male cogitādo. vel ore male loquēdo. aut opere male operādo. ſi iſte talis vult cōdigne ſatiſfacere. debet recipere de iſto peccato dolorē in corde et penitere cor. ſi ore diffamādo vel iurādo et cetera. Propria ſatiſfactio eſt non ſolū ore cōfiteri. ſed orare et petere veniā deo et proximo ſi ipm̄ offēdit. Idē ſi per oculos peccaſti reſpiciendo et cetera. propria ſatiſfactio eſt flere et cetera. Idē ſi per aures audiēdo mala proximi. emēda audiēdo miſſam. ſermones et cetera. Si per gulā frāgēdo ieiunia eccleſie. Si per manus peccaſti extēde in orone et cetera. Si effudiſti ſanguinē proprium. cum diſciplinis Gen. 9. Quicūqꝫ effuderit humanum ſanguinem. fundet ſanguis illius. Si peccaſti corpore per carnalitates et cetera. recipere ciliciū. Si in pedibus eundo. firmentur i oratione. Ecce quō fit ſatiſfactio propria. quādo penitētia et pena correſpōdet offenſe. Nō videamus quomodo fuit facta offenſio deo ex qua venit tota perditio. et totuſſi malum generis humani ex qua ſumus exules in hac valle lacrimarū. Nūquid ex furto cuiuſdā pomi ꝯ expreſſum dei mandatum receptum. Imo. Ergo reſtitutio. reparatio. ſeu emēda debuit fieri. vt fructus reſtitueretur arbori. Ideo xpiſtus redemptor omnium ſiue noſter de quo dicitur virgini. benedictus fructus vētris tui. elegit arborē crucis vt fructus infiniti valoris reſtitueretur arbori. Dicūt yſtorie grecorum antique.  lignū crucis fuit de illa arbore de qua adam recepit fructū. Ideo quādo xps fuit in cruce poſitus fructus fuit arbori reſtitutus. De hoc dauid in pſona xpi dixit ps. 68. Cōfortati ſunt qui pſequuti ſūt me inimici mei iniuſte que non rapui tunc exoluebā. Nō hic tanguntur duo ſcilicet intentio mala iudeorum inimicorū xpi qꝛ nō intendebāt ad ſatiſfactionē. ſed ad xpi perſequutōꝫ. Ideo dicit nimis confortati ſunt vſqꝫ iniuſte. Et xpi intentionem. ſcilicet ſatiſfaciendi. Ideo dicit. que non rapui et cetera. Patet ergo doctrina quia licet xps haberet alios modos redimendi. tamen iſte per crucem fuit proprius. in quo ſatiſfactō fuit cōreſpondēs offenſe. hoc tangit ſancta mater eccleſia i prefatione dicens. Qui ſalutem humani generis in ligno crucis conſtituiſti. vt vnde mors oriebatur inde vita reſurgeret. et qui per lignum vincebat. per lignum quoqꝫ vinceretur. per xpm dominum noſtrum. Patet ergo  proprius modus noſtre redemptionis fuit per crucē. Iō dicit thēa. Xps factus eſt pro nobis non pro ſe obediens non ſolum patri. ſed iudicibus. et crucifixoribus. vſqꝫ ad morteꝫ et cetera. Patet thema. Et ſum in materia predicāda. Et quia thema dicit. Factus eſt obediens vſqꝫ ad mortem. et replicatur. mortem autem crucis non ad aliam mortem. Inuenio  quinquies fuit xps in periculo mortis. et nullam voluit acceptare niſi crucis.

¶ Primo fuit in periculo iugulationis.

¶ Secundo precipitationis.

¶ Tertio lapidationis.

¶ Quarto venenationis.

¶ Quinto crucifixionis.

¶ Et quintum modum moriendi elegit. de quo dicit thema. Factus eſt pro nobis obediens vſqꝫ ad mortem. morteꝫ autem crucis.

¶ Primo dico et cetera. et hoc ſtatim quando fuit natus per herodem regem. qui quando audiuit ſigna et mirabilia de chriſti natiuitate. de angelis cantantibus gloria in excelſis deo. de claritate noctis. de aduentu paſtorum. de adoratione animalium. de ſtella et ad

uentu triū regum. ⁊ ꝓphia anne ⁊ ſy-
meonis ſancti ꝙ ille erat ver⁹ meſyas.
herodes cogitauit illū occidere ne ꝑde
ret regnū: q̄z erat alienigena ⁊ tiebat
ne vna die iudei inſurgerēt ꝯ eum. Jō
⁊c̄. et miſit hoīes armoꝝ in ciuitate
bethleē vt interficerent oēs pueros q̄z
neſciebat quis eēt ihs. ſed xp̄s fugerat
in egiptū ⁊c̄. De hoc ꝓphauerat iob in
ꝑſona xp̄i d. ꝑ. c. Pueros percuſſerunt
gladio ⁊ euaſi ego ſolus ⁊c̄. Queſtio ē
hic q̄re xp̄s noluit mori iſta morte. q̄z
ſi voluiſſet ēt talis mors fuiſſet ī ſalua
tionē credentiū ſibi. Ratio litteralis iā
dicta ē: q̄z ſatiſfactō d; correſpondere
offenſe. Jdeo noluit mori ſic ſ; ī cruce
Sed rō moralꝭ eſt ut inſtrueret noſ. ut
fugiamus mortē gladij bti petri. De
quo. Jo. 18. Simō petrus hn̄s gladiu;
eduxit eū. ⁊ percuſſit pontificis ſuum
⁊ abſcidit auriculā eius dexterā. Jſte
gladius ē ſententia excōnis que ſcidit
a corpore ecclꝭie qn̄ ꝓfertur contra ali
quem. Et ſic mēbrum ſciſum a corpore
nullam recipit īfluentiā: ſic etiam nul
lus excōicatus in operib⁹ diuinis que
in eccꝉia fiūt habet aliquā ꝑtem. Ecce
quō fugienda ē iſta mors. Citi⁹ velle;
mori q̄ꝫ per horā. non dico per annū ex
cōicari: quia nihil peius eſt membro q̄ꝫ
ſcindi a corpore. Dicaꝭ hic miraculu;
del uoguer pp breuiariū. Nō cu; dicit
ſymon petrus hn̄s gladium. Jnnuit ꝙ
ſentētia excōicationis nō pōt dari niſi
a prelato q̄z petrus fuit ꝑlatus. Secū
do quū dicit eduxit eū. Jnnuit ꝙ ſentē
tia dei nō debet dari niſi a ꝑlato q̄ſi vi
brādo gladiū. dicens gara gara ꝑ tri-
na; monitionē: q̄z alꝭ nihil valeret. nec
faceret ictū. Tertio cū dicit ⁊ percuſſit
pontificis ſuū. Jnnuit ꝙ prelatus ſolū
in ſuis ſubditis pōt ꝓferre excōicatio
nem: quia ep̄s non pōt excōicare ī alia
dyoceſi. Quarto cū dicit ⁊ abſcidit ei⁹
auriculā dexterā. dextera ſignificat ſpi
ritualia. Siniſtra temporalia. Jnnuiꝭ
ꝙ ſentētia excōicationis nō debet da
ri niſi cōtra inobedientiā reꝝ ſpiritua
lium. Ut ſi vxor vel vir nō vult ſtare
cum eo vel cū ea niſi legitimā habeat
rōnem. prelatus pōt eos excōicare ⁊
ſic de alijs. Jſte gladi⁹ percutit ita for
titer ꝙ aiām interficit ꝯ morte eterna
Jō Job. 19. Fugite ergo a facie gladij:
qm̄ vltor iniquitatū gladius eſt.

Dico ſecūdo ꝙ voluerūt precipitādo oc
cidē. vt hꝛ luc. 4. Dicaꝭ ubi ⁊ quō ſciſ
ſime uixit. nec cognoſcebaꝭ. Dicit ni
cholaus de lira ꝙ vtebaꝭ arte patris
putatiui ioſeph qui erat faber lignari⁹
O quis haberet vnā domū de illis. Et
poſt iuit capharnaum ciuitatē vbi p̄di
cauit. ⁊ fecit mlꝉta miracula. Et poſt
redijt nazareth. ⁊ rectores vlꝭ iurati ci
uitatis dixerūt ſibi illud luc. 4. Quan
ta audiuimus facta in capharnaū fac
⁊ hic ī patria tua. Rn̄dit christus in ſū
ma ꝙ ex eoꝝ incredulitate ⁊ deriſiōe:
q̄z truffabanꝭ de eo dicēdo. Ecce fili⁹
lignarij ⁊ illi⁹ cuſtorerie marie predi
cat. ⁊ tn̄ non ſtudunt. Jdeo oñdit ꝙ nō
erant digni: q̄z miracula requirunt di
ſpoſitionē ⁊ deuotionē ⁊ nō vanā glīa
Propter qd̄ dicꝭ Mar. 6. Nō poterat
ibi v̄tutem vllā facere niſi paucos īfir
mos impoſitis manib⁹ curauit. Dicaꝭ
quō illi indignati cū tumultu ad ſupci
lium montis voluerūt eu; precipitare.
ihs aūt tranſiens per mediū illoꝝ ibat
Cogitate hic cōtemplādo de v̄gine ma
ria que erat ī ciuitate p̄ns. qn̄ videbat
filiū ſuum duci ad precipitiū ⁊c̄. Que
ſtio q̄re noluit ſic mori ⁊c̄. q̄z ſi voluiſ
ſet ſic mori ⁊c̄. Rō litteralis dicta eſt.
S; ratio moralis ē. ut caueam⁹ ne mo
riamur precipitati. aſcendēdo in mōtē
ſupbie. Nam dyabol⁹ videns ꝙ qui va
dunt ſimpliciter ⁊ humiliter. recte va
dunt ad paradiſum. O dicit demō ego
faciam aſcēdere in altum v̄bi gratia.
Religioſus qui uiuit ſimpliciter. fuat

ſuam regulam in votis. cerimonijs. ta
lis vadit via plana ad paradiſum. Sꝫ
venit dyabolus loquens imaginationi
dicens. Si tu velles ſic viuere nunq̄
aſcenderes. Qr̄ non laboras vt ſis ma
giſter loycorum. ꝛ poſtea pbie ꝛc̄. Et
adhuc poſſes eſſe ꝯfeſſor regis vl' eṗs.
Et qn̄ eſt altus perdit totam deuotiōeꝫ
ꝛ ſubito cadit. ꝛ morit̄. ꝛ precipitatur
in infernū. Idem de clerico ſimplici ꝛ
dyabolo inſtigante aſcendit. Idem de
laycis, vt aſcendant vſuras ꝛc̄. Ité vt
ſit officialis ligat ſe cum alijs ꝛ directe
vel indirecte ꝛc̄. quia pecunie coītatis
ſapiunt ꝛc̄. qꝛ qn̄ ſunt intus furātur.
faciunt hec ꝛ illa. vt poſſint ſe manu-
tenere in officio. O quot ſunt decepti
iſto aſcenſu. De hoc dixit dauid dyabo
lo. ṗs. 72. Propter dolos ſuple tuos po
ſuiſti eis ſuple hanc imaginationē aſcē
dendi. deieciſti eos dum alleuarētur.
Idem de mulieribus ſimpliciter viuē
tibus de domo filijs ꝛ familia curanti
bus. tales recte per viam planam va-
dunt ad paradiſum. Sed dicit demon
Et tu non portaſti tantum viro tuo vt
talis? Ergo quare tu non vadis vt illa
ꝛc̄. Da viro malum prandium ꝛ cenaꝫ
Rum. Rum. Rum. quouſqꝫ ꝛc̄. Item
ſicut talis ꝛ dn̄a domus quare tu ꝛc̄.
Cauete ergo ꝛ vadatis ſimpl'r ꝛ plane
quia quanto de altiori loco cadit homo
tanto caſus ē piculoſior. Ideo iob in ꝑ
ſona peccatoris loquens dyabolo dice-
bat. 30. Eleuaſti me. ꝛ quaſi ſuꝑ vētuꝫ
ponens eliſiſti me valide. Scio qꝛ mor
ti trades me.

Tertio dico q̄ fuit in periculo moriēdi
lapidatus vt pꝫ. ioh. 8. Dum xp̄s predi
caret iudeis ꝛ declararet eis ſuam di
uinitateꝫ dicens. Amen amen dico vo
bis ſi quis ſermonem meuꝫ ſeruauerit
mortem non videbit in eternum. Dixe
runt iudei. Abraam ꝛ prophete mōtui
ſunt. queꝫ teipſum facis. Xp̄us loque-
batur de morte infernali. ꝛ iudei itelli
gebant de corporali. Et xp̄s clari⁹ lo
quens de diuinitate dixit. Amen amē
dico vobis. anteq̄ xp̄s fieret ego ſum.
Sum eſt nom̄ diuinitatis. Exo. 3. Ego
ſum qui ſum. Iudei audientes q̄ ipſe
dicebat ſe eſſe deum voluerunt ipſum
lapidar̄. Dicit textus q̄ chriſtus abſcō
dit ſe. ideſt ſe eis inuiſibilem oſtendit.
ꝛ perquirebant eum dicentes vbi eſt.
vbi eſt. Sed virgo maria ꝛ apoſtoli vi
dentes eum ſequebantur: Queſtio qr̄
nec ſic uoluit mori: quia etiam per ra-
tionem predictam ꝛc̄. Ratio moralis ē
ut caueamus a morte lapidationis ex
peccato auaricie: qꝛ auarus ē dur⁹ vt
lapis ꝛ frigiduſ. Durus qꝛ nullū dulco
rem oñdit debitoribus ſuis. ſed dur̄ ꝛ
aſpere repetit vſuras ꝛ debitū ꝛc̄. Fri
gid⁹: qꝛ ſine igne caritatis videns pau
peres mori fame. ꝛ nō curat ſubuenir̄
eis: ꝛ tenet florenos icarceratos. ꝛ ca
ptiui. ꝛ puelle nō poſſunt ꝛc̄. Ideo iob
moraliter loquens de auaro dicit. Cor
eius indurabitur quaſi lapis ꝛ ſtringe
tur quaſi maleatoris incus. Quattuor
lapides auaricie ſunt ſpecies auaricie.
Unus lapis eſt qui dr̄ rapina. ꝛ iſto la
pide percutit caput dn̄orum. Alius dr̄
ſymonia ꝑlatorum dando beneficia vel
ſacr̄a ꝑ pecūijs. Iſte lapis ferit i corde
Alius lapis dr̄ vſura q̄ frāgit brachia
ſcilꝫ laboratores. Dicat̄ ꝯtra rōeꝫ aua
rorum dicentiū ſibi. Illa ꝑſona vel cō
munitas tꝫ pecuniam meā. Iſta rō in
cludit errorē nō ſolū in ꝯn̄te. ſed ēt in
an̄te. qn̄ dicit mea pecunia falſum dic̄
qꝛ dn̄s non tenetur alteri reddere com
putuꝫ. ꝛ tu imo xp̄o. quia dn̄i eſt terra
ꝛ plēitudo eius. Diuites ſolum ſunt ad
miniſtratores. P⁹ ad cor. 4. Xp̄s tenet
modum regū faciens theſaurarios vt
miniſtrent primo in ſuis neceſſitatibuſ
ꝛ non in vanitatibus. Scd̄o i paupib⁹
dando vel mutuando. quia ita vult de
us. alias ſi diſpenſant contra volunta
tem domini ipſe ſciet caſtigare. Item

ꝯclusio ē erronea dicendo ꝙ vsura ñ ē peccatum mortale. Alia species ē emē do pro minori pretio vel vendere plus ratione expectationis vsura est. Alia ē retentio de salarijs seruitorū ꝛc. Fur ta secreta. Dicatur contra illos qui dicunt ꝙ furtum secretum fructuū non sit peccatum. Idem de vsura volunta tis. vel de molendo. vel de cauādo ꝛc. ps. 90. Ne offendas ad lapidem pedem tuū. Item in vias ruyne non eas ꝛ non offendas in lapides. Eccle. 32.

Dico quarto. ꝙ fuit i piculo mortis ve nenationis. Euāgeliste non ponunt cla re hoc. sed est ratio. ꝛ ꝓphia. Ratio ē ista. quia dum xp̄s iret predicādo non portabat pecuniam. sed post p̄dicatōe; circunspectis omnibus. Mat. xi. Vsq; bethaniam. Dicit glo. ꝙ respiciebat si aliquis inuitaret eum ad prandiu;. Co gitate quomodo iudei inimici sui vidē tes ꝙ eum non poterant occidere. nec precipitando. nec lapidando. voluerūt ipsum potionare secrete. ꝛ inuitabant eum ad prandium dicendo. Domīe ex quo dedistis nobis bonum prandium spirituale. venite ꝛ dabimus vobis prā dium corporale. Modo homo qui habe bat tot inimicos vt xp̄s recipiebat tot conuiuia etiam inimicorum. Rō dictat De hoc prophetia Iere. xi. Tu domine demonstrasti mihi ꝛ cognoui. tu osten disti mihi studia eorum: ꝛ quasi agnus mēsuetus qui portať ad victimam. Co gitauerunt super me cōsilia dicentes. mittamus lignum in panem ei⁹. ꝛ era damus eum de terra viuentiū. ꝛ nom eius non memoreť amplius. Et loqtur ꝓpha in psona xp̄i. sed christus noluit sic mori. Dicať pratice qñ comedebat. Primo dabant sibi fructus ꝛc. vł sic⁹. Et potiones ponuntur in cibis dulcib⁹ vel in bonis vinis. ꝛ ipse non comede bat de cibo venenato. etiā; si comedis set non nocuiss; sibi. Quare noluit sic mori quia etiam ꝛc. Ratio moralis. vt nos vitemus mortem potionatam. Nā sicut ille qui vult alium potionare com muniter venenum ponit in cibo dulci. Ita etiam dyabolus facit. Cibus qui nobis uideť dulcis est luxurie. ꝛ in il lo est venenum peccati mortalis quod animam occidit. Uir ꝛ mulier non fa ciunt luxuriam seruando modum ꝛc. sed in omnibus alijs quomōcunq; fiat luxuria est. ꝛ peccatum mortale. ꝛ dā natio. Creditur ꝙ maior pars damna torum sit ex peccato luxurie. Ideo ca uete a tali morte. refrenate corpus per abstinentias mortificando inclinatio nes. cauendo ab occasionibus ꝛ orate alias dicit beatus Ber. ꝙ maius mira culū ē caste viuere ꝙ̄ suscitare mōtuos Ideo totus mundus est corruptus nō saluatur caro. Ideo sapiēs. prouer. 23. Ne intuearis uinum quando flauescit cum splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blāde ꝛ in nouissimo mor debit vt coluber. ꝛ sicut regulus vene na diffundet. Et declarat cum sequiť Oculi tui videbunt extraneas. scilic; vxores. ꝛ cor tuu; loquetur peruersa. Nota ergo ꝙ non intelligiť ď colore vi ni. sed mulieris pulcre. in vitro. idest i corpore vitioso quam aspicere non de bemus. Ratio. quia ingreditur blāde. scilicet cogitatus malus dicendo. O q̄ lis delectatio esset ꝛc. ꝛ in fine. scilic; quando homo cōsensit mordebit vt co luber. ꝛ quasi regulus qui oculo ꝛ vi su venenat ꝛc. non sic de alijs serpenti bus. Ecce peccatum luxurie: q2 solo as pectu mł'ieris iterficit. Isto veneno dō fuit potōat⁹ ꝛ mortu⁹. s; de⁹ suscitauit ꝑ pniā;. Iō Iob. 6. Nūqd poterit aliqs gustare qđ gustatū affert mortē. Null⁹ q̄tūcunq; famelicus cōmedēt cibum quē sciret fore potōatū. Imo citi⁹ pmit teret se mori nāl'r: q2 tē ñ ifficēt se. bi bēt nec potū venēatū q̄tūcūq;. Ita nec luxuriosus d; gustare. q2 nisi sit ifideľ.

ſit ꝙ ille cib⁹ venenat⁹ ē ad mortem .

¶ Dico quinto . ꝙ fuit in periculo mortē
di crucifix⁹ . Et iſtā mortē elegit ⁊ iſtuȝ
modū . Vñ dixerūt iudei ī cōſilio . Iſte
homo ieſus nō potuit mori gladio . nec
ꝑcipitatus . nec lapidatus . nec venena
tus . Ideo videamus ſi poterimus euȝ
occidere ī cruce . Et dum xp̄s eſſet ī ga
lilea iudei parauerūt crucē ī yeruſalē .
Xp̄s hoc ſciens vocatis diſcipul' . ait il
lis ſecrete illud Mat . 20 . Ecce aſcēdi
mus ierosolimā ⁊ filius hoīs tradetur
principibus ſacerdotum . Alias mortes
fugit . ſed ad iſtam ſpōte vēit . ⁊ ī horto
fuit iudeis obuiam d . quē queritis . q̄ſi
dicat . recipiatis me . qꝛ iſta mors placet
mihi . Item qñ data fuit ſnīa vt cruci
figeretur . ioh . 19 . Baiulans ſibi crucē
quaſi dicat nō appello . imo mihi placet
⁊ recepit crucem . Dicat' quō erat obe
diens in monte caluarie . qñ fuit ſibi di
ctum ſpolia te ⁊ ſic de alijs . Ecce amō
ad mortē ✠ . quaſi dicat abſit mihi glo
riari niſi ī cruce . Rō litteralis . quare
iſtam mortē elegit dicta eſt inītroduc
tione . Sed rō moral' ē iſta . Alias mor
tes quas xp̄s fugit ſigificāt malas mor
tes quas debem⁹ fugere . ſed iſta mors
crucis ſignificat bonā mortē quā debe
mus eligere . Dolor inextimabil' xp̄i in
cruce pendētis . ſignificat cōtritionem
quā debemus hēre de peccatis . Inclīa
tio capitis . cōfeſſionem que dꝫ fieri in
clinato capite ⁊ non facie ad faciem .
Dicatur quomō cooperto capite ꝑꝑ ue
recūdiam ⁊ periculū cōfeſſoris iuuenē
mulierē reſpiciētis . Manus dextera ꝑ
forata . ſigificat ꝙ de bono iuſto facias
elemoſinas . Siniſtra . ad reſtituendum
vſuras furta ⁊c̄ . Duo pedes clauati . ſi
gnificant duos pedes quibus ambula
mus ⁊ ſuſtentamur . Dextera eſt cōio
ſpūalis . Siniſtra cibus corporalis . dex
ter clauatur deuotionē . ſiniſter abſtinē
tia . Aperitio lateris ſignificat apitōnē
cordis ad remittenē iniurias ⁊ parcenē
inimicis . Et ſic peccatū morit' ī te . Ec
ce rō moral' q̄r voluit mori ī cruce . Iō
apl's ad gal' . 5 . Qui xp̄i ſunt carnē ſuaȝ
crucifixerunt cum vitijs ⁊ cōcupiſcen
tijs . Qō ſit neceſſariū Ecce q̄d dic̄ xp̄s .
qui non baiulat crucē ſuā que dr̄ a cru
ciando . Ecce pnīa . ⁊ venit poſt me non
pōt meus eſſe diſcipulus . Ecce q̄r dic̄
thema . Factus ē ꝓ nobis . ſ . noſtra re
demptione ⁊ morali inſtructione obe
diens vſqꝫ ad mortem . non gladij . nō
precipitij . non lapidationis nec potio
nis ſed mortem crucis ⁊c̄ . Amen .

¶ In feſto b . Mathei apl'i ⁊ euangeliſte .

Non veni vocare iuſtos . ſed pec
catores . Mat . 9 . textualiter . ⁊ ī
euāgelio ſtatiȝ lecto official'r ha
betur iſtud verbum . Feſtuȝ hodiernū
ē magnū ſi vultis cogitare perſonaȝ .
quia apoſtolus ⁊ euangeliſta prim⁹ . ⁊
martir glorioſus : qꝛ de apoſtolo fit fe
ſtum per ſe . ⁊ de euangeliſta per ſe . ⁊
de martire . Ergo iſte tres cauſe ſimul
coniuncte magnum feſtum faciunt .
Ita etiam de eo erit ſermo noſter . Sa
lutetur virgo maria ⁊c̄ . Verbuȝ propo
ſitum eſt dñi noſtri ieſu xp̄i d . Non vēi
vocare iuſtos ſed peccatores . Modo
prima facie iam poteſtis videre ꝙ iſtō
verbum habet difficultatē . ꝙ chriſtus
qui plus diligit bonos ⁊ iuſtos q̄̄ ma
los ⁊ peccatores . Dicat non veni voca
re ⁊c̄ . Ideo indiget declaratione . ⁊ ſic
declarando intrabimus materiaȝ pre
dicandam . Modo audite talem diffe
rentiam . Inuenio inter iuſtum ⁊ pec
catorem ſicut inter eſſe prope vl' circa
deum . ⁊ longe a deo . Iuſtus bonus ⁊
timens deum . ita eſt ꝓpe deum ꝙ ni
hil creatum eſt ſibi ꝓpinquius . Nō tūi
ca . nec camiſia . nec pellis . magis ꝓpe
eſt iuſto deus . ⁊ q̄tum ad intellectuȝ .

q̄ꝛ ſicut aer in meridie eſt prope lumen
q̄ꝛ totus eſt illumīatus a ſole: ita deus
eſt prope intellectum per illuminationē
iuſti ꝛ boni. ip̄m illuminādo: q̄ꝛ totus
eſt plen⁹ diuinitate. nec dimittit ibi te
nebrā erroris. nec ſciſurā falſarū opi-
nionū. in tm̄ ꝙ non ſolum iuſti dicun
tur luminoſi. ſ; etiam lux ad ephe. 5.
Eratis aliquādo tenebre. nūc autem
lux ī domino. Itē Mat. 5. Uos eſtis lux
ꝛc̄. Itē eſt ꝑpe voluntatē per dilectio
nem de caritate. q̄ꝛ ſicut videtis igneʒ
circa ferrū ignituʒ. ita voluntas iuſti
eſt inflamata diuinitate ad diligēdum
deum ſup oīa ꝛ ꝓximum ſicut ſeip̄m.
i. ioh. 4. De⁹ caritas eſt ꝛ qui manet ī
caritate ꝛc̄. Itē eſt deus ꝑpe iuſtuʒ q̄
tum ad uitam per honeſtā cōuerſatio
nem quia ſicut pānus colorat⁹ eſt ꝑpe
tinctā ſeu colorē: ita pſona iuſta ē tota
tincta ſeu colorata ſcītate in oculis hu
milib⁹. In aurib⁹ audiēdo que dei ſūt.
in manib⁹ extēdendo. ī ore. in gula per
temperantiā. in corpore ip̄ʒ affligēdo.
in memoria paſſiōis xp̄i. Patet ꝙ perſo
na iuſta tincta eſt Iere. 14. Tu ī nobis
es dn̄e. ꝛ nomen tuū inuocatum eſt ſu
per nos. ne dereliquas nos ꝛc̄. Ecce
quō perſona iuſta eſt ꝑpe deum. Ideo
dd̄ in p̄s. 144. dicit. Prope eſt dn̄s om
nibus inuocantibus eū ī veritate. Sʒ
perſona peccatrix ꝛ iniuſta eſt longe a
deo. nō diſtātia locali ſed differētia for
mali: q̄ꝛ ſi diſtaret a deo diſtantia loca
li q̄tum eſt inciſio vni⁹ gladij ſtatim ꝑ
ſona anihilaret̄. ſed dr̄ diſtare a pecca
tore differētia formali: q̄ꝛ ſicut dr̄ de
duob⁹ pānis etiā cōiunctis. ſi vn⁹ ſit
finiſſimus ꝛ alter rudis. dicūtur diſta
re nō localiter q̄ꝛ ꝯiuncti ſunt. ſ; diffe
rentialiter ꝑꝑ ualoreʒ. Ita deus ꝛ pec
cator diſtāt nō localiter ſ; formaliter
ꝓpter multā differentiā īter tātam ſā
ctitatem ꝛ tantā iniquitatē. Ideo dd̄.
p̄s. Longe a peccatoribus ſalus. i. ihſ
quia iuſtificationes. i. ſāctitates tuas

nō exquiſierūt. Patet ergo quō iuſti ꝑ
pe deū ſunt ꝛ peccatores diſtant a deo
Mō clarū eſt ꝙ qui ꝑpe eſt nō vocat̄
ſed ille qui diſtat vocat̄. Propter hoc
dicebat xp̄s. Non veni vocare iuſtos
ſ; peccatores. Rō q̄ꝛ ſunt iam mecū.
l; veneriʒ eos ſaluare ſi perſeuerēt. ſ;
peccatores vt. ſ. cōuertantur: P; the
ma. Iſtō generale approprīādo beato
matheo ap̄lo ꝛc̄. Inuenio ꝙ beat⁹ ma
theus euāgeliſta añ ſuam cōuerſioneʒ
erat longe a deo. q̄ꝛ erat iniuſtus ꝛ ma
gnus peccator. Iō fuit vocat⁹ a deo d.
Ueni ſequere me. Circa ei⁹ vocationē
declaranda ſunt quatuor.

Primū eſt vocatio gratioſa
Scōm īmutatio fructuoſa.
Tertium operatio virtuoſa.
Quartum perfectio glorioſa.
Primū principiū virtuoſum. Scōm ē
fructus copioſus. Tertium eſt actus v
tuoſus. Quartum ē finis glorioſus.

Quantū ad primū modum ſue conuer
ſionis ꝛ vocatiōis fuit gratioſus. Que
ſiui qō officiū habebat b. mathe⁹. ꝛ in
uēi ꝙ tria officia habebat. Primo ꝛc̄
officium periculoſum eſt officiū fenera
toris. i. cābiatoris ꝙ ipſe habebat. Nā
in ciuitate capharnaū q̄ eſt maritima
tenebat tabulam ſiue mēſam cambij.
Officiū eſt aīe periculoſuʒ tractare tā
tas pecunias: quia ſicut qui tractant
oleum carbones vel picē inquinantur
ab eis: ita qui tractat pecunias. Pro
pter h̄ dicit ſcriptura eccl̄ci. 13. Qui te
tigerit picem inquinabitur ab ea. Pi-
cis dicitur moneta. Ratio. quia mul-
tas nigredines dimittit in anima tra
ctantium pecunias. Primo ī cogitatō
ne. Secūdo in temporis perditione ꝛ
negociorum occupatione. In ſignum
huius moneta ſiue ſit aurea ſiue argē
tea. quando tractatur dimittit macu-
las nigras ī manu: quia raro eſt quin
cāpſores ſeu feneratores faciant frau

des ⁊c̃. Scōm officiū; erat criminoſū
quia erat vſurarius. Ita dicit Beda
d. Poſt cōuerſionem diſtribuit ꝓpria
qui rapere ſolebat aliena. ſ. per vſuras
Remigiꝰ. De publicano factus ē apl' s
⁊ de raptoꝛe euangeliſta. Dicatur quo
modo mutuabat. x. per. xx. ⁊ ſic d̄ alijs
ſpeciebus vſure ſcōm ꝙ requiritur. ſ.
emere minꝰ ſoluēdo añ. l' plus rōe ter
mini. Item mutuādo ſuper poſſeſſiōes
recipiendo fructus. ſicut faciūt multi
⁊ excuſant ſe dicēdo falſe ꝙ eccl'ia per
mittit. Iſtud eſt cōtra diuinā oꝛdinatō
nem que ē ꝙ oēs creature libere mini
ſtrent ⁊ cōicent ea que deꝰ cōicauit eis
vt patet de ſole qui cōicat lumen ſibi a
deo cōicatum contra tenebꝛas. ⁊ calo
rem cōtra frigus. ⁊ influentiā ad fru-
ctificandū. Idem de igne qui cōicat ſu
am claritatem ⁊ caliditatem. Idem d̄
aere ad reſpirandū. ⁊ de aqua ad lauā
dum. ⁊ piſces ad capiendū. ⁊ terra. plā
tas ⁊c̃. Si ergo creature irꝛationales
cōicant. q̄to magis etiam nos debemꝰ
cōicare. Ideo quot peccatum ē de vſu
rarijs. Ecce officiū criminoſum. Sed
ille qui libere ⁊ ſine vſura accomodat
iuſtus eſt. Eze. 18. Uir qui ad vſuram
non cōmodauerit iuſtus eſt. Tertiū of
ficium erat odioſum ⁊ tedioſū; qꝛ erat
datiarius in ciuitate capharnaū cenſū
colligens in poꝛta. ſ. iura imperatoꝛis
ita ꝙ omnes faſte. naues. ⁊ alie ſibi
⁊c̃. Ideo dicit̄ theloneariꝰ. i. publica-
nus: quia tenebat officium publicum.
Iſtud officiū eſt tedioſum ⁊ odioſum
qꝛ aliquotiēs tales faciūt magnas in
iurias ex poteſtate quā habēt. Ex iſta
ratōne iohānes baptiſta ad quem vene
runt publicani d. quid faciemꝰ ut ſalui
ſimus. Rñdit b. iohānes nihil ampliꝰ
q̄ꝫ ꝙ conſtitutum ē vobis faciatis luc.
tertio. Ex ijs tribꝰ b. matheus diſtabat
a deo per tres magnas dietas. Sꝫ au
dite quō fuit vocatus. ⁊ fuit ſextus qꝛ
iam habebat quiq; alios vocatos. Cū;

xp̄s tranſiret iuxta mar̄ galilee. ⁊ bea
tus matheus ſederet ad menſam cam
bij in domo ſua magna quā habebat
coꝛam mari in negocijs campſoꝛum ⁊
datij colligēdo. ⁊ xp̄s ſtetit. ⁊ vidit pu-
blicanū nomine leui ſedētem in thelo
neo in negocijs īuolutum. occupatum
⁊c̃. qui nec de deo nec de anima ſua
poterat cogitare. Et xp̄s vidit. i. atten
te reſpexit. Et b. matheus dei oꝛdina-
tione eleuatis oculis vidit xp̄m coꝛā;
ſe quem non coꝫnoſcebat. Sed tanta
erat reuerentia ⁊ maieſtas ſue ſancti
tatis ꝙ matheꝰ admirando reſpiciebat
eum. Ad quem xp̄s. Ueni ⁊ ſequere
me. Subito uirtute diuīa quando xp̄s
protulit iſta v̄ba radius claritatis illu
minauit eiꝰ mentem. ⁊ coꝫnouit xp̄m
uerum meſſyam eē. ⁊ coꝛ eiꝰ motum ē
ad cōtritionē peccatoꝛū d. illud. i. R̄e.
3. Ego dn̄e qꝛ vocaſti me. Subito reli-
ctis omnibus ſequutus ē eū;. dimittēs
caſias. libꝛos. ⁊ computū ⁊c̃. Ratio di
ctat ꝙ dixerit xp̄o. Domine regratioꝛ
vobis quia vultis me in diſcipulū ⁊c̃.
Poteſtis credere ꝙ xp̄s dixit. Uade fac
rationem de te. Redde rationē ⁊ com
putum dominis. ⁊ habeas diffinitionē
⁊ recipe qd̄ mutuaſti ſine vſuris. A
nullo recipias niſi ſoꝛtem principalē.
Debetis ſcire ꝙ fecit preconizari ſi te-
nebatur alicui quomodocūq; per vſu
ram vel iniuſticiam ꝙ ſatiſfaceret om
nibus. Iſte ē modus ſatiſfaciendi uſu
rarioꝛum publicoꝛum. ſecus de ſecre-
tis quia ſecreto debet reſtituere. Qui
vult intrare paradiſum opoꝛtet ſic ſa
tiſfacere. ⁊ vt habet̄ 14. q. 6. Si res. ⁊
ſūt verba Aug. ad macedoniū. Nō re
mittitur peccatū; niſi reſtituatur abla
tū;. regula ē iuriſtarum ⁊ theologoꝛū
Non decipiamini dicendo. ego ponam
in teſtamento ⁊c̃. Dicatur contra illos
qui dicunt ſi reſtituero opoꝛtet me mi
nuere de ſtatu. Item de quo heredi
tem filios ⁊c̃. Ideo opoꝛtet facere ſicut

faciebant illi duo qui volebāt conſer-
uare poma vel malo granata. quorum
vnus reſpiciebat ne eſſent maculata
ꝛc̄. alter non ꝛc̄. Jta debetis vos face
re quando recipitis floreñ vł ꝛc̄. debe
tis reſpicere eū. dicēdo videamus ſi ē
hic vmis vſure. vel macula de furto. ⁊
ꝓpiciat̄ reſtituēdo. al's corrūpet alia.
Et nō dubitetis q2 nihil deficiet vobiſ
dō ps. 36. Junior fui ⁊. n. ſenui ⁊ non
vidi iuſtum derelictū nec ſemen eius
querēs panē. Sed de uſurario dicit ibi
dem. Uidi impiū ſuperexaltatū ⁊ ele
uatum ſicut cedros libani ⁊ trāſiui ⁊
ecce nō erat: queſiui eū ⁊ non ē inuēt⁹
locus eius.

Quantū ad ſecundū de fructu copioſo
Dicat̄ ꝙ poſtquā omnia reſtituit. remā
ſit ſibi dom⁹ ⁊ aliqua moneta de bono
iuſto. ⁊ voluit facere xp̄o magnum cō
uiuium vt faciūt religioſi quādo itrāt
religionē ꝛc̄. De iſto ꝯuiuio luc. 5. Et fe
cit ei ꝯuiuium magnū leui ī domo ſua
Cognomen beati mathei erat leui. Di
catur pratica iſti⁹ conuiuij. Dicit tex.
luc. 5. Et erat turba multa publicanoꝝ
diſcumbentiū. Jntētio beati mathei fu
it vt illi etiā cōuerterentur. Jſtā ratio
nem ponit beat⁹ Jeronim⁹. Cogitabat
b. matheus. Sicut me cōuertit qui erā
ita īuolutus. cōuertet etiā iſtos. Dica
tur qnomodo etiā fuit ordinatū a xp̄o
ut ianue eſſent apte. ⁊ ap̄ti ſederūt iux
ta uel circa portam. ⁊ xp̄s inter publi-
canos dixituerſum. Benedicite ocu
li oīu3 ꝛc̄. ⁊ poſuit ſe ad menſam cum
eis. Tūc fuit ꝯpleta illa ꝓphia. cant. 2.
Sicut mal⁹. i. pomum inter ligna ſilua
rum. ſ. infructuoſa. ſic dilectus meus
inter filios ꝛc̄. Primo comederūt fru
ctus. ⁊ illi comedebāt potenter. ſ3 xp̄s
ita compoſite pluſq̄ aliqua dōicella. Et
facto interuallo inter cibum ⁊ cibum
ſicut fit in magnis cōuiuijs: xp̄s quaſi
per modum lectionis dicebat. Modo
audite q̄ntum deberemus deum lauda
re qui tanta fecit ad ſeruitium homi-
nis. quot fructus. Et illi peccatores at
tendebant. Primo ridebant ⁊ incipie
bant flere ꝛc̄. Jdem poſtq̄ comederūt
cibum aſſatum dixit xp̄s. Modo cogi
tate ſi iſte eſce corruptibiles dant tan
tum ſaporem ꝛc̄. quid debet eſſe de ci
bis incorruptibilib⁹ celi. quia quando
rex dat ſuis ſeruitorib⁹ ſapidas eſcas.
quales ſunt ille eſce quas retinet pro ſe
Jta de deo. De illis publicanis cōuer
tebantur multi. ⁊ flebant. Jde3 poſtq̄
comederūt coctum ī aqua ī tantum ꝙ
creditur ꝙ omnes illi fuerint cōuerſi.
tanta erat virtus verborum xp̄i: ⁊ cu3
iam eſſent in fine prādij quaſi inuiden
tes phei. Nō ergo ꝙ porte erant aperte
⁊ dicebāt diſcipulis eius. Nō ꝙ come
debant circa portā. Quare manducat
magiſter veſter cū publicanis ⁊ pecca
toribus. ac ſi dicerent hic patet qualis
ipſe eſt. quia dicitur vulgariter. dicas
mihi cū quo vadis. ⁊ dicam tibi quid
facis. Hoc audiens xp̄s vocauit eos co
ram ſe. ⁊ ipſi inflati fuerunt coram eo
dicentes. quid vultis. Et xp̄s. Dicatis
mihi quādo in aliqua ciuitate ſunt mł
ti ſani ⁊ multi infirmi. qui indigent me
dico ſani vel infirmi: Et illi intelligen
tes noluerunt rñdē. Et xp̄s. Non vul
tis reſpondere: Ego dicam uobis. Non
eſt opus ualētibus medicus. ſed male
habentib⁹. Jlle erat infirmus per ſup
biam ⁊ modo curatus ē. ⁊ ille per aua
riciam. ⁊ ſic de alijs. Jdeo Augu. Ma
gnus de celo ad nos venit medicus q2
magnus per totum mundum iacebat
egrotus. Tunc dixit. Non enim veni
vocare iuſtos ſed peccatores. Et iudei
confuſi receſſerunt. Patet ergo fruct⁹
copioſus. quia ex quo ipſe fuit conuer
ſus laborauit ut cōuerteret alios. Mo
raliter habemus hic exemplum quo-
modo quilibet noſtrum debet curare ſi
ſum⁹ in via ſaluatōis. de familia. ancil
liſ. vir de vxore ⁊ ecōuerſo ꝛc̄. de fami

lia vt confiteantur ⁊ cõicent in paſcha
vt audiát miſſas.ſermones ⁊c̃. ne ope
rentur in diebus feſtiuis.1. tim.5. Si
quis ſuorum ⁊ maxime domeſticorum
curá non habet.fidem negauit.⁊ ẽ infi
deli deterior.

Quantũ ad tertium de actu virtuoſo
ſ.de operibus que fecit poſtꝗ̃ fuit con
uerſus. Dicatur quomodo poſt xp̄i re
ſurrectionem.aſcenſionem.⁊ ſpũſſan-
cti miſſionem. ap̄li diuiſerunt ſibi mũ
dum ad predicandũ.⁊ cõuertendum.
Unꝰ ⁊c̃. Et beatus matheꝰ iuit ĩ ethio
piam.predicando.⁊ miracula faciẽdo.
illuminando cecos ⁊c̃. Et multas gen
tes conuertebat ad xp̄m. Ecce actus
virtuoſus. Dicatur quomodo ſemel dũ
ipſe predicaret.fuit factus magnus tu
multus ⁊ planctus in populo de morte
filij regis vnigẽiti ⁊c̃. Et dum ſepultu
ra pararetur. quidam xp̄ianus.ſ. ille
eunuchus quem philippꝰ baptizauit.vt
habetur actuũ.8.iuit ad regem d. ſibi
ꝙ vnus ſanctus vir erat in ciuitate
qui poſſet reſuſcitare: Dicatur miracu
lum vt habetur in hiſtoria. Et fuit cõ
pleta prophetia yſa.51. Unum uocaui
eum ⁊ benedixi ei. Si vis dicere mora
liter per queſtionem.que fuit cauſa ꝙ
beatus matheus conuertit tantas gẽ
tes.ſ.totam ethiopiam.⁊ egiptum.cũ
modo ſint tot predicatores.que eſt cau
ſa ꝙ non conuertimus paucos iudeos
qui hic ſunt nobiſcũ ⁊c̃. Dicatur quo
modo apoſtoli habebant ſanctam vi-
tam.⁊ bonam doctrinam. ⁊ nihil ali-
ud uolebant niſi honorem dei ⁊ ſalutẽ
animarum. Ideo dicebant apoſtoli illõ
1.tim.6. habentes alimenta ⁊ quibus
tegamur. his contenti ſimus. Sed
modo deficimus in uita. quolibet die
audiunt noſtra miracula ⁊c̃. nec bonã
doctrinam niſi poetarum ⁊c̃. nec cura
mus de ſalute animarum niſi de diui
tijs.⁊ roba. familiaritatibus ⁊c̃. Ideꝫ
de clericis ſacrã vendentibus. Ideo
non ſoluꝫ infideles non conuertuntur
imo fideles peruertuntur ⁊ fidem per
dũt. Ideo apoſtolus ad phil.2. Omnes
que ſua ſunt querunt.non que ih̄u xp̄i

Quantum ad quartum.ſ. de fine glo-
rioſo. Nam martirizatus fuit pro defẽ
ſione cuiuſdam monialis. Primũ mo
naſterium qđ ego legi fuit iſtud qđ bea
tus matheus conſtituit. Dicatur quo-
modo poſtꝗ̃ conuertit illaꝫ terrã. mor
tuus fuit rex quem ipſe conuerterat.
cuius filia nomine ephigenia fuerat
cum alijs virginibus ſacro velamine
deo dedicata: ⁊ rex patri ſuccedẽs alie
nigena voluit illam in vxorem. Dicat̃
yſtoria. Et quomodo fuit dictum regi
ꝙ ipſe nunꝗ̃ haberet eam niſi per apo-
ſtolum matheum: quia ille erat prior
earuꝫ. propter qđ rex vocauit eum d.
ꝙ induceret eam ad matrimonium
cum eo. Tunc beatus matheus cogita
uit.ſi ego dico modo ſibi ⁊c̃. interficiet
me.⁊ meum martirium non erit noto-
rium. Ideo dixit ſibi ꝙ in dominica ſe
quenti eſſet in officio.⁊ ibi ipſe cõmen
daret matrimonium. Et ita factum eſt
In dominica ſequenti apoſtolus in ſer
mone dixit quomodo matrimonium
erat ſanctum ⁊ a deo inſtitutum in pa
radiſo terreſtri. Secundo fuit honora
tum per chriſtum in primordijs mira-
culorum. Tertio quia ex eo implentur
cathedre celi. Quarto eſt conſeruati-
uum humãe nature. Item quia chri
ſtus voluit vt mater ſua haberet ſpon
ſum ⁊ cetera. Sed dicit poſt. quia ſi-
cut eſſet proditor qui ſponſam regis
vellet in vxorem ⁊c̃. ita ⁊c̃. Ita tu rex
qui vis ſponſaꝫ domini tui chriſti. Rex
turbatus ex hoc receſſit. Ex hoc bea-
tus Matheꝰ fuit lancea percuſſus. ⁊
martirizatus. Dicatur quod pecca-
tum eſt cum monialibus ⁊ clericis.
propter ſacrilegiuꝫ. Dicatur ſimilitudo

de ſcõ ſepulcro. ſi ꝓijceret̃ in laterna eſſet maius peccatum. ꝙ ſi aliorũ ſcõrum. Rogemus deum ⁊c̃.

## In feſto beati michaelis.

Videte ne contẽnatis vnũ ex his Mat. 18. textualiter. ⁊ in euãgelio hodierno officialr̃ ſcribitur verbũ iſtud. hoc feſtum pñs ⁊ ſolennitas ẽ btĩ Michaelꝫ archangeli ⁊ oĩuꝫ angelorum. Ita erit ſermo noſter. Si placet deo habebimus multas bonas ſpeculationes ꝓ noſtra conſolatione. ⁊ mltas inſtructões ꝓ nr̃a iformatiõe Sed primo ſalutet̃ virgo ma. ⁊c̃. Solennitas hodierna ⁊ feſtum hꝫ nomen ⁊ titulum ſpeciale. ⁊ hꝫ officium generale. qꝛ dicitur ſcĩ michaelis. Rõ. quia inter omnes ſanctos angelos celi q̄ deſcendunt in hunc mundum ad ꝓcurãdum noſtrum bonuꝫ ⁊ ſaluationẽ. maior eſt michael. non dico ꝙ ſit maior oĩbus ãgelꝫ celi. qꝛ ſunt pluſq̃ mille millia maiores. Nam ipſe ẽ de tertio ordĩe ⁊ hꝫ ſupra ſe ptãtes. virtutes. ⁊ dñatõnes. tronos. cherubin. ⁊ ſeraphin. qui non mittũtur ad nos. ſꝫ ſoluꝫ de tribꝰ ordinibus inferioribus. ſ. angelorum ad procurandum bonuꝫ cuiuſlibet perſone in particulari. Archangeloruꝫ ad ꝓcurandum bonuꝫ coĩtatis. Naꝫ quelibet ciuitas. vila ⁊ caſtrum hꝫ vnum ĩ cuſtodiam. De tertio ordine. ſ. principatuꝫ qui mittunt̃ ad procurandum bonum regnorum. ꝓuintiarum. ⁊ regionum. qꝛ quodlꝫ regnuꝫ. prouintia. ſeu religio habet vnum de iſtis. Michael eſt maior. Propter hoc dico ꝙ de illis qui ad nos mittunt̃ ĩpe eſt maior. ⁊ prĩceps. Auctoritas dan. 10. Ecce michael vnus de principibus primis venit ĩ adiutorium meum. Verbũ ẽ eccleſie. Propter hoc dico ꝙ iſtud feſtum habꝫ titulum ⁊ nomen ſpetiale. ſed habꝫ officium generale. quia ſicut ƌ oĩbus ſãctis fit feſtum generale prima die nouembris. Ita hodie fit feſtum ⁊ ſolẽnitas generalis omnium ſcõrum angelorum. qꝛ licet nõ omnes deſcẽdant hic ad nos. tamen oẽs procurant noſtram ſalutem. Ad hebr. p̃. Oẽs ſunt adminiſtratorij ſpiritus ĩ miniſterium miſſi ꝓpter eos qui hereditatẽ capiunt ſalutis Nota adminiſtratorij. ſ. honoris dei in miniſterium miſſi. Dicẽt aliquis ergo omnes mittunt̃. Dico ꝙ ſic iſto modo. quia qñ deus vult aliquid nobis reuelare. ſeu intimare. Primo reuelat illud cherubinis. ⁊ illi tronis. ⁊ illi dominationibus. ⁊ illi virtutibus. et illi poteſtatibus. ⁊ ſic omnes mittunt̃. ſed non omnes veniunt ad nos in hoc mũdo. ergo licet habeant nomen ⁊ titulũ speciale. tamen officium generale. De hoc auctoritas que ĩ modum cantilene cantatur in eccl'ia. Collaudamꝰ venerantes omnes celi milites. ſꝫ precipue primateꝫ celeſtis exercitus michaelem ĩ virtute cõterentem ꝫabulon. i. dyaboluꝫ. Propter qƌ dicit thema. Videte ne contemnatis vnum ex ijs. ſ. ſegregando ab officio eccl'ie quaſi dicat xp̃s pape. prelatis. clericis. religioſis. ⁊ ſecularibꝰ. videte ne ⁊c̃. Patet thema ⁊ ſum in materia predicãda. Inueni in ſancta ſcriptura ꝙ. 7. vtilitates habemus a ſanctis angelis. Ideo nõ ẽ aliquis expellendus ab officio eccl'ie. Nã in hoc mundo ꝑ angelos ſumus

Priõ ꝫ demones defenſati.

Secundo in noſtris temptationibus conſolati.

Tertio ad verã penitentiã ꝓuocati.

Quarto in fide xp̃iana cõfortati.

Quinto coram deo aduocati

Sexto in celo feſtiuati.

Septio ad gloriã portati.

Dico primo ꝙ ꝑ ſanctos ãgelos ſumꝰ ĩ hoc mundo contra demones defenſati. Bene hoc ẽ nobis neceſſarium. Ratio qꝛ nõ poſſumus videre demões inimicos nr̃os. qꝛ vellũ cãnis ĩpedit. quo

ammoto videntur ab anima ⁊ mirãt
ſed ipſi inimici uident nos. ſtãt ĩ domi
bus in vijs ⁊c̃. ⁊ niſi haberemus ange
los defenſores deſtruerent nos. ſtatiꝫ
quando creatura naſcitur, ab eis ſuffo
caretur ne haberet baptiſmum. Idem
quando peccat ne faceret pñiam. Sed
angelus bonus defendit. Item quãdo
creatura facit aliqđ bonum vt orare.
miſſam celebrare. predicare. ⁊ ſimilia.
ſtatim deſtruerent creaturam niſi ſci
angeli nos defenſarent. qui in omnibꝰ
operibus ⁊ vijs nos protegunt. Recte
facit deus vt dominus vel paſtor qui
habet multas oues ĩ nemore ad cuſto
diendũ q̈bus dat paſtores ⁊ canes ne
a lupis deuorentur. Ita fecit xp̃s q̈ dic̃
ioh. 10. Ego ſum paſtor bonus ⁊ cogno
ſco oues meas ⁊c̃. Nos v̓o ſumus oueſ
paſcentes in nemore huius mundi. ⁊
deuorarentur a lupis inferni. niſi quia
xp̃us mittit ad nos paſtores. ſ. ſãctos
angelos qui cuſtodiunt regna. prouin-
cias ⁊c̃. Ciuitates. vilas. ⁊ caſtra: ⁊ q̈
libet perſonam in particulari. Dauid
in p̃s. Angelis ſuis deus mandauit de
te vt cuſtodiant te in omnibꝰ vijs tuis
Modo dicatur pratice q̃uo deus prece
pit angelis quãdo mulier debet parẽ.
xp̃s qui omnia videt vocat vnũ ãgeluꝫ
ſuo proprio nomine. Omnibus eis no
mina vocat. Nos neſcimus niſi tria no
mina angelorum. ſ. Michael. gabriel.
⁊ raphael. Cui dicit. Ecce vides talem
mulierem tali hora pariet ⁊ cõmitto ti
bi filium vel filiam ⁊c̃. Et angelus. Do
mine reputo mihi ad magnam gratiaꝫ
ꝙ cõittatis mihi creaturã ad ymaginẽ
⁊ ſimilitudinem veſtram factã veſtro
ſanguine redemptam. ⁊ quando naſci
tur creatura citius venit in manibus
angeli q̈ madrine. Et ex hoc ſequĩ co
relarie ꝙ nunq̈ aliqua mulier parit ſi
ne mr̃na. ſ. angelo qui nunq̈ d̃ſit crea
turam illam quouſqꝫ ẽ in paradiſo pur
gatorio vel in inferno. non dico ꝙ ſꝫ

ſit p̃ſens cũ creatura tñ ſemper ẽ p̃ſenſ
ad adiuuãdũ creaturã. reſpiciẽdo crea
turã de celo quid facit. quo vadit. ⁊c̃.
Et ſic ĩtelligitur auctoritas dauid. An
gelis ſuis ⁊c̃. Dicit Jerõimus q̃ſi decla
rando iſtam auctoritatẽ. Magna eſt di
gnitas aĩaruꝫ ut unaqueqꝫ hẽat ab or
tu natiuitatis angeluꝫ bonũ ſibi cuſto
dem. Nota. magna eſt dignitas aĩaruꝫ
Paſtor multis ouibꝰ dat vnum paſto
reꝫ ad cuſtodiẽdũ. ſed ñ cuilibet vnũ.
⁊ xp̃s cuilꝫ p̃ſone dat vnũ ãgelũ ⁊ cui
libet ciuitati ⁊c̃. Dicatur ſi rex vt anti
quitus cõſueuerunt hẽre reges: hẽret
oues. ⁊ vocaret ſuos barões ⁊ milites
vt irent ad nemꝰ cuſtodire oues ⁊c̃.
Q̃uo indignarẽtur barones. duces. co
mites. ⁊ milites ⁊c̃. ⁊ minores ãgeli ce
li ſunt maiores q̈ maiores reges terr̃.
tamen non reputant ſibi ad iniuriã ve
nire in nemore huius mundi. Imo re-
putant ſibi ad honoreꝫ. Uidetur ergo
vobis ſi debemus facere feſtuꝫ de ipſis
Ideo videte ne contennatis ⁊c̃.

Q Dico ſecũdo. ꝙ in nr̃is tẽptatiõibꝰ per
ſcõs angelos ſumus ꝯſolati. Qñ aliqs
demon tẽptat aliquẽ de aliquo peccato
angelus videns hoc de celo. ſubito plꝰ
q̈ aquila deſcendit. non tñ cogit crea
turam vt faciat bonum vel malũ. imo
dimittit ĩ libertate arbitrij ⁊ conſulit.
Si dicat aliquis ego non audio ⁊c̃. Di-
catur ꝙ alia eſt loquutio angelorum ⁊
alia hoĩum. Ap̃ls. 1. cor. 13. Si linguis
hoĩum loquar ⁊ angeloꝝ. hoĩes loquũ
tur auribus verbis formatis in aere.
Non loquũtur ſic angeli niſi aliquotieſ
ex miraculo. Ut virgini marie fuit lo
quutus gabriel. ⁊ danieli. tobie. ſed nõ
loquũĩ cõiter nõ ad hoĩem ſed ad au-
res intra ymaginationeꝫ. zach. p̃. 7. 2.
Ecce angelus qui loquebatur in me ñ
dicit ad me. verbi gratia. Quando an-
gelus malus dicit tibi. tu poſſes ꝯgre-
gare magnas diuitias. Si velles mu-

tuare.x. ꝑ.xij. Jſta ē loquutio dyaboli
q2 oīs temptatio peccati ē loquutō dya
boli. Et ſi aure cordis attēdas ſtatī; an
gelus bonus dicit. O ſi facies hoc erit
uſura ⁊ damnaberis: quia uſurari⁹ nō
intrat paradiſū. Et mal⁹ angelus dicit
Pones ī teſtamēto ⁊c̄. Et bon⁹ angel⁹
⁊ interim ſi moriaris ibis ad infernū;:
quia tu non habes propoſitum ſatiſfa
ciendi ⁊c̄. Omnis cogitatio bōa que re
ſiſtit peccato eſt loquutio boni angeli.
intra imaginationem. Auctoritas exo.
23. Precedet te angelus meus an̄. ſ. ꝙ
cadas. obſerua eū ⁊ audi uocem ei⁹. ſ.
quid dicet tibi ne cōtēneñ putes. ſ. pec
cando quia non dimittet te cū peccaue
ris ⁊ ē nomen meū ī illo exodi. Cogita
te quō āgelus malus ē ad ſiniſtrā vt te
damnet. bonus vō ad dexteram vt te
ſaluet. p; ergo quō in noſtris tēptatōni
bus ꝑ angelos ſumus cōſolati. ergo vi
dete ne cōtēnatis ⁊c̄.

Dico tertio. ꝙ ꝑ ſcōs āgelos ad veram
penitentiam ſumus ꝓuocati: ponam⁹
ꝙ in tēptatione hō magis velit ꝯſentir̄
dyabolo ꝙ̄ āgelo ſicut multoc̄. fit. Cogi
tate qual' verecūdia eſt āgelo bono ac
ſi uxor hēns pulcrum uir̄ iuuenē ⁊ bo
num ⁊ tēptaret coram; viro ab ethiope
nigro ⁊ turpi. ⁊ vxor cōſentiret ei dicē
do viro vadat. q2 magis volo iſtū. qua
lis cōfuſio eſſ; viro. maior ingratitudo
fit angelo qn̄ homo conſentit dyabolo
⁊c̄. Q2 nullus dn̄s nec ēt rex ē aliquid
reſpectu ei⁹. xp̄s volens laudare iohā
nē baptiſtā. dixit Jnter natos mulierū
nō ſurrexit maior iohāne baptiſta. verū
tamen qui minor ē ī regno celoꝝ. maiō
eſt illo. Ecce qualis excellētia. Cogita
te ergo quō iſo deſpecto hō facit pecca
tum ꝙ dicit. O de iſto ribaldo ⁊ redit
ad celum. verum tamen ex hoc non de
ſerit imo eſt paratus ⁊c̄. Sed poſt pec
to commiſſo luxurie. vindicte vel ali
redijt. quaſi d. videbo ſi potero eū; iſ
clinare ad penitentiam. ⁊ loquit̄ ymā
ginationi d. peccaſti. Jdeo confiter̄. la
ua animam tuam ⁊ fac penitentiā. De
hoc figura legitur 3. R. 19. ō helya am
bulante per viam deſertam beſtijs ple
nam ⁊ dormiuit ſub vmbra iuniperi.
Et angelus domini tetigit eum ⁊ dixit
illi ſurge comede ⁊c̄. helyas dormiens
in via periculoſa eſt peccator. preſens
vita nihil aliud eſt ꝙ̄ via q̄ vn⁹ vadit.
ſcilicet per mortem ⁊ alius venit. ſ. ꝑ
natiuitatem;. hic moritur vnus ſenex ⁊
illic naſcitur vnus puer. Ubi ſunt qui
erant modo ſunt mille anni ⁊c̄. Jam ꝯ
pleuerunt viam. ⁊ via eſt periculoſa ⁊
nūquid eſſet periculoſum mare. ī quo
de quinq; nauibus vix euaderet vna ꝫ
Jta ⁊c̄. Et peccator dormit non cogitāſ
offenſam factam deo. nec periculum ī
quo ē. ſed ridendo cantando ⁊ ſaltādo
vadit ad infernum. ſed quid facit ange
lus excitat eum per cōpunctionem idu
cens ad pn̄iā; contritionem. confeſſio
nē;. ſatiſfactōē; . remiſſionē iniuriaꝝ.
vt deus ei remittat ⁊c̄. Et dyabol⁹ ad
oppoſitum va dicetur ꝙ es ypocrita iu
deus ⁊c̄. Et angelus bonus l; ſtulti di
cant. hoc tamen deus ⁊ ſancti magis
te apreciabunt̄. Nota primo tetigit. ſ.
per compunctionem ⁊c̄. non expectat ī
firmitatem. Secundo comedit. ſcilicet
ꝑ eucharīſtie cōionem. quia ſicut cib⁹
corporalis confortat ad ambulandum
in hac via. Jta cibus ſpiritualis ⁊c̄. Et
in his tribus principaliter conſiſtit pe
nitentia. Q̄ō per angelū; prouocemur
ad penitentiam. auctoritas Et reuerſ⁹
eſt angelus. qui ſcilicet receſſerat pro
pter peccatum qui loquebatur in me ⁊
ſuſcitauit me quaſi vnum virum q ſu
ſcitatur de ſomno. Ergo videte ne ⁊c̄.

Dico quarto. ꝙ per ſanctos angelos in
fide xp̄iana ſum⁹ informati. Fides. n.
xp̄iana ē tante ſubtilitatis. altitudinis
⁊ profunditatis. ꝙ intellectus hūanuſ
per ſe nō pōt attingere ad intelligēdū;

Credentia iudeoꝝ. et phoꝝ ꝑ intelle
ctum naturalem pōt oſtendi demōſtra
biliter. ſ. ꝙ eſt vnus deus. vnum ꝑnci
pium. ⁊ prima cauſa: prim⁹ motor ⁊c.
Sed ꝙ ille vnus de⁹ ſit pater generās
⁊ filius gēitus. ⁊ ſpūs. ſ. ſpiratus. Exē
plificetur in ſole. hoc non poteſt ſciri ī
tellectu naturali. Itē ꝙ deus prouide
at omnibus creaturis. ⁊ animalibus.
hoc intellectus poteſt intelligere. Sed
ꝙ deus ⁊ homo det ſe ad manducādū
in hoſtia conſecrata non ſufficit itellec
tus noſter. Ideo requiritur ꝙ a maiōi
intellectu iuuetur. quemadmodū ītel
lectus noſter iuuatur ab angelis q cla
re vident ſecretum trinitatis. Intellec
tus enim noſter eſt vt lux parue cande
le que non ſufficit ad legendum minu-
tam vel ſubtilem litteram. Sed qn̄ iu-
uatur lumine maioris cerei. videtur ēt
optime. ⁊ legit̄ littera ſubtilis. ſ. miſte
rij. trinitatis. ⁊ articulorum fidei. qn̄
lumen intellectus noſtri iuuatur maio
ri lumine intellectus angelici. Sic fuit
de virgine maria. que licet crederet an
gelo dixit. Quomodo fiet iſtud. ⁊ intel
lectus angelicus intellectui virgīs apli
catus d. ſpiritusſanctus ſuꝑueniet ī te
⁊c. Nota obumbrabit tibi. Alie mr̄es
concipiunt ad ardorem ſolis. ſcilꝫ car
nalis concupiſcentie. ſed virgo cōcepit
ſine concupiſcentia: quia ſicut granum
formatur infra auelanam ⁊c. Et virgo
illuminata dixit. Ecce ancilla domini
⁊c. De iſta illuminatione. auctoritas.
act. 12. In ipſa nocte. ſcilicet cognitōis
noſtre obſcure. Ecce angelus domini
aſtitit. ſcilicet illuminādo. ⁊ lumen re
fulſit. quando hoc intelligit. dicendo
O gratias deo modo ꝙ intelligo. Ideo
videte ne ⁊c.

Dico quinto. ꝙ per ſanctos āgelos ſu
mus coram deo aduocati ⁊ procurati.
Quādo aliqua magna queſtio deduci-
tur corā rege vel in curia regis ꝯtra
aliquam miſerabilem perſonam. rex ꝓ
uidet illi miſerabili perſone de notabi
li aduocato. Ita facit xp̄s. altius in cu
ria xp̄i deducitur litigium contra nos.
⁊ xp̄us prouidet dans nobis aduoca-
tos. ⁊ procuratores ſanctos āgelos ne
coronam regni perdamus. Aduocant
enī pro nobis preſentando chriſto bo
na que facimus. vt orationes. ieiūia.
⁊c. ⁊ alias aſperitates penitentiales q̄
multum placent deo. Tob. 12. Quando
orabas cū lachrimis ⁊ ſepeliebas mor
tuos. ⁊ derelinquebas prandium. Ego
obtuli orationem tuam deo. Item ali-
ter aduocant ꝓ nobis: quia ſi ex pecca
tis noſtris meremur punitionem. dn̄t
chriſto. O domine ſpectetis adhuc ⁊c.
De nota parabolam chriſti. luc. 13. De
cultore vinee loquente pro ficulnea.
Uinea. vel hortus chriſti ē chriſtiāitas
in qua plantatur ficulnea ſeu homo ī
die baptiſmi ⁊c. In primo anno. ſcilicꝫ
puericie dominus querit fructum vt
ſciant ſe ſignare. dicere pater noſter.
aue maria. et credo in deū. ⁊ confite
ri ⁊c. Sed non inuenit. quia vos male
nutritis filios. In ſecūdo anno a 15. an
nis vſq; ad. 35. vel. 40. Qui dicit̄ ānus
iuuentutis querit dominus fructū bo
ne vite ⁊ penitentie. ſed n̄ inuenit niſi
folia vanitatis in ornamentis ⁊c. Nō
enim inuenit fructū bone vite ⁊ peni
tentie. In tertio an no. ſ. ſenectutis n̄
īuenit niſi folia. nō enim poſſunt facer̄
penitētiā ieiunando ⁊c. nec ⁊c. ⁊ xp̄us
tūc vocat ortolanū. ſ. angelū cuſtodē
d. ſcide eā vt qd terrā occupat ⁊ mitta
tur in ignem. At ille rn̄dens dicit. dn̄e
dimitte eam etiam hoc anno vſq; duꝫ
fodiam circha illam ⁊ mittam ſterco-
ra. fodit enim dum dat compunctioneſ
⁊ mittit ſtercora quando reducit ad
memoriam peccata. Rigat quando
ex contritione funduntur lachrime.
Ecce qualem aduocatum habemus.
Ideo videte ne contemnatis ⁊c.

Sexta vtilitas eſt quia per angelos ſu
mus ĩ celo feſtiuati. ex amore .n. quez
habent ad nos faciunt feſtum de nobꝫ
qñ facimus aliqđ bonum opus gaudẽt
⁊ tripudiãt. auctoritas. luc. 15. Dico vo
bis gaudium eſt in celo ſuper vno pec
catore penitentiã agente. Nota gaudiũ
eſt in celis. Triplex eſt gradus bonoꝝ
penitẽtie. prĩus qui proficit per ſõe par
ticulari vt ieiunare orarẽ ⁊c̃. De iſto fit
gaudium in ordine angelorum qꝛ quã
tumcunqꝫ fiat ſecrete angeli ſciunt ⁊
vident totum ⁊ dicunt adinuicem. vi‐
des illum qui orat ieiunat vel diſcipli‐
nat ⁊c̃. ⁊ gaudent oẽs. Secundus gra
dus eſt quando nõ ſoluꝫ proficit perſo
ne particulari ſed eſt bonũ totius com
munitatis. qñ rectores magis curant
de bono totius coĩtatis: ꝙ de ꝓpriis De
hoc fit feſtum in ordine archangeloꝝ
qñ vident ꝙ corrigũt peccata notoria.
Tertius gradus eſt quãdo non ſolum
reſpicit bona particularis coĩtatis. ſꝫ
totius regni quãdo reges ⁊ conſiliarij
faciũt ſanctas ⁊ iuſtas ordinatões ⁊c̃.
De hoc fit feſtum in ordĩe principatuũ
Ecce quare dicit. gaudiuꝫ ẽ ĩ celis ãge
lis dei ⁊c̃. Nota de oppoſito yſa. 33.
Ecce videntes. ſ. peccata noſtra clama
bunt foris. angeli pacis amare flebũt.
deteſtationem illam vocat fletus.
Septima vtilitas ẽ ꝙ per ſcõs ãgelos
ad gloriam ſumus portati. Dicat̃ quõ
quando perſona que tenuit bonaꝫ vitã
moritur. exiſtente in articulo mõtis an
gelus diuinitus miſſus precedit exituꝫ
propter demones aduenientes. ⁊ aſcen
dentem cuſtodit ĩter aereas poteſtates
⁊ tandem ſecure introducit ĩ celũ. exo
di. 23. Ecce ego mittã angelum meũ q
precedat te ⁊ cuſtodiat in via ⁊ introdu
cat in locum quem paraui. Nota exem
plum luc. 16. Factum eſt vt moreretur
mendicus ⁊ portaretur ab angelis in
ſinu abrae ſecus ſi moritur impenitenſ
Patet ergo quomodo eſt fieñ de eis fe
ſtum. ideo videte ne ⁊c̃. Ideo do uobꝫ
vnũ bonum conſilium. Credo ꝙ quilꝫ
veſtrum habet aliquẽ ſanctuꝫ in deuo
tione cui facit orationem ⁊ aliquotiẽs
curant parum de nobis propter pecca
ta noſtra. ſed angelus cuſtos nunꝗ̃ de
ſerit. Ideo eſſet bonum quolibet mãc
⁊ ſero genibus flexis dicere. Angele q
meus es cuſtos pietate ſupna. Me tibi
cõmiſſum ſalua. ſ. a malis inclinatõni
bus. defende. ſ. a cunctis inclinationi‐
bus alias impugnationibus. guberna
ſcilꝫ in bonis operationibus. Et ſic coꝝ
feſtiuando ⁊ orando ipi cum dei adiu‐
torio procurabunt hic bonum vĩꝫ ⁊c̃.

## In feſto ſancti franciſci Fundatoris or. minorum.

Lucerna fulgoris illuminabit te
Luc. xi. ⁊ recitatum eſt ſtatim
in euangelio hodierno. Sermo
noſter erit illius glorioſiſſimi confeſſo
ris ⁊ amici dei beati franciſci. Et hẽbi
mus de vita ſua bonas doctrinas ⁊c̃.
Salutetur virgo ma. Pro breui decla
ratione huius verbi. ⁊ veniendi ad ꝓ
poſitum. Sciendũ ꝙ in ſacra ſcriptura
ita in veteri teſtamento ſicut in nouo.
ſancti dei dicuntur lucerne. Ratio. qꝛ
ſicut in lucerna ſunt tria. ſ. cera fragi
lis que ſtatim liqueſcit ad ignem. Se
cundo lo bleblanch. ſiue ſtupinum al
buꝫ. Tertio lux clara. Ita quelibet per
ſona ſancta habet iſta tria. ſ. corpꝰ fra
gile quod igne deuotionis liqueſcit ad
ignem lachrimarũ. Secundo intus ha
bent animam albam. claram. innocen
tem. purificatam a malis cogitatiõbus
quas expellunt. non habent odiuꝫ nec
maliciam contra proximum. Tertiõ ha
bent lucem gratie dei ſine qua nõ cẽnt
ſancti que clarificat intellectum ad co
gnoſcendum deum ⁊ ſe. ⁊ miſeriam hu
ius mundi. ad calefaciendum in operi
bꝰ dei. Ecce ratio quare perſona ſcã dr
lucerna. Auctoritas. Deus enim pate

loquēs filio ſuo d̄ iohāne baptiſta dixit
Paraui lucernam.ſ.iohānem xp̄o meo
Etiam xp̄s ſic uocauit eum.ioh.5. Jlle
erat lucerna ardens ⁊ lucens. Patet
ergo ratōe ⁊ auctoritate ꝙ ſancta per
ſona dicit̄ lucerna. Et in iſto intellectu
ꝓpoſui thema. Lucerna fulgoris illūi
nabit te. Et loquitur cuilꝫ perſone reli
gioſe. clerico. vel layco deuoto d. lucer
na fulgoris ⁊c̄. Notaui in ipſo.5.radi-
os claritatis q̄bus poſſumus illūinari.
Primus radius ē paupertas apl'ical'.
Secundus aſperitas penitētialis.
Tertius humilitas cordialis.
Quartus caritas diuinalis.
Quintus firmitas ꝑpetualis.
Dico p̄io ꝙ beatꝰ Frācischꝰ dedit huic
mūdo radiū paupꝛtatis apl'ice. que.i. hoc
ꝯſiſtit. Mat.19. Ecce nos reliq̄mus om
nia ⁊ ſequuti ſumꝰ ⁊c. Si non habebāt
oīa quia pauperes erant. quō relique
runt oīa? Nō reliquerūt omnia.ſ. habi
ta ⁊ habēda q̄ītum ad deſideriū habē
di. Tu dimittis regnū vel prelationem
quā forte nūq̄ȝ habuiſſes. quādo dimit
tis deſideriū habendi. Jō religioſus lꝫ
nō habuerit uxorē nec filios. tñ dimit
tit pro xp̄o quia potuit habere. Jdeo q̄ꝛ
petrus ⁊ alij apl'i dimiſerunt oīa habi
ta ⁊ habēda. ⁊ d̄ſideriū. Jdeo dicit. Ec
ce nos ⁊c̄. Modo audite qual'r beatus
Fran. reliquit oīa. Dicat̄ quō quando
erat iuuenis fuit mercator ⁊ ſubtilis.
⁊ q̄ñ fuit q̄ſi. xx. annoꝝ dum ſic nego-
ciaretur intrauit i q̄ndam eccl'iaꝫ. hoc
bonuꝫ habebat. Jdeo ꝑ nullo negocio
debetis dimittere aliq̄ȝ orationem: q̄ꝛ
de ꝓfundo abyſſi extrahit peccatoreꝫ.
dō ps.65. Benedictꝰ deus qui nō amo
uit orationē meā ⁊ miſericordiā ſuā a
me. Glo. auguſtini. Nunq̄ȝ amoueat̄ a
te oratō tua ⁊ nūq̄ȝ amouebit̄ a te miſi
cordia diuina. ergo ad bonū fineꝫ ꝑdu
cet te. Propter h̄ bea. Frā. orabat. Cui
crucifixus corā quo orabat loquutꝰ fu
it d. Eccl'ia mea cadit. repara eā. Cogi

tate qualē timorem debuit habere. Et
intelligēs ꝙ loqueret̄ d̄ illa eccl'ia. ver
tit ſꝫ ⁊ uidit ꝙ demonſtrabat ruinā ⁊
vēdit oīa que habebat ⁊ portauit pecu
nias curato vt eam repararet: Et xp̄s
loquebat̄ de eccl'ia vniuerſali que tota
cadebat. Dn̄i temporales per iniuſticiā
Prelati ꝑ negligentiā. Religioſi per in
deuotionē. Clerici ꝑ inhoneſtatem. Et
hoc p̄ricipaliter intelligebat xp̄s vt re
pararet. Sꝫ beatꝰ Fran. adhuc nō in
telligebat: q̄ꝛ iſta fuit prima reuelatio
qui de cetero fuit ardentiſſimꝰ amator
paupꝛtatis. dimittēs omnia. ⁊ recepit ſa
chum. Nō indigebat ſartore. ⁊ cuꝫ cor
da ꝑcutiebat ſe. īduebat ſe. nec alia ve
ſte induebat̄ ⁊c̄. Et dicit hyſtoria ꝙ de
die erat veſtis de nocte ſtratū pedicu-
lis plenū. Paupertatē vocabat dn̄am
ſuam. hic dat exemplū religioſis. cleri
cis. ⁊ laycis. qui deuote ſe obligarunt
ad paupꝛtatem apl'icam. ꝙ nihil poſſide
ant tanq̄ȝ propriū vt poſſint dicere cuꝫ
beato petro ⁊ alijs. Ecce nos reliq̄mus
omnia ⁊c̄. Sꝫ modo nos ſeruamꝰ pau
pertatem ſine neceſſitate. bene paſti. i
duti. Et ſi aliquid nobis defficiat mur
muramꝰ. Jdeo perdemus promiſſionē
factam a xp̄o d. Mat.19. Amen amen
dico vobis ꝙ vos qui ſequuti eſtis me.
in regeneratione cum ſederit filius ho
minis in ſede maieſtatis ſue ſedebitis
⁊ vos ſuꝑ ſedes. xij. iudicātes. xij. tribꝰ
yſrael. Clerici ēt habent exemplū ꝙ ex
quo habēt ſuos reditus. nolite theſau
rizare cōgregando in caſſia ⁊c̄. Nō ſo-
lū habēt cauere ab vſuris ⁊c̄. ⁊ ſymo
nia. ſed ab auaricia. Et q̄d oꝫ facere ci
ſternā in domo ubi ē fons emanās ſibi
Ber. O clerice quicq̄d preter ſimplicē
victū ⁊ veſtitū retines furtū facis. ſa
crilegiū cōmittis. Layci ēt habent exem
plū. Nō oꝫ omnia dimittere vt beatus
Fran. ſed recognoſcatis domū. capſiā.
burſam. ⁊ ſi ē ibi aliquid de vſura fur
to. rapina. dimittatis reſtituendo. at

corrūpet oīa alia. exemplū de pomo cō
rupto ꝙ oīa alia corrūpit. Ita de flor.
Ideo apl's ad ro. 13. Reddite oībus de
bita ⁊c. Ecce prim⁹ radius. Ideo dicit
thema. Lucerna fulgoris.

Secūdus radi⁹ ē de aſperitate penitē
tiali. Mirum ē tantā aſperitatē facie-
bat. Dicanť aliqua. Primo nō portabat
niſi ſachū ī hieme. ⁊ ſtatim intellexit il
lud euangeliū ad litterā Mat. x. Neq̄z
duas tunicas habeatis. dormiebat ſup
terram. Si aliquādo fiebat ſibi aliqua
ſcutella de bono cibo ponebat cineres
vel aquā frigidam. Dicať de temptatō
ne vt haberet vxorē ⁊ filios ⁊c. demū
fecit ⁊ proiecit ſe in niue. Ibat diſcal-
ciatus. hic dat nobis exemplū ut facia
m⁹ aliq̄ꝫ aſperitatē penitentialē. Dicūt
aliqui ſtulti ⁊ ignorātes. Ua. ⁊ quid oꝫ
facere aliq̄ꝫ aſperitatē. ⁊ quid ꝓdeſt do
⁊c. Rūdeo ꝙ de aſperitate quā nos fa
cim⁹ deus habet honorē ⁊ nos vtilita
tem: quia ſicut rex qui hꝫ vnuꝫ caſtrū
rebelle. ⁊ miles ſubicit ſibi caſtrum ē
honor regi. ſic corp⁹ nr̄m ē rebelle deo
Gen. 8. Senſus. n. ⁊ cogitatio humani
cordis in malū ꝓna ſunt ab adoleſcen
tia ſua. Sꝫ ſubiciť deo per aſperitatem
ieiunādo ⁊c. Ideo ſi eſtis bon⁹ miles.
ſubiciatis ipm deo q̄ꝛ honor ē dei. utili
tas autē vr̄a. Nam deus ſuat iſtuꝫ mo
dum peccatorib⁹. ꝙ ſi in hoc mundo fa
ciūt de ipſis iuſticiā. non faciet ipſe in
alio mūdo de peccatis. Juſticia pro pec
catis fit per penitentiales aſperitates.
Et q̄n aīa taliū uenit ad iudiciū ubi ac
cuſať a diabolo. Dicit xp̄s. Quid dicis
tu aīa? Reſpōdet. dn̄e uerū ē ꝙ ego feci
iſta. tamē dn̄e feci iuſticiā: quia ſi aliqū
fui ſupb⁹ hūiliaui me ⁊c. De alijs feci
iudiciū. ſ. confeſſionē. ⁊ iuſticiā. ſ. peni
tentiā agēdo. nō tradas me calūnian-
tib⁹. Dicit xp̄s. Ego ſum ꝯtentus. Ecce
utilitaſ. Ideo xp̄s luc. 13. Dico uobis ꝙ
niſi penitentiam habueritis omnes ſi
mul peribitis.

Tertius radius eſt de humilitate cor-
diali. Erat. n. ita humilis ꝙ reputabat
ſe viliorē alijs oībus ⁊ magis peccato
rē. Dicať quō ſocio oranti fuit viſa in
celo pulcherrima cathedra cū corōa. ⁊
dicenti. O benedict⁹ eſſet qui ī illa col
locabiť. Rn̄dit xp̄s. Iſtam cathedrā ꝑ
didit vnus p̄nceps d̄ ordine ſeraphin
ex ſua ſupbia. ⁊ reſeruať humili Fran
ciſco. Un̄ cum ſemel quereret ille ſoci⁹
a beato Franciſco. Pr̄ qualē extimatō
nem habetis de uobiſmet. Rn̄dit. Nō
credo hominē eſſe in mūdo magis pec
catorē q̄ꝫ ego. Et ſoci⁹. Quō poteſtis ha
bere talē imaginationē de uobis. qui
tot gratias recipiatis a dō. Rn̄dit. Tot
gratias recipio. in tm̄ ꝙ ſi alius recipe
ret hūilior me eē̄t ⁊ mai⁹ bonū faceret
Dicať ſil'itudo. Sīt duo hoīes. un⁹ hēat
paucas poſſeſſiones ⁊ pecunias tn̄ trā
ſit. Alius uero recipit ānuatiꝫ magnū
theſauꝝ mutuo de quo ānuatim dꝫ fa
cere certam penſionē ſub pena mortis.
Item hꝫ reddere totū illum theſaurū
dn̄o certo die ⁊ ſub pena mortis obli-
gatur reddere ⁊c. magnū onus tenet
ſupra ſe. Alius aūt licet nō habeat tan
tum tn̄ tranſit lete ⁊ ſine illa obligatio
ne. Item in propoſ'to. dicis mihi unū
ſanctū vt iohānē vel v̄ginem mariam.
Eſſe ſanctuꝫ nihil aliud vult' dicere q̄
recepiſſe a xp̄o diuite mutuo magnum
theſauꝝ ſub certa pena ⁊c. ⁊ ꝙ certo
tēpore reddet ſibi rōneꝫ. Et q̄n ſanct⁹
cogitat. O de⁹ fecit mihi tantā grāꝫ de
ſcientia. vl' eloquētia. vel faciendi mi
racula cū dolore ⁊ triſticia ⁊ in magna
humilitate debet viuere. ⁊ iſtud cogi-
tans virgo maria humiliabať. Cui cō
miſit eē matrē dei. ⁊ eſſe virginē. ⁊ eē
reginā celi. Quāto pſona ſancta ē excel
lentior tanto ē hūilior. Perſōa eni que
cogitat. o ego ſum ſanct⁹ ⁊c. mala ē ua
Perſona aūt que a deo non recipit tot
grās pōt lete viueť. q̄ꝛ non eſt ita obli

gata. ꝛ cito reddet ꝯputum ſuum. Sic
n. diues habet reddere cōputū de quo
libet floreno. ita ſanctus de qualꝫ grā.
Propter hoc ſancti dū magis honora
bant᷑ plus humiliabāt᷑. Jō xp̄s luc. 12.
Omni autē cui multū datū ē multum
queret᷑ ab eo. ꝛ cui cōmodauerūt mł
tuꝫ plus petent ab eo: Jſta de cauſa bea
tus Fran. humiliabat᷑ recordās illius
verbi eccł'ci. 3. Quāto magnus es. ſ. in
diuitijs. dignitate. platiōe. ſcītate ꝛc.
humilia te ī oībus ꝛc.

¶ Quart⁹ radi⁹ eſt de caritate diuinali.
Jn tm̄ erat inflamatus in dei amore
ꝛ pximi. ꝙ volebat ꝙ oēs ſaluarent᷑.
Et in ſignū huius fundauit ordinē fra
trū minoꝝ. Quo fundato fuit ſibi di
ctū ꝙ regula erat multū fortis nec poſ
ſet ſeruari iō ꝙ temparet. Rn̄dit. Ego
ſcripſi qđ xp̄s ore ſuo ordinauit. Jdeo
nihil mutarē: qꝛ ſeruus in littera dn̄i
nihil pōt mutare. Qui illā regulam ſer
uat ſanct⁹ ē. ꝛ qn̄ moritur poſſet cano
nizari. Deīde dixit. Et nūquid mulie
res ēt debēt ſaluari? Et nūquid xp̄s de
muliere voluit naſci? Jō p ſaluatione
mulieꝝ fecit aliū ordinē. Ecce q̄ta cari
tas. Deinde vt illi de ſtatu matrimonij
poſſent facili⁹ ſaluari fecit tertiā regu
lā. Et qꝛ erat ita ardens in caritate ap
paruit ſibi ſeraphi. Et ſubito ac ſi cuꝫ
baliſta emitteret᷑ clauus qdam ō ner
uo pcuſſit manū dexterā deīde ſiniſtrā
ēt in pedib⁹ hūit plagas. in tm̄ ꝙ pote
rat dicere illō ad gal. vlt. Ego. n. ſtig
mata dn̄i ihu in corpore meo porto. Di
catur quō ex humilitate abſcondebat
plagas ut vitaret vanāgloriā. Dicatur
de vulnere lateris quō a ſocio ſuo fuit
inuentū. Optīe ſeruabat illud pcep
tum ad phil. pmo. Caritas vr̄a magis
ac magis abūdet. hic habem⁹ exēplū
nos religioſi. qꝛ non poſſum⁹ habere tā
tā caritatē ut beat⁹ Fran. ad min⁹ ha
beam⁹ iſtā. ſ. regulā ſuādo. nō ſicut alij
viuūt ſꝫ ſicut vouim⁹. Dic apł's ad ro.
2. Quicūqꝫ. n. ī lege peccauerūt per le
gem iudicabunt᷑. Lex religioſoꝝ ē re
gula. Dicat᷑ pratica de examinatōe cul
paꝝ in capitulo ī iudicio xp̄i ad portam
paradiſi cū miraculo illi⁹ fratris mo
ris qđ legit᷑ in vita beati Fran. ꝯpoſi
ta a duodecim ſocijs. Si vellet ſe reli
gioſus excuſare d. Dn̄e non ſeruaui qꝛ
alij non ſeruabant. Jdeo vadas cū eis
ad infernū. Dicūt aliqui miſeri. plat⁹
diſpenſat. Nota hic dr̄am īter diſpē
tionē ꝛ diſſipationē. Diſpēſatio ē rela
xatio iuris cōis p loco ꝛ tpe. Pro loco
qn̄ cum rege hꝫ comedere. Pro tēpore
ſ. epidēiaꝝ vel venit deforis laſſus ꝛc.
Sꝫ indifferēter comedere carnes. hoc
nō ē diſpenſatio ſꝫ diſſipatio. Et qui diſ
ſipat iſto mō. ꝛ qui vtitur peccant. Re
ligioſus. n. debet reſpicere regulaꝫ ut
mulier uana ſpeculū. Caritas vo cleri
corum conſiſtit in duob⁹. pmo vt dicāt
officiū dīnum diſtincte nō a e ī ꝛc. Se
cūdo ut uiuāt honeſte pp illud ſacramē
tum qđ tractāt ꝛc. Caritas laycoꝝ eſt
ut fuent dn̄icam. ſ. ipſi. filij. famuli. ꝛ
aīalia: qꝛ magis pficiunt campi. uinee
ꝛ alia opa ueſtra ex miſſa q̄ ex ueſtro
labore. Jō ad cor. 16. Omnia. n. ur̄a fi
ant ī caritate ꝛc.

¶ Quītus radius ē firmitas ppetuat᷑. qꝛ
in tota uita ſua pſeuerauit in caritate
ſcitate. ꝛ bona uita. Multi incipiūt ſer
uire deo feruenter ut religioſus in no
uiciatu: ſed ex quo fecerūt profeſſionē
ꝛc. Dicit vn⁹ ego ſuꝫ iubile⁹. ali⁹ ꝛ ego
magiſter ī theologia. Nō dicit votū vſ
qꝫ ad iubileū vel ad magiſteriū. ſꝫ vſqꝫ
ad mortē. Jdē de clericis deuote inci
pientibus. ſed paulatim dimittūt ꝛc.
Jdē de laycis vt aqua calida q̄ paulatī
frigeſcit. Non ſic b. Fran. ſed firmiter
pſeuerauit. Propter h̄ de⁹ reuelauit ſibi
diē ſui obit⁹ d. tali die venies ad para
diſum. ꝛ reuelauit fratribus ſuis. Et ī
die obit⁹ fecit portari cineres ꝛ cilitiū

⁊ poſuit ſe ibi nudus petens habitũ ſi
bi accõmodari a guãdião quouſq; obiſ
ſet. In obitu ãt eius anima ſua ſanctiſ
ſima clara ut luna uiſa ẽ celum aſcẽde
re. Ideo cõtinuem⁹ in bona uita. Mo-
dus ẽ cogitãdo ⁊ dicẽdo infra ſe uidea
mus. Modo ẽ ãnus vbi ego erã. ⁊ quõ
eram deuot⁹. ⁊ quõ vadit modo. Si in
uenit ſe meliorẽ bene ſtat. ſignum ẽ ꝙ
ambulaſtis. Nõ credatis ꝙ pfectio ſan
ctitatis cõſiſtat in additiõi bonorum
operum. ſ; in cõtinuatione eoꝝ cu; au
gumento deuotionis. Ita fecit beatus
Fran. Ideo dicit thema. Lucerna ful
goris illũinabit te ⁊c̃. Rogem⁹ deũ ⁊c̃.

## In feſto beati Luce euangeliſte.

Dignus ẽ operari⁹ mercede ſua.
luc. x. Intellect⁹ huius verbi ſe
cundũ intellectũ quẽ volo ptra
ctare ẽ. Iſte b. lucas bonus operarius
dignus eſt mercede ſua. ſ. ꝯ gloria ſua
Modo pertractando iſtud verbum. in
uenio in ſacra ſcriptura ꝙ per quatu-
or ṽtutes ſingulariter meretur gloriã
paradiſi. ſ.

Primo p generalẽ obedientiã.
Secũdo p liberalẽ miſicordiã.
Tertio p diuinalem ſapientiã.
Quarto p virtualẽ penitentiã.

Ecce hic quatuor virtutes p quas in
ſacra ſcriptura clare oſtendiẗ ꝙ poſſu
mus acquirere ſalariu; glorie celeſtis
Et quia b. lucas habuit iſtas quatuor
virtutes in generali ⁊ quãlibet in par-
ticulari. Ideo poſſum de eo conclude
re thema. Dignus ẽ operarius merce-
de ſua. Modo dicamus de qualibet.

De primo ⁊c̃. Generalis enim obedien
tia ẽ obedire omnibus p̃ceptis dei. pro
nullo honore ſeu vtilitate hñda facere
ꝯ dei p̃cepta. Taẗ ẽ dignus ſalario gl'ie
S; volo vos auiſaẗ hic. Nõ credatis ꝙ
pro aliqua obediẽtia ſeu ſancta uita de
beatis habere gloriã ex debito. ſed ex
diña ordinatione ⁊ pmiſſiõe: q2 ip̃e ita
promiſit. Nõ dicere. domĩe detis mihi
gloriã quã mihi debetis q2 ſeruiui vob
Sed dicere. domĩe ego obediui ⁊ ſerui
ui vobis ideo detis mihi gl'ia; q2 ita p
miſiſtis. Declareẗ exemplo captiui obe
dientis p̃ceptis dñi. Si ex hoc peteret
ſalariũ. diceret ſibi dñs. Et tu petis ſa
lariũ. nũquid es captiu⁹ meus. Serui
as mihi bene ⁊ ſis mihi obediẽs. quia
ego pmitto tibi ꝙ p quol; opere dabo
tibi ſalariũ ⁊ hereditatẽ mea;. tũc cap
tiuus poſſet peteẗ ſalariũ nõ ex debito
ſed ex pmiſſione dñi. Ita ꝯ nobis. Nul
lus reputet ſibi ad iniuriã. quia oẽs ſu
mus captiui xp̄i iuſto p̃cio empti. ſ. in
ſanguine ſuo. In menſa. n. cambij. ſ. ſã
cte crucis ſoluens pr̃i aperiens caſſia;
corporis ſui. In capite per coronã ſpine
am. ⁊ ſic ꝯ alijs ptibus corporis ſui. Iõ
omnes ſum⁹ captiui ſui. honor eſt. Iõ
beata agata dicebat. Sũma ĩgenuitas
i. nobilitas eſt. in qua ſeruit⁹ xp̄i cõpro
batur. Ideo ſeruilẽ me oſtẽdo perſonã
Auctoritas. i. cor. 6. Non eſtis veſtri.
Empti. n. eſtis p̃cio magno. glorificate
⁊ portate deu; in corpore veſtro. Ergo
licet bene ſeruiamus ⁊ obediam⁹ pre-
ceptis dei. ex debito nõ poſſumus pe-
tere paradiſum. Si aĩa alicuius ſancti
ad portam paradiſi allegaret. Domine
detis mihi paradiſum quia ego ſerui-
ui vobis ⁊c̃. non ẽ bona ratio: quia poſ
ſet reſpõdere xp̃s. feciſti qꝺ debuiſti ⁊
⁊c̃. Auctoritas cũ feceritis omnia que
precepta ſũt vobis. dicite ſui inutiles
ſum⁹. qꝺ debuim⁹ facere fecim⁹. luc.
17. Ergo quo iure poteſt qs petere glori
am. Dico ꝙ ſic. Domĩe detis mihi glo-
riam quã pmiſiſtis illis qui obedirent
vobis. Inſtrumentum recepit beatus
Mathe⁹ Mat. ſeptimo. Qui facit vo
luntatem patris mei qui in celis ẽ ipſe
intrabit in regnum celorum. Cui dicit
xp̃s ueni intra in gaudium dñi tui. Ec
ce quomodo intelligiẗ obediẽtia gene
ralis. Eccl'ci. 36. Da mercedẽ domine

ſuſtinētibus te.i.ſemꝑ tenētibus man
data tua vt ꝓphe tui fideles iueniātur.
Dico ergo ꝙ iſto mō btūs lucas acqui
ſiuit mercedē glorie. Fuit.n. obediēs
ñ ſoluꝫ p̄ceptis.ſꝫ ēt ꝯſilijs. qꝛ dicit bea
t⁹ iero.ꝙ nūq̄ peccauit mortal'r.qꝛ ſemꝑ
ſine crimie fuit. Sequit ergo cōſequē
tia ꝙ nunq̄ fecit ꝯtra p̄cepta diuina.
nec ꝑ ſupbiā lꝫ hēret ſciam que inflat.
qꝛ erat medicus aptiſſimus. Dicatur
quō in qualꝫ facultate q̄to aliqs eſt ex
cellentior tanto ē magis ſupbus. qꝛ vt
dicit .i.cor.8. Scia īflat.ſ.i corde. Sꝫ
btūs lucas taliter ſe gubnauit ꝙ ex ſr
bia non fecit ꝯtra dei precepta. In ſtu
dio ñ deſpiciebat aliquē.nec ſupbiebat
legendo ſeu diſputādo.nec i repetitōe
quā fecit reuerſus de ſtudio. Itēz nec
per auariciā. Medicus.n.peritus mul
ta poteſt cōgregare.qꝛ magni domini
recurrūt ad eū ꝛc. Sed b.lucas a diui
tibus recipiebat. a pauperibus nihil.
Imo aliquotiēs emebat eis medicinas
neceſſarias. Item nec per luxuriam.
Imo vt dicit ieronimus. nūq̄ hūit vxo
rem nec filios. Dicatur pratice quomō
amici ſui tractabāt ſibi vxorē. poſtq̄
reuerſus fuit de ſtudio. Nec ꝑ inuidiaꝫ
que cōiter ē īter medicos. Sꝫ b.lucas
ſemꝑ cōmendabat alios.nec deſpicie
bat. Imo qñ amici īfirmi vel īfirmoꝝ
dicebant nos ſumus cōtenti de vobis
Imo teneatis talem.qꝛ bonam ſciam
habet ꝛc. Nec ꝑ gulā. Dicit ieronimus
ꝙ virgo pſeuerauit ſemꝑ. Mō virgini
tas nō pōt bñ cuſtodiri. De quolibꝫ ſta
tu dic ꝙ pſōa guloſa neceſſario erit lu
xurioſa. Ratio qꝛ ille partes vicine ſūt
ꝛ vnus inuitat aliū. ſicut ſocius ſociuꝫ
Ideo qui vult viuere caſte abſtineat.
Dicit b.Ber. ꝙ eſſet maius miraculū
q̄ ſuſcitare mortuos. Nec ex peccato
ire. Utinā oēs religioſi eſſent ita patiē
tes. Nunq̄ ex aliq̄ iniuria abſtulit ver
bum alicui. Dicatur vitium mulieruꝫ.
Itē primo ibat ad petēdū veniā. lꝫ fuiſ-
ſet iniuriatus. Nec ꝑ accidiaꝫ. qꝛ ſicut
ouum ē plenū.ita tps b.luce. O quot ꝑ
mittūt ꝑdere tpus. Et qꝛ ñ fecit cōtra
mādatum dei.poſſum⁹ dicē ꝙ hūit obe
dientiā gnalem. Totū h̄ dicit b.iero.
i ꝓlogo ſup lucam. Lucas anthiocen⁹
natione ſirus.apud anthiochiā medici
ne artis egregi⁹ ſine crimie fuit: neqꝫ
vnq̄ vxorē hn̄s. nec filios i virginitate
ꝑmanēs.dn̄o maluit deſeruire. Ergo
poſſumus dicē de eo. Dign⁹ ē operarius
mercede ſua. Moral'r hic ꝓ nob ꝙ ad
minus hēamus obiaꝫ ad.x.p̄cepta. Jō
dedit de⁹.x.digitos i manibus ꝯcludē
do ꝑ illud Mat.19. Si vis vitā īgredi
ſua mādata.

¶ Dico ſo ꝛc. Liberal' miſicordia ē ꝛc.
Dñ de bonis tpalibus vel ſpūalibus
hō dat indigēti. Talis meret ſalariuꝫ
grie. Rō.qꝛ quilꝫ theſaurarius diſpen
ſans bōa dn̄i ſꝫ volūtatē dn̄i ſui meret
ſalariū. Mō quilꝫ diues ē diſpēſator ꝛ
miſter illius magni regis ieſu xpi. Nō
crdatis vos eē dn̄os. Nec tal' ſtulticia
intret i cordibus diuitum. qꝛ qui dn̄s
ē nulli tenet reddere cōputū. vos aūt
de oībus oꝫ reddere rōnem quō acqui
ſiuiſtis.expendiſtis ꝛc.uſqꝫ ad vltimū
quadrātem hētis dare cōputū xpo dn̄o
Iſte ē error dn̄do ō meis pecunijs. nū
quid potero recipe aliqd intereē. facit
multos dānare. Rō eſt vſurarioꝝ. Sꝫ
real'r xps eſt dn̄s.ps. Dn̄i ē terra ꝛc.
Uos diuites eſtis ſolū miſtri ꝛ diſpēſa
tores.i.cor.4. Sic nos exiſtimet homo
vt miniſtros xpi ꝛ diſpēſatores. Si er
go diſpenſatis ſm volūtatem ſuam. di
gni eſtis mercede. Uolūtas ſua eſt vt
diſpenſetis. Primo i domo vr̄a in vr̄is
neceſſitatibus.nō i vanitatibus. quia
alias puniret vos. Scdo recepta neceſ
ſitate detis paupib⁹.vel mutuetis ſine
vſura. Ecce quid dicit īſtrumētū com
miſſiōis. Lu diues. Deutero.23. Nō fen
rabis fratri tuo ad vſuram pecuniam
nec fruges nec quālibet aliam rē. Fra

tri aūt tuo illud quo īdiget cōmodabis
ut bñdicat tibi dñs deus tu⁹ ī oī opere
tuo. Proditor eēt diſpēſator regis. ſi ō
pecunia regis dicēt. nūquid ō mea mo
neta potero recipe ītereſſe. Qñ āt aīa
diuitis liberat᷑ uadit ad portā padiſi.
Et dicit xp̄s. Quid feciſti de pecunijs?
Rñdet. Dñe diſpēſaui bona ura s₃ uo
lūtatem urām recepta mea neceſſitate
dedi pauperib⁹ ⁊c. Et mutuaui ſīn uſu
ra. Talis mercedē glorie recepit. Au
ctoritas Mat. x. Quicūq₃ potū dederit
uni ex minimis iſtis calicē aque frigiō
tm̄. q̄tomagis qui dat unū ⁊c. in noīe
diſcipuli. Amē dico uobis nō pdet mer
cedem ſuā. Et luc. 6. Mutuū date. i. p
ſtate nihil inde ſperātes ⁊ erit merces
ura multa: q₂ ſi de uſura recipet centū
flor. deus dabit. cc. ſibi hic. ⁊ gloriā₃ ī
paradiſo. P₃ ergo qūo ex miſericordia
acgrit᷑ glīa padiſi. Dicat᷑ hic ō miſicō
dia bti luce. Qñ. n. audiuit famā. xij.
aplo₄ q̄ſi 12. medico₄ curātes oēs īfir
mitates ſurdos. cecos. ⁊c. Admirās q₂
ars medicie nō ſufficit ad hoc. uoluit
īre ⁊ uidē aplos cum adhuc eēt īfidel᷑.
⁊ uenit tertīm ad b. petrū d. Audiui fa
mā de curis vris q̄s facitis. tñ video q
eſtis paupes. Et b. petr⁹ dixit ſibi. quo
gdā magnus medic⁹ venerat de celo.
⁊ oñdit eis artē. q ſine purgatōe ſana
rent ⁊c. Finalr pdicauit ſibi fidē xp̄i.
quā cōfirmauit miracul᷑. Propter qd
b. lucas fuit baptizatus. Et petijt ſi ha
bebat aliō facē. Et petr⁹ dixit ſibi illō
luc. 18. Si vis pfect⁹ eē vaō ⁊ vēde oīa
q̄ hēs ⁊ da paupibus ⁊ hēbis theſaurū
in celo. Dicat᷑ qūo fuit reuerſus āthio
chiā ⁊ vendidit domū. poſſeſſiones. ⁊
gcquid hēbat. Mō dixit ipſe o₃ q iſtō
diſtribuat᷑ pauperibus. Sed ī quibus
q₂ alij ſunt paupes qui vadūt per tabē
nas. Iſti nō hūt niſi vnicā rōnē vt hō
det eis. q₂ ſunt ad ymaginem dei. Alij
ſunt pauperes vite bone qui ſeruiunt
xp̄o. Ideo illis dabo. Portauit ſachum

pecunie ⁊ poſuit ad pedes aplo₄ vt di
ſtribuerent paupibus. hoc extrahitur
ab illo textu act. 4. Quotquot. n. nota
vniuerſalr loqtur poſſeſſores agrorū.
aut domo₄ erant. vendētes afferebāt
ptia eo₄ que vendebant. ⁊ ponebāt ad
pedes aplorum. Diuidebatur aūt ſin/
gulis prout cuiq₃ opus erat. Ergo ſi
ex liberali miſicordia meret᷑ aliqs ſa
lariū ⁊c. Quid dicem⁹ de btō luca. Di
gnus ē ⁊c. Moralr dico vobis q nō te
nemini ad hoc. s₃ ſi in domo. caſſia. vel
burſa veſtra hētis aliqd de male iuſto
diſtribuatis reſtituēdo. al's corrumpet
gcqd hēbitis. vt pomū corruptū corrū
pit alia. Ita florenus corruptus ſi ibi
proijciat᷑. Sicut ergo poma corrupta
proijcitis vt cōſeruet᷑ bona. Sic ſi ha
betis aliquid de mortuis. de hoſpitali
bus. vel de eccleſia. ⁊ de ſeruitoribus.
de laboratoribus. de vſur. de furtis. ō
rapina reddat. ne cōrūpāt alia. ad ro.
13. Reddite omnibus debita.

QDico tertio ⁊c. Diuina ſapiā ē ſcire gu
bernare pſonam ſuā iuxta dei volūta/
tem ī virtutibus ⁊ bonis operibus. ⁊
vltra hoc. attrahē alios bonis modis
ad deū. Sicut ſi rex cōmitteret vnū ca
ſtrum de frontaria granate vni militi
d. Scias bñ defendere iſtud caſtrū ab
inimicis. Si iſte miles ſit ſtrenu⁹ ⁊ va
lens. ⁊ nō ſolū iſte miles cuſtodit illud
caſtrum fideliter ſed faciendo inſult⁹
cōuerſus ꝯtra inimicos acgrit regi. x.
uel. xx. aut. xxx. caſtra. nūquid tūc me
ret᷑ maius ſalariū? Imo. Ita de nobis.
Quil₃ noſtrū h₃ vnū caſtr₄ ſibi cōmiſ/
ſum ſ̄m ꝯſuetudinē yſpanie a xp̄o rege
qui plus diligit vnū caſtrū de iſtis. q̄
rex regnū d. ī iſtrumēto cōmiſſiōis il
lud deutero. 4. Cuſtodi temetipſum ⁊
aīā₃ tuā ſollicite. In fiñ qū dic regi xp̄o
Ecce dñe aīam meā quā ꝯſeruaui ⁊c.
meret᷑ ſalariū ⁊c. Sed qñ nō ſolū cu
ſtodit caſtrū aīe. ſed etiā vltra hoc ac

quirit multa caſtra chriſto per bonã
vitam ſeu doctrinam. Caſtra inimico
rum ſunt perſone male vite ⁊ peccato
res. Perſona ſupba eſt caſtrũ poſſeſ
ſum a dyabolo leuiatã. Et ſic de alijs
ꝛc̃. Et expugnantur per ſanctam vitã
⁊ doctrinam bonam predicando. Qñ
ↄuertitur ſuperbus ⁊ humiliaẽ ſubij-
citur chriſto. ⁊ ſic de alijs. Quot pecca
tores conuertit vnus predicator quot
caſtra acquirit. Talis magnũ ſalariũ
meretur a chriſto. ⁊ fuit dictum victo
rioſo abrae in perſona ꝑdicatoris geñ.
15. Noli timere abraam. ſ. predicator.
ego protector tuus ſum. ⁊ merces tua
magna nimis. Nota noli timere. quia
predicator multos habet inimicos.
Primo demones. Secundo detracto-
res inuidos ꝛc̃. prouer. xi. Seminanti
iuſticiam merces fidelis. Seminator
iuſticie in agris cõſcientie eſt ꝑdicator
Iſtam ſapientiam. excellentiam. ⁊ vir
tutem habuit b. lucas. qui excellenter
57. annis predicauit per mundum cum
beato paulo. ſocius ſuus fuit. Ibat de
villa in villam ꝛc̃. O quot caſtra acq-
ſiuit xp̃o. Non recedebat ab apoſtolo.
In tantum ꝙ dicit apl's. 2. thim. 4. In
prima mea defenſione nemo mihi affu
it. ſed omnes me dereliq̃runt. Lucas
eſt mecum ſolus. Imo quolibet die ẽt
hodie bellat ⁊ acquirit caſtra ex ſuo
deuoto ⁊ magis completo euangelio
q̃ aliorum. ⁊ cum actibus apoſtolorũ.
Multa enim dicit que alij tacuerunt.
ſicut de conceptione ⁊ natiuitate b. io
hannis baptiſte. de annunciatione vir
ginis. lucas hoc dicit. Item de paſtori
bus adorantibus. ſolus lucas dicit.
Item de circunciſione ⁊ templi preſen
tatione. Idem de vita chriſti a. 12. an-
nis vſq₃ ad. 30. Solus dicit lucaſ. Erat
ſubditus illis. dicit Nico. de lira. ꝙ iu
uabat ad ſereñ pro caſijs fiendis ꝛc̃.
Et omnia iſta habuit lucas a uirgine
maria que multum eũ diligebat. quia
erat virgo. Et etiam diligebat virginẽ
Ideo eam depinxit ⁊ fecit veronicam
Ueniebat enim ad virginem d. virgo
benedicta ꝛc̃. Matheus. nec Marchꝰ
non dicunt aliquid de annunciatione.
natiuitate ꝛc̃. Iõ ꝛc̃. Item de paſſione
Benedicta mater dei. alij euangeliſte
nihil dicunt. niſi ꝙ dixit. hely. hely.
Dicatis mihi. que alia verba dixit. Et
virgo maria incepit flere. d. O luca ẞ
eſſet renouare vulnera. Et lucas. O
benedicta uirgo bonũ eſt ꝙ chriſtiani
ſciant propter deuotionem. Ideo virgo
maria ꝛc̃. Ad quem virgo. Fili mi poſt
ſic eſt ego dicã vobis. In die veneris
quando iohannes venit ad me. d. ꝙ
filius meus ducebatur ad crucifigẽdũ
exiui domum ⁊ obuiaui filio meo ꝛc̃.
Et vidi mulieres flentes retro eum.
Et filius meus vertens ſe ad eas dixit
Filie ieruſalem ꝛc̃. Et virgo maria. ⁊
lucas ambo flebant. Solus lucas ſcri
pſit hoc verbum ſic habuit a virgine
Item alia die lucas queſiuit a virgine
maria. ſi quando fuit in cruce dixit ali
quod verbum. O luca dixit virgo ma
ria. ⁊ tantus dolor ꝛc̃. Pater dimitte
illis ꝛc̃. Item queſiuit de vltimo ver
bo ꝛc̃. In manus tuas ꝛc̃. Ita ꝙ euã
gelium luce eſt magis completum. In
tantum ꝙ beata martha ex his deuo
tionibus in ſuo obitu ſolum iſtud euã
gelium luce voluit vt ſibi legeretur.
Et a principio legebatur per omnes ec
cleſias. Secunda ad cor. 8. Miſimus
fratrem noſtrum. glo. lucham. cui lauſ
eſt in euangelio per omnes eccleſias.
Fiat ergo ratio. Si ex diuina ſapientia
aliquis meretur ſalarium glorie. ⁊
beatus lucas ꝛc̃.

Dico quarto ꝛc̃. Penitentia virtua-
lis ẽ ieiunare. diſciplinare ſe: vel porta
re ciliciũ ꝛc̃. Ut faciebant ſancti Do
minicus. Franciſchus. Benedictus.

ꝛc. Ex his merer̄ ſalariū glo̅ie. Aucto
ritas Luc. 6. Beati qui nunc exuritis.
Ecce ieiunia q̄ ſaturabi̅. beati q̄ nunc
fletis q̄ ridebitis ꝛc. vſq̄ʒ in celo. Dice
ret hic aliq̄s ignorans. Quid oʒ facere
aliud. Nā xp̄s q̄ñ reſpōdit quere̅ti. dñe
quid boni faciā ut habeam vitā eternā
dixit ſibi xp̄s. Si vis ad vitam ingredi
ſua mādata. Nō dixit. fac pn̄itentiā. igi
tur ꝛc. Reſpōdeo ꝙ ad ſeruādū bonā
vitā in futuꝝ ſufficit ſeruare mandata
ſ. x. p̄cepta. Sʒ pro peccatis preteritis
penite̅tia ē neceſſaria. Et xp̄s hoc p̄ce
pit d. Mat. 4. Penitentiā agite appropi
quabit ꝛc. Et niſi homo faciat. Ecce
quid dicit luc. 13. Dico vobis ꝙ niſi pe
nitentiā habueritis oēs ſimiliter pibi
tis. Ita fecit b. lucas qui. 37. ānis labo
rauit cū paulo inter infideles vt eſſet
martir. Sʒ nullus voluit ipſ̄ʒ occider̄.
Sʒ ipſe fecit iuxta cōſiliū ap̄li ad colo.
3. Mortificate mēbra veſtra que ſunt
ſup̄ terrā. Mortificat corp⁹ ſuum q̄ pe
nitentiā ꝯtualem facit. Iō eccleſia in
collecta ſua dicit. Dñe ſanctus tu⁹ lu
cas euangeliſta crucis mortificationeʒ
iugiter in ſuo corpore ꝑ tui noīs amo
re portauit. Rogem⁹ deum ꝛc.

¶ In feſto ap̄loꝝ Symonis ꝛ Jude.

Conformes imaginis filij dī. hē
tur verbum iſtud textualiter ad
ro. 8. oſſ̄ār in ep̄la hodierna.
Tota feſtiuitas. ſolennitas. ꝛ officium
ē duoꝝ ſanctoꝝ ap̄loꝝ ſymonis ꝛ iude
nō illius ꝓditoris. q̄ de illo xp̄iani nō
faciūt feſtum ſed demones ī inferno.
ſʒ iſte dr̄ iudas thadeus ſanct⁹. bon⁹.
ꝛ ap̄ls ihū xp̄i. De his ēt erit ſermo no
ſter. Si placet deo de eoꝝ vita. ꝛ ſācti
tate recipiem⁹ inſtructionē vite. Salu
ter̄ ꝟgo maria ꝛc. Iſtud verbū dr̄ in
ep̄la hodierna loquens de his duobus
ap̄lis. Dicitur ꝙ iſti duo apoſtoli fuer̄t
conformes. i. ſimiles imaginis filij dei
Pro cuius intellectu oportet declara
re quid eſt ymago propria filij dei. Pro
quo ſcieñ ꝙ ymago propria dei eſt vita
ſancta benedicta. ꝛ perfecta xp̄i. Rō.
quia qui ſtricte vult cogitare vitā ſan
ctiſſimā xp̄i. ſ. eius incarnationē. nati
uitatem. cōuerſationeʒ. paſſionē. reſur
rectionē. ꝛ eius aſcenſionē inuenit ꝙ
erat ꝓpria ymago filij dei. nō ſolum fi
lij virginis. Sic̄. n. ymago ſancti alicu
ius vt virginis vl̄ b. petri ꝛc. repreſen
tat ſanctū vel ſanctā. ita vita xp̄i deuo
te cōtēplata repreſentat nobis ꝙ ē fili⁹
dei eterni. Prīo in eius incarnatiōe: q̄
ſine homīe in matre virgine fuit cōce
ptus. Itē q̄ natus de matre virgine ſi
ne dolore pariente. Itē de noctis clari
tate. q̄ de corpore xp̄i precedebat illa
claritas pluſq̄ʒ a ſole. Itē de angelis cā
tantib⁹ gl̄ia in excelſis deo ꝛc. Itē q̄
a boue. ꝛ aſino in p̄ſepio adoratus. eti
am a paſtorib⁹. Item de ſtella orientis
ꝛ tribus regib⁹. Item miracula que fe
cit in vita. Item in baptiſmo celum fu
it apertū ꝛ ſpiritusſanct⁹ in ſpecie colū
be viſus ē. ꝛ vox patris intonuit d. ꝛc.
Item aſcenſionē ꝛ reſurrectioneʒ om
nia iſta oſtendebāt ihm̄ xp̄m eſſe filiū
dei eternū. Patet ergo ꝙ vita xp̄i eſt
imago ꝓpria filij dei. Iō dicit ap̄ls in
pſona xp̄ianoꝝ bone vite. 2. cor. 3. Nos
omnes reuelata facie non cooperta fa
cie vt iudei. gl̄iam dñi ſpeculantes in
eandē ymaginem tranſformamur. Nō
trāſformamur. Sicut. n. pictores quā
do volūt extraher̄ aliq̄ʒ imaginē ponūt
illam corā ſe. ꝛ illam amplexando ꝛ re
mirando depingunt. Ita ſancti pone
bant coram ſe ymaginem filij dei. i. vi
tam xp̄i ad cuius ſimilitudinem ordina
bant ſuam vitā. Prīo reſpiciēdo caput
vite xp̄i. ſ. incarnationē in qua oſtēdit
infinitam humilitatē. de illo palatio d̄
ſcendere ad carcerē hui⁹ mundi. Et di
cebant. O dñe q̄ntum debeo humiliari
q̄ ſum ꝯmis putrid⁹ ꝛc. Item cū eſſet
domin⁹ omniū voluit fieri pauper. Iō
vitabant auariciā. Item potuit eligere

aliam matrē ſed noluit niſi vginē. Jō
vitabant luxuriā. Jtē cum nullum ha
beret peccatū voluit facere tantā peni
tentiā ꝛ abſtinentiā ꝙ q̄dragita dieb⁹ ꝛ
noctib⁹ ieiunauit nil comedēs. Et nun
quā fuit talis quadrageſima. tota alia
vita fuit q̄drageſia. Nō cōedebat niſi
ſemel in die. Ex iſto ſancti depingunt
vitā ſuā; vitando gulā. Jtē habuit ma
ximā patientiā. Jdeo ſancti non porta
bāt malā voluntatē nec volebāt de in
iurijs vindictā ſuam. Jtem xp̄s habuit
maximā diligētiā. qꝛ q̄ſi ꝑ totā noctē ꝑ
noctādo vigilabat orando. Cogitare ꝙ
cū lacrimis ꝛ genib⁹ flexis. Totū hoc
pro nobis. qꝛ pro ſe nō indigebat. Jbat
cum labore. ſ. predicādo. Ab iſta yma
gine. ſ. vite xp̄i xp̄iani debent recipere
exēplar eoꝝ vitam depingēdo in bonis
operib⁹. Ecce q̄re dicit. Nos reuelata
facie ſpeculantes. i. remittētes ꝛc̄. Pa
tet ergo ꝙ imago filij dei eſt vita xp̄i.
Modo thema claꝝ eſt cum dicit de his
duob⁹ ap̄lis. Conformes. i. ſimiles ima
ginis filij dei. i. vite xp̄i. Mō videam⁹
i q̄bus iſti duo ap̄li fuerūt ſimiles vite
xp̄i. Et inuenio ꝙ i. 6. fuerūt ſibi ſil̄es.

Primo in corpore materiali.
Secūdo in aīa rationali.
Tertio in opere virtuali.
Quarto in cōuerſatione ſpūali.
Quīto in predicatōe euāgelicali.
Sexto in paſſione martiriali.

In his. 6. excellētijs fuerunt xp̄o ſimi
les. Jdeo de eis dicit thēa. Conformes
ymaginis filij dei.

Dico primo ꝛc̄. in corpore materiali. Sꝫ
q̄re magis iſti duo q̄ alij. Quia iſti duo
fuerūt filij marie cleophe ſororis virgi
nis marie. ſcōe genite. Dicat̄ quō b. an
na mater vginis marie nūq̄ habuit fi
lios. ſꝫ habuit tres filias. Prīa fuit vir
go maria mater dei. Scōa fuit maria
cleophe. mater iſtoꝝ duoꝝ ap̄loꝝ ſymo
nis ꝛ iude. Tertia mariā fuit ſalome
mater iohānis euāgeliſte ꝛ iacobi ma
ioris. Propinquiores erāt iſti duo xp̄o
q̄ alij: qꝛ filij ſcōe genite. O qualis ho
nor ē iſte. Sicut ſi rex veſtiret ſe de ca
pite optime petie pāni. ꝛ diceret duob⁹
militib⁹. Induatis vos ō fine. magnū
honorē ꝛ maiorē dilectionem diceret
oſtendiſſe illis qui de medio īduerētur
Petia pāni de precioſa ſcarlata fuit b.
anna mater vginis. De iſta petia caput
fuit virgo maria de qua xp̄s indut⁹ eſt
veſtem humanitatis. Mediū fuit ma-
ria cleophe. de qua induti fuerunt iſti
duo. Finis petie fuit maria ſalome. de
qua īdutus fuit iohānes ꝛ iacob⁹. Ec
ce quō fuerunt cōformes xp̄o in corpo
re materiali. Ex iſta cōformitate ſcrip
tura non ſolū dicit ipſos ꝯſanguineos
xp̄i. ſed fratres ꝑpter proximitatem.
Mat. 13. Nōne mater ei⁹ dicit̄ maria.
ꝛ fratres eius ſymon ꝛ iudas. Confor
mes ymaginis filij dei. ſ. i corpore ma
teriali. Modo ꝯſimileꝫ conformitatem
poſſumus nos habere cū chriſto in cor
pore materiali ꝛ erit melior q̄ iſtorum
duoꝝ apoſtoloꝝ. Jſta. n. fuit carnal̄.
ſed noſtra erit virtualis que ē melior.
Jſta ē penitētia de qua xp̄s erat indut⁹
q̄tū ad vitā. Jn tm̄ ꝙ cum fuiſſet xp̄s
30. annoꝝ videbat̄. 40. vel. 50. Joh. 8.
Quinquaginta ānos nondū habes ꝛc̄.
dicit glō. Ex ieiunijs ꝛ laboribus. ꝛ af
flictionibus. videbat̄. 50. annoꝝ. Si er
go volumus eē ei conformes non cure
mus ꝙ ſim⁹ filij marie cleophe ſed alte
ri⁹ ſororis. ſ. virginis marie. q̄ fuit pri
or maria cleophe. ſ. penitentia. qꝛ q̄n v
go maria fuit triū annoꝝ; incepit. ſ. in
templo ꝛc̄. Jſtius ergo ſimus filij: quia
lꝫ ſymon ꝛ iudas fuiſſent filij marie
cleophe ꝛ ꝯſanguinei germāi xp̄i. niſi
fuiſſent filij penitētie per bonā vitam.
dānati fuiſſent. Magis ſancti ſūt ꝛ ſal
uati: qꝛ fuerūt filij penitētie. q̄ ꝙ fuerīt
filij marie cleophe. Jta ſimiliter de no
bis. ſi facim⁹ penitentiā de quib⁹ dicit
apoſtolus. ad hebr. 2. Non cōfunditur

fratres eos uocare.ſ.illos qui faciunt
penitentiã. Aliqui aũt ualde fugiũt iſtã
parentellã xp̄i elõgantes ſe a penitẽtia.
a ieiunijs.uigilijs quadrageſime. No
lunt audire miſſam ieiunij. Si aliquis
h; loqui regi uel pape cauet ſibi rc̄. S;
quãdo orõ fit in ieiunio ē q̄ſi incenſu; .
⁊ põt dicere.dirigatur oratio mea rc̄.
Alij ieiunãt per totam diẽ ⁊ in collatio
ne frangũt ieiuniũ comedẽtes panẽ ꝯ
ordinationẽ eccl'ie ⁊ uolendo ſe excuſa
re dicũt.ne magis cõfortat q̄ꝫ cõfectio
nes quas comedũt prelati rc̄. Dicatur
ſimilitudo de duob⁹ in quadrageſima
quoꝝ un⁹ cõedit bonũ piſcẽ ⁊ cũ bono
ſalſamẽto. ⁊ alter de pane ⁊ uinũ mo-
dicum cũ caſeo trito. Quis iſtoꝝ fregit
quadrageſimã .uel ieiuniũ. Nõ qui co
medit piſcẽ licet daret maiorẽ conforta
tionẽ.q2 non facit ꝯ ordinationẽ eccle
ſie. Dicũt doc.ſpecialiter Petrus de ta
rani ĩ.4.di.15. Nihil debem⁹ comedeꝛ
ĩ collatione de quo fiat cib⁹ in prãdio l'
cena. Oliue licet ſint cõfecte nõ debẽt
comedi ĩ collatõe q2 loco cibi rc̄. dacti
lus auelane amĩ'Ro uata falua colian
dre muza ruffes ⁊ huiuſmodi nõ debẽt
comedi niſi alterenꝛ per decoctionẽ q2
frangunt ieiuniũ ⁊ niſi ſint cõfecte. Aſ
ſimilemur ergo xp̄o per penitentiã. Jõ
ap'ſs.2.cor.4. Semper mortificationẽ
ihu xp̄i in corpore nr̄o circũferentes ut
⁊ uita ihu ĩ corporib⁹ nr̄is manifeſteꝛ.

Dico ſcḋo rc̄. In aĩa rationali. hoc eſt
plus. Modo uideam⁹ ĩ quo xp̄s qui ha
bebat corp⁹.aiam.⁊ diuitatẽ fuit ſi'lis
rc̄. Aĩa aũt in pricipio creationis ſue
habuit tantã ſcientiã q̄ ſciuit oĩa preſẽ
tia.p̄terita.⁊ futura. Jdeo dõ loquẽs
xp̄o dicit ĩ p̄s.134. Ecce dñe tu cognoui
ſti oĩa nouiſſima ⁊ antiqua. Jn hoc iſti
duo ſancti apoſtoli fuerũt ſimiles xp̄o.
qui fuerũt multũ illuminati. ſcientes
non ſolũ p̄terita.ſ; etiã futura multa.
Dicaꝛ quõ poſt pentecoſtes iuerũt ad

predicandũ ĩ pſidã. ⁊ rex pſide ⁊ rex in
die habebãt guerrã. Dicaꝛ quõ rex pſi
de mittebat vnũ ducem capitaneũ con
tra regẽ indie ad bellandũ. qui a ſuis
ydolis nullũ potuit hr̄e reſpõſum quid
eſſet de bello. Dicaꝛ yſtoria quõ apoſto
li nunciauerũt duci ꝺ pace futura rc̄.
Moral'r bellũ paraꝛ nobis forti⁹ q̄ꝫ poſ
ſ t eſſe ĩ hoc mũdo.ſ.de aĩa cũ diabolo
in iudicio. vbi mille demões eam inua
dẽt ⁊ accuſabũt: q2 anima antequã in
tret paradiſu; q̄tãcunq; ſancta vl' ma
la venit ad iudiciũ. Et dicũt demones
ſi ſit mala. Dñe iuſticia. Tu domine dã
naſti nos vnico peccato irreuocabilit.
⁊ iſta aĩa fecit hoc ⁊ hoc per ſupbia;
auariciã rc̄. O miſeri quid rc̄ dicetis.
Remediũ ē ergo confiteri peccata con
feſſori qui ē medius inter deũ ⁊ homi
nem ſeu aĩa;. Et anima tũc ſic obtinet
⁊ portat inſtrumentũ abſolutõis in frõ
te ſcriptum. Et rñdit xp̄o d. Domie fe
ci iudiciũ.ſ.in cõfeſſione.⁊ iuſticiã.ſ.ĩ
pẽitẽtia.ñ tradas me rc̄. Jdeo moyſes
deutero.32. Utinã ſaperẽt ⁊ intellige-
rent ac nouiſſima puiderẽt.
Dico tertio rc̄. Op⁹ xp̄i patet.1.ioh.3.
Jn hoc apparuit filius dei ut diſſoluat
opera dyaboli. Que ſũt peccata. tẽpta
tiones.guerꝛ.diuiſiones rc̄. Et iſta diſ
ſoluit xp̄s. Jn hoc fuerunt ſimiles xp̄o
iſti duo ſancti ap'li. Dicaꝛ quõ inuene
runt ĩ pſida duos ĩcantatores.zaroen.
⁊ arphaſat ad quos oẽs gentes recur-
rebant pro ſanitate obtinẽda vel pro fi
lijs rc̄. Et ipſi inuocabant demones di-
cendo faciatis hoc ⁊ hoc vel hoc. Jpi
demones neminẽ poſſunt curare niſi a
leſione ceſſãdo. Ac ſi ego eſſem inuiſibi
lis. ⁊ cum acu uel al's infligerẽ uobis
dolorem in naribus. vel dentibus rc̄.
Jta faciũt demões q ex peccatis poſſũt
dare dolores peccatori deo nõ ꝯdicẽte.
vt recurrãt ad eos p ſanitate: ⁊ dent
fidem in eis. vt tadẽ damneꝛ. S; ap'li
corã rege infideli cum iſtis habuerũt

magnū ɔflictum : Dicat de ſerpentib⁹
⁊c̄. ⁊ de cōuerſione regis ex miraculis
conformes imaginis ⁊c̄. Moral'r ergo
ī mūdo opa dyaboli hodie fiunt ⁊ mł'
ti non credūt facere. Certū ē ꝙ deus fe
cit nos ⁊ nō ipſi nos. Mō opus dyabo
li ē qñ homo vult adaptare illud ꝙ de
us bene fecit. vt faciūt mulieres pingē
do ſe ⁊c̄. Scitis qual' iniuria fit dō. Ac
ſi melior pictor mūdi feciſſet vnam pul
cram imaginem. ⁊ tu qui neſcis depin
gere velles illā adaptare ⁊ corrigere
Jta de deo. Cogita ꝙ de⁹ ſciuit depīge
re te ⁊c̄. Quare ergo vultis polire fa
ciem. Si fecit groſſam. q̄re facitis vt ſi
lum ſubtile; ⁊c̄. Idem de oculis pictis
Idē ſi fecit capillos nigros ⁊ uos vul-
tis rubeos de cauda bouis ⁊c̄. Ideo
quādo oratis xp̄s abſcondit faciē ſuam
a uobis: qꝛ habetis faciē dyaboli ⁊ nō
ſuam. Si dicant. Domīe. ego ſum crea
tura veſtra ⁊c̄. Rñdet mētiris. Dicat'
quō mulier maritata pōt ſe lauare. po
teſt ēt mundā ſe tenere ne ſit lipa. vn
gulas mūdas. Itē camiſias mūdas. ne
vir ſentiat malū odorē. ne habeat faſti
diū. nec viri debēt ɔſentire vt depīgāt
ſe dicēdo. qꝛ vel hoc facitis uel ꝓ me
uel pro alio. nō pro me. qꝛ non ī domo.
Sed qñ vaditis extra ⁊c̄. Ideo dīc ſcri
ptura viris ⁊ etiā parentib⁹ ad ephe. 5.
Nolite cōicare opibus infructuoſis. ſ.
picturis vxoꝝ tenebraꝝ. magis aūt re
darguite.

Dico q̄rto ⁊c̄. Xp̄s. n. paupꝛime voluit
ɔuerſari ī hoc mūdo amore nr̄i. 2. cor.
8. Scitis grām dñi noſtri ihu xp̄i qm̄
pp nos egenus fact⁹ ē cum eſſet diues.
vt illi⁹ inopia vos diuites eſſetis. In
hoc iſti duo ſancti apl'i fuerūt ſibi con
formes. qꝛ poſtꝙ ɔuerterūt regē pſide
⁊ regē babilonie. ⁊ tot mille xp̄ianos
ibant pauperꝛime īduti. O dixit rex ta
les homīes non debēt ſic incedere. ⁊
obtulit eis magna donaria ſeu dona
theſaurorum. Apl'i uūt vt ſtercora de
ſpicientes dixerūt. Nos nihil terrenū
vel carnale volum⁹. ſed ſolū volumus
dei honorē ⁊ aīarum ſaluationem. ⁊
de illis pecunijs. edificauerunt eccle
ſias. hoſpitalia ⁊c̄. Ecce quomodo in ɔ
uerſatione paupere fuerunt xp̄o ſimi-
les. Moral'r hoc tangit religioſos. cle
ricos. ⁊ etiā laycos. Religioſi. n. ſolum
debent habere ſtrictā neceſſitatē vite.
nihil ampli⁹ recipere etiā ſi vellent da
re: qꝛ hoc deſtruxit ordines cum a prin
cipio inceperunt cum tanta pauperta
te ꝙ b. Ber. de folijs fagi comedebat
⁊c̄. Sꝫ poſt reges ⁊ pñcipes philocapti
de eis edificauerunt eis magna mona
ſteria. dantes eis villas. caſtra. ⁊c̄. In
tm̄ ꝙ tota religio ē perdita. Nō habēt
niſi porchos groſſos: Propter hoc bea
ti dñicus ⁊ franciſcus inſtituerunt ſu
os ordines ſine reditibus vt eſſemus
mendicantes ⁊ inciperet deuotio gen
tium. Et edificauerunt ⁊c̄. Etiam totū
ē perditum. Idem etiam de heremitis
qui incipiunt ſtricte. ſed poſt edificant
⁊c̄. Paupertas apl'icalis ē ita cuſtodiē
da ſicut pulcra puella virginitatem: qꝛ
multi philocapti mittunt ſibi iocalia.
Si recipit erit putana. Ita de religio-
ſis. Sꝫ ſicut mulier que vult caſte viue
re nō vult recipere dona. Si ē pauper
⁊ ei mittatur elemoſina illud poteſt re
cipere pro neceſſitate. Ideo ſeruiam⁹
bene deo: quia nihil deficiet nobis de
neceſſarijs. Item de clericis caueant
a ſymonia. ⁊ dicant bene ⁊ deuote of-
ficium ſuum: quia deus prouidebit eis
Item layci caueant ne recipiant aliqđ
per vſuram nec aliter qualitercūqꝫ in
iuſte. Si non poteſtis ſeruare tantam
paupertatem q̄ntam ſeruauerunt apo-
ſtoli ad minus nihil recipiatis iniuſte.
nec etiam fructus ad ephe. 5. Qui fu
rabatur iam non furetur. magis aut
laboret operando manibus ſuis qđ bo
num ē ut habeat ⁊c̄.

Dico quinto ⁊ cetera. Chriſtus

p̄dicauit gētib⁹ pn̄iam ꝛ poſtq̄ dixerat
aliq̄ ſecreta theologie de alio mūdo.
ſtati r̄ducebat ſe ad moralitates Mā.
p̄. Uenit ieſus p̄dicās euangeliū regni
dei: ꝛ d. Penitemi ꝛ credite euāgelio.
In h̄ ſci apl'i fuerūt ſibi ſiles. Poſtq̄
eni ꝯuerterāt mltas gētes. q̄dā puella
philocapta de quodā. paulati de loquu
tione ı̄ loquutioꝫ. ridēdo. trufando ꝛc̄.
ab illo fuit vituꝑata. ꝛ ip̄a cooꝑuit. ſꝫ
ı̄ ꝑtu, clamādo ꝛc̄. fuit diſcooꝑta. Et vo
lens celare illū iuuenē quē diligebat.
diffamauit vnū dyaconē diſcipulū iſto
rū duoꝝ apl'oꝝ. virginē. ſcūm. ꝛ deuo
tū. Dicat̄ qūo fuit libatus a ſcis apl'is
miracl'oſe ꝑ loquellam pueri nouiter
nati. ꝛ noluerunt ꝓdē nocentem ꝛc̄.
Pꝫ qūo fuerūt ſil'es xp̄o p̄dicādo euan
geliū ꝛ pn̄iam nolētes ꝓdē illū. vt poſ
ſet pn̄iam facē: q2 vt dr̄ Eze. 18. Nolo
mortē peccatoris ſꝫ vt ꝯuertat̄ ꝛ viuat
Moral'r hic hēm⁹ duas doctrīas. Pri
mā pro puellis vt caueāt a philocaptis.
Dicat̄ ꝯtra ꝯſuetudinē puellaꝝ nō eū
tium ad miſſam. q2 tūc fit totū maluꝫ.
Scḋa doctrina ē n̄ diffamare aliqueꝫ
vt illa q̄ credo ſit dānata: q2 nō reuoca
uit. Sicut ē neceſſariū reſtituere abla
tū. magis neceſſariū ē reſtituē famam
cū ſit maius furtū. Prouer. 22. Melius
ē nomē bonū q̄ diuitie multe. Auguſti
n⁹ Nō pigeat ex ip̄o ore ꝓferre medica
mēta. vn̄ fcā ſunt vulnera ꝛc̄.

Dico ſexto: ꝛc̄. Xp̄s mori voluit vt ho
mines ad deū traheret. 1. pe. 3. Xp̄s ſe
mel pro peccatis n̄ris mortuus ē. iuſt⁹
ꝓ iniuſtis. vt nos offerret dō. Ita apo
ſtoli ꝓ p̄dicare ꝛ extrahē gētes d̄ erro
re mortui ſunt ı̄ ciuitate ſaxi vbi ado
rabatur ſol. cui fecerāt ydolū dicendo.
q̄ nihil erat pulcri⁹ nec clari⁹ ı̄ h̄ mun
do. q2 illumiābat. calefaciebat. ꝛ facie
bat fructificare. ꝛ illud ydolum adora
bant. Cum aūt apl'i p̄dicando ꝯtra iſtū
errorē clare oñdēdo q̄ nec ſol nec lūa.
nec ſtelle ſunt adorāde. Rō. q2 ſi hēm⁹
lumē clariorē ꝛc̄. a ſole ſeu ab aſtris.
n̄ ſunt eis gratie reddēde. Sed xp̄o. q2
n̄ cereo ardenti regratiañ ē. ſed ipſi il
lumiāti. Uel ſi rex daret vobis mone
tā in bacino argēteo: nō eſſet regratiañ
bacino ſꝫ regi danti. Iō magnū pecm̄
facit q̄ ſoli. l' lūe. fac̄ reuerētiā ſeu orō
nem. q2 erroneū ē ꝛ hereticū. Dicatur
ꝯ illos: q̄ qñ vident lunā nouā dicunt.
luna luna ma padrina ꝛc̄. vel amouent
caputiū ꝛc̄. Et q2 apl'i p̄dicabāt ꝯ illuꝫ
errorē. fuerūt capti ꝛ ducti ad tēplum
ſol' vt adorarēt ydolū ſol' ꝛc̄. ı̄ quo dya
bolus loquebat̄ dans r̄iſa ꝛc̄. Dicatur
eoꝝ martiriū. Dicat̄ moral'r ne adora
rent ſolem niſi illum de quo dicit eccle
ſia virgini marie. Ex te ortus eſt ſol iu
ſticie ꝛc̄. nec lunam niſi virginem. de
qua dicit dō. Sicut luna perfecta ı̄ eter
nuꝫ ꝛc̄. De hoc dixit moyſes deutero.
4. Caue ne forte eleuatis oculis ad ce
lum videas ſolem ꝛ lunam. ꝛ omnia
aſtra celi. ꝛ errore deceptus adores ea
ꝛ colas. Deo gratias amen.

## In feſto omniū ſanctorum.

Merces veſtra copioſa ē in celis.
Mat. 5. Uolens nunc predicare
de omnibus ſanctis dei. de quo
rum beatitudine hodie per totuꝫ mun
dum fit ſolennitas. Ideo vt ſermo no
ſter dicatur a me ꝛ audiatur a uobis ı̄
laudem ꝛ reuerentiam dei principali
ter ꝛ omnium ſanctorum. preſentem⁹
virgini marie illud iocale qḋ ipſa tan
tum diligit. ſ. ſalutationem angelicam
ꝛc̄. hoc uerbum ē xp̄i in euangelio ho
dierno dicentis omnibus ſanctis para
diſi. Merces veſtra. i. gloria ꝛ beatitu
do quaꝫ habetis in celis ē copioſa. Mo
do de beatitudine ſanctoꝝ ſm̄ q̄ moti
uum thematis ꝛ feſtum requirit. volo
tria puncta declarare.
Primo d̄ loco ꝛ gloria excellenti.
Scḋo d̄ numero ſanctoꝝ tranſcēdēti.
Tertio de ſtatu ſanctoꝝ ꝯuenienti.

Iſtis declaratis credo  intelligetis
gloriam eternã paradiſi. ⁊ etiam quo-
modo ſancti ſunt collocati in gloria.

Quantũ ad primũ de loco ⁊ gloria ex
cellenti dicit thema. In celis. nõ in ter
ra. qꝛ ĩ hoc mũdo nõ hũerunt magnã
gloriam ſ; labores. tedia. ⁊ miſerias. ſ;
in celis hñt gloriã. Jõ apl's in perſona
oĩum ſcõꝝ dicit ad phil. 3. Noſtra cõ
uerſatio in celis ẽ. Vñ ⁊ ſaluatorẽ ex-
pectamus dñ; nrm ieſum xpm. qui re
formabit corpus hũilitatis noſtre con
figuratum corpori claritatis ſue. Que
ſtio eſt hic ſimul theologal'. ⁊ phicalis.
Certũ ẽ  gloria ſcõꝝ eſt in celo em
pireo ĩmobili ⁊ impmutabili. Cũ ergo
celum empireum nõ ſit niſi unũ. quare
ergo dicit xps. merces vr̃a copioſa eſt
in celis. maxĩe qꝛ lucas recitans h ver
bum dicit. Ecce merces vr̃a copioſa ẽ
in celo. Rñdeo ad qõnem  d celo em
pireo poſſumus loqui dupliciter. ſ. cõi
ter ⁊ diſtincte. Cõiter aũt loquẽdo. to
ta portio que ẽ ſupra primũ mobile. vel
celum chriſtalinum. ⁊ q̃ ſup celos ſunt
dicit celum empireum. Et ſic nõ ẽ niſi
vnum celum empireũ. Et hoc mõ loqt
xps in p̃dicta auctoritate. Si aũt volu
mus loqui de celo empireo diſtincte ſ;
 ẽ diſtinctũ ⁊ ordinatũ in. 9. ordinib'
angeloꝝ. quorũ quilʒ maior ẽ tota ter
ra. iſto modo ſunt multi celi. Primum
in introitu ẽ ſanctorum angeloꝝ q ſim
pliciter dicũtur angeli. qui deſcẽdunt
ad cuſtodiendũ nos: ⁊ iuuandum. In
iſto ordine habitant perſone penitẽtes
qui in hoc mundo affligunt carnẽ ſuã
aliquo mõ. Ibi. n. fit magnũ feſtum de
eis. luc. 15. Dico vobis  gaudiũ eſt in
celis angelis dei ſuper vno peccatore
penitentiã agente. Secundũ magis ſu-
pra eſt archangelorum qui ſunt ſubſtã
tie ſpũales. In iſto ſtabũt perſone que
cum afflictione penitẽtiali hñt ſimul d
uotionem ſpũalem non ſolum affligũt
⁊ tormentãt carnẽ p afflictionẽ. ſed cõ
fortant ſpũ; per deuotionẽ orãdo. legẽ
do. cõtẽplãdo. ⁊ miſſas. ⁊ ſermones au
diẽdo. Jõ dõ ps. 72. Mihi ãt adherẽ do
ſ. p deuotõ; ſpũalẽ bonũ ẽ põere ĩ deo
ſpem meã. Tertium excellentius ẽ pri
cipatuũ. In hoc hitant aĩe ſcãꝝ pſona
rũ que vltra afflictionẽ pnĩalem ⁊ de
uotionẽ ſpũalem. dederũt ſe ad miſera
tionẽ fraternalẽ. nõ miſerabiliter. ſed
copioſe ⁊ abũdãter qui magis delectã
tur ĩ elemoſinas dando:  auari cõgre
gãdo. Mat. 5. Bti miſericordes qm̃ ipi
miſericordiã cõſequẽtur. Quartu; ma
ius ẽ ptãtuũ. In h ſtant patiẽtes q in h
mdo vltra afflictõ;. deuotõ;. ⁊ miſatõ;
habuerũt patientiã virtualẽ: qꝛ ex nul
la tributatõe ſeu aduerſitate recipiũt
amaritudinẽ cordis ꝯ deũ. ſed dulciter
ſe conformãt diuine volũtati nec mur
murant. ſed deũ laudant. Jõ apl's ad
hebr. 10. Patia vob neceſſaria ẽ. vt vo
lũtatẽ dei faciẽtes reportetis repromiſ
ſionẽ. Quitũ ẽ vtutũ. In iſto ſtatu pſo-
ne que vltra p̃dicta habẽt concordiam
pximalẽ. ex nulla iniuria recipiũt deſi
deriũ vindicte. nec aufferũt verbum.
neminẽ odiũt. Jõ dic ſcriptura ad ro.
12. Cum oĩbus hominib' pacẽ habẽtes
nõ vos defendentes cariſſimi. i. vidi
cantes. ſed date locũ ire. Sextũ ẽ dñã
tionũ maius ⁊ nobili'. Ibi collocant
qui habẽt preſidentiã humanalẽ. ſ. im
peratores. reges. duces. comites ⁊c. ⁊
populorum rectores qui habẽt dñium
iuſtum ⁊ bono titulo. ⁊ ſeruant iuſtici
am. nõ faciunt rapinã. nec alicui faci-
unt iniuriã. ſunt cõtenti de ſuis rediti
bus. miniſtrãt iuſticiã tam magnis 
paruis ſm ordinem iuris ⁊ conſuetudi
nem. Idem de prelatis qui intrant per
portam. ⁊ quãdo ſunt intus gubernãt
ſe bene. De reditibus faciunt tres par
tes. vnam dant eccleſijs ⁊ hoſpitalib'.
aliam pauperibus. Tertiam retinent ſi
bi. magis curant de animabus  de

rediſtibus. Tales qñ moriuntur cū ma
gno honore in iſto ſexto ordine collocā
tur. Qñ trāſeunt ꝑ ordines angelorū
⁊c̄. in quolibet ordīe fit eis magnū fe-
ſtum. Dicunt angeli. faciamus magnū
feſtum: qꝛ tot anni ſunt ꝙ nullus huc
venit de iſtis. Jō ſcriptura Sapi. 6. Si
delectamī ī ſedib⁹ ⁊ ſceptris. O reges
terre diligite ſapiētiā vt ī perpetuū re-
gnetis. Septimū ē tronoꝝ q quieſcūt ī
cōtēplatiōe glorie. Jn hoc vadunt illi q
in hoc mundo tenuerunt paupertatē
apl'icam. qui dimiſerūt pro xp̄o oīa ha
bita ⁊ hēnda. ⁊ etiā deſiderium habē-
di. vt hēnt cor liberꝝ. Sed ſunt lati pau
pes ⁊ leues rebus. De talib⁹ dicit xp̄s
Mat. 19. Amen amē dico vobis ꝙ vos
qui reliqſtis omnia ⁊ ſequuti eſtis me
ī regeneratione cū ſederit filius hoīs
in ſede maieſtatis ſue ſedebitis ⁊ vos
⁊c̄. Et luc. 22. Dicit ſedebitis ſuper tro
nos. Octauum ē cherubinoꝝ. i. plenitu
do ſapiētie. Jn iſto ſtabūt illi qui dant
ſe ad ſciam diuinalē. ſtudēdo. ⁊ cōtem
plādo. hēnt tantam claritatem ītellcūs
ꝙ alios etiā illuminant. De iſtis dicit
ſcriptura Dan. 12. Qui docti fuerīt ful-
gebunt quaſi ſplendor firmamenti. ⁊ q
ad iuſticiā erudiūt plurimos quaſi ſtel
le ī ꝑpetuas eternitates. Nonū ē ſeraphi
noꝝ qui ſunt maiores ⁊ excellentiores
oīb⁹ alijs. Jn iſto ſunt ꝑſone caritatis
ſupnalis: qꝛ maior hoꝝ ē caritas. 1. ad
cor. 13. Quia ſicut lucēna ſtatī ad ignē
liqueſcit. ſic tales ſunt ita ardētes ī dī
amore. quia ſtatim qñ cogitāt ꝺ deo li
queſcūt ī lacrimis. ⁊ delectabil'r ſuſti-
nent oēs labores ꝓ deo. Tales qñ mo
riūtur collocātur ī iſto ordine cum ma
gna ſolennitate ſicut ſpōſa ducit' cum
honore. ⁊ coronat' a xp̄o. Jdeo dic̄ apo
ſtolus ad colo. 3. Super oīa āt caritatē
hēte qꝺ ē vinculum ꝑfectiōis. Ex iſta
declaratione pꝫ ꝙ lꝫ celū empireum n̄
ſit niſi vnum loquendo cōiter. Diſticte
tamen ſcd̄m nouem ordines ſunt plu
res celi. Et ſcd̄m hoc dicit xp̄us oībus
ſanctis. Merces veſtra copioſa ē ī cel'
quia non omnes ſancti ſunt ī vno ordi
ne. Sed aliqui cū angelis. aliqui cū ar
changelis ⁊c̄. Sic ergo pꝫ locus ꝺ glo-
ria excellenti qui ī celis ⁊c̄.

¶ Quantum ad ſcd̄m. videndū ꝙ eſt de
numero ſcōrū. Dicit thema. copioſa ē.
Jn tm̄ ꝙ b. iohānes euāgeliſta cui de⁹
oſtēdit gloriam vt amicus oñdit amico
ſuo domū. ⁊ vidit multitudinē btōrū
de qua dicit epiſtola hodierna. Apo. 7.
Uidi turbam magnā quā dinumerare
nemo poterat ⁊c̄. Sed eſt hic qꝺ bona
⁊ intricata. Diceret aliquis. mirꝫ eſt ꝙ
iohannes dicat eſſe turbam magnā ⁊
quaſi innumerabilem. Et nunquid dic̄
xp̄s Mat. 20. Multi ſunt vocati pauci
vero electi. hec difficl'tas theologice ꝯ
cordatur ſic: quia de ſanctis poſſumus
loqui dupliciter. ſ. abſolute ⁊ r̄ſpectiue.
Primo ſancti ſunt multi quaſi innume
rabiles a nobis. ⁊ ſm̄ iſtum modū loq
tur xp̄s. multi ſunt vocati ⁊c̄. Nota ſi
militudinē ꝺ pugillo arene abſolute lo
quendo ī quo ſunt quaſi īfinita grana
ſed reſpectiue ⁊ cōparatiue cōparādo ad
mōtaneā arene. pauca grana ſūt. Jta
ē natura humana q̄ſi montanea arene
gen. 22. Multiplicabo ſemen tuū velut
arenam que ē ī littore maris. hoc fuit
dictū abrae. Sed multomagis potuit
dici ade. De iſta montāea arene. ſ. hu
mane nature recepit deus manum ple
nam ſapi. 3. Juſtoꝝ aīe ī māu dei ſunt.
De iſta materia vide ī illo ſermone oī
um ſcōꝝ. Uidi turbam magnam.

¶ Quantum ad tertium. de ſtatu ſcōrū
cōuenienti ex quo videmus locum de
gloria excellenti ⁊ numero ſcōꝝ trāſcē
denti. nec videñ ē de ſtatu ſcōrum cō
uenienti de quo dicit. merces vr̄a ſala
rium eſt. ſ. qꝺ habuerunt ex bonis ope
ribus que hic fecerunt. Gloriam iſtam
ſcōꝝ poſſū vob. declarare tripliciter. ſ.

Primo per potentiam excellentem.
Secūdo per ſcientiam reſplendentez.
Tertio per beniuolētiam diligentem.
De iſta materia. vide in ſermōe Uidi
turbam magnaꝫ ꝛc̄. Et ibi hēbis ꝓceſ
ſum iſtius materie. Deo grās Am̄ ꝛc̄.

¶ In eodem feſto omnium ſcōꝛum ꝛc̄.

Laudate dn̄m in ſanctis eius.
hētur verbū iſtud oꝛiginaliter
in libꝛo ſoliloquioꝝ. dꝫ. pſalmo
150. hodie per totum mūduꝫ inter xp̄ia
nos fit feſtum ꝛ ſolennitas de oībus
ſcīs in generali. Infra annum facim⁹
feſtū in ꝑticulari modo de vno. modo
de vno alio. tamen tot ſunt ſcī ī paradi
ſo ꝙ nō ſufficeꝛent dies. Imo dicit ie-
ronim⁹ qui iſta cōputauit multū bn̄ ꝙ
ſolum de martiribus nō cōputando ꝓ
ph̄as. nec p̄riarchas. nec apoſtolos ꝛc̄.
non ſufficerent dies. etiam ſi quolꝫ die
fieret de. xi. milibus. Iō ſancta mater
eccleſia hodie facit feſtum de oīb⁹. Et
eſt magna ratio ex quo ipſi cottidie fa
ciūt feſtū de nobis ī celis qn̄ tenemuſ
bonam vitam ꝛ deuotam. Rō ē vt nos
faciamus feſtum in teꝛris de eoꝝ glo
ria. Iō ſicut totum officium hodieꝛnuꝫ
ē de oībus ſanctis. ita erit ꝛ ſermo nr̄.
Sꝫ ſalutetur pꝛius virgo maria. Iſtō
verbum. ſcilicet laudate dn̄ꝫ ꝛc̄. recte
ꝑcipit nobis feſtū hodieꝛnū quaſi d.
licet infra annum feſtiuetis mō ō vno
ſancto modo de alio. tamen inſimꝉ. lau
date dn̄m ꝛc̄. Ratio huius eſt. Qn̄ ma
giſter aliquis facit aliquod opus mul-
tum mirabile ī oculis oīum. ex illo ope
re multum laudatur ille magiſter ō ſa
pientia. ſubtilitate. īgenio dicendo. Ec
ce quid fecit. ꝛ quale opus ꝛc̄. Sed ſi
ille magr̄ faceret opus nō ſolū mirabi
le ſed vtile. tūc ille magiſter laudareꝉ
nō ſolum de ſubtilitate. ſed ō bonitate
dicendo. O benedicatur ipē. ꝛ tā vtile
opus operatus ē nobis. Declaretur h
per caſum talem de magiſtro faciente
nauem que ſine periculo nauigaret.

In qua non opoꝛteret timere ventuꝫ
aquam. nec inimicos. ꝛ qn̄ ē onerata
ꝑ ſe ſin̄ mariarijs ꝛ ſin̄ ꝓuiſione laboꝝ
iret ad poꝛtum vltra mare ꝛ rediret.
bene opus eſſet mirabile. O ſi aliquis
magiſter de aſia ſciret facere talem
nau m. ꝛ quomodo laudaretur ꝛ cō-
mendareꝉ dicendo. O qualꝭ magiſter
qui fecit opus tam mirabile ꝛ tam uti
le. quia ſine expenſis. ſin̄ periculis na
uis uadit ꝛc̄. Dico ꝙ talis magiſter ē
chꝛiſtus in ſuis ſanctis. Nauis trium
coopertarum eſt quelibet anima cu-
iuslibet ſancti. Anima enim a ſolo
deo creatur in qua ſunt tres potentie
ſcilicet tres cooperture. ſcilicet memo
ria pꝛeteritoꝝ. intelligentia pꝛeſentiuꝫ
ꝛ uoluntas futuroꝛum. O qualis ma
giſter. ꝛ in inſtanti fit iſta nauis ani-
me. ꝛ quando eſt onerata de merci-
bus pꝛetioſis. ſcilicet virtute ſanctoꝛū
operum. ꝛ meritoꝛum. patientie deuo-
tionis. miſericoꝛdie ꝛc̄. in moꝛte rece
dit de poꝛtu huius mundi. ꝛ ſine mari
narijs nauigat vſqꝫ ad poꝛtum paradi
ſi. ꝛ ibi exonerat oſtendens opera que
fecit. Et licet chꝛiſtuſ iam ſciat. tamen
inteꝛrogat vn̄ vēit ꝛc̄. Rn̄det. Domie
ō tali mōaſterio. villa vel ciuitate ꝛc̄.
Deinde oneratur de onere gloꝛie. io
cunditatis. fruitionis. ꝛ leticie. Et poſt
redibit. ſcilicet in iudicio generali quā
do reſurgent ad recipiendum quilibꝫ
ſuum coꝛpus pꝛopꝛium clarius ſole cū
quattuoꝛ dotibus. Et poſt cum chꝛiſto
redient in celum. Ecce quomodo ieſus
chꝛiſtus eſt bonus magiſter de aſia.
Ideo laudandus eſt de opere tam mi-
rabili. De ſapientia. ſubtilitate. bonita
te. ꝛ vtilitate noſtra. Ideo dauid tan
gens iſtam rationem d. Mirabilis de
us in ſanctis ſuis. hic laudatur de bo-
nitate. Deus yſrael dabit uirtutem. Ec
ce onus nauis. et foꝛtitudinem plebi
ſue contra pericula maris ꝛ inimicoꝝ.
benedict⁹ deus qui. ſ. tale opus fecit.

Ideo ſicut dauid de hoc laudabat deū
dicit nobis ꝙ etiam de hoc laudemus
eum d. Laudate dominum in ſanctis
eius. Patet thema. Si diceret aliquis
Ex quo vos dauid dicitis ꝙ laudemus
deum. Oñdatis nobis quō eſt laudādꝰ
in ſanctis. Propter hoc dō ī dicto pſal
mo oſtendit modū declarādo particu
lariter d. Laudate eum in firmamēto
virtutis eius ⁊c. Uſq; in fine. vbi pōit
io. gradus ſanctorum in qbus laudan
dus eſt deus. In primo gradu ⁊ altiōi
ē virgo maria. De qua dicit. Laudate
dñm in firmamento virtutis eius. Se
cundus ē ſcōrum angelorum ſm ordi
nem tēporis. De iſto dicit laudate ī vir
tutibus eius. Tertius gradus ē přiar-
charum: ⁊ ſic de alijs.

Primus gradus eſt virginis marie. de
qua dicit laudate dñz ī firmamēto vir
tutis eius. Firmamētū virtutis dei eſt
virgo maria: q2 fuit confirmata a deo
in ſua ſcificatione. q2 anteꝙ̄ naſceret
erat ſancta. in tm̄ ꝙ nūꝙ̄ peccauit nec
corde cogitando. nec ore loquēdo. nec
opere operando. mortaliter nec venia
liter. Nunꝙ̄ fuit ſcūs vel ſancta quin
mortalr ſeu vēialiter peccaret niſi vir
go maria. ⁊ ieſus xp̄s filius eius. Fir
mamentum fuit virtutis. i. ſcificatio
nis. dō. Scificauit tabernaculū ſuum
altiſſimus. ſ. virginē mariam: quia ſic
miles qui vadit ad bellum habet papi
lionē. i. tendam. ſic xp̄us qñ debuit ī
trare campum huius mundi ad bellan
dum pro nobis poſuit tendam ſuā. ſ.
uirginē mariā per incarnationē. Deꝰ
in medio eius non cōmouebitur. non
dicit non ꝯſtrabitur per peccatū mor
tale. ſed non cōmouebitur per peccatū
ueniale. Nunꝙ̄ fuit ſcūs vel ſancta. in
qua deus non fuerit motus per vēiale
vel ꝯſtratus per mortale: niſi in virgi
ne maria. i. thim. 3. Colūna ē ⁊ firma
mentum veritatis. Ideo laudate dñm

ſingulariter hodie in firmamēto virtu
tis eius. O quomō iſtud firmamētum
fuit forte in xp̄i paſſione. qñ magna ca
ſtra ⁊ turres ſiue montanee. ſ. apoſtoli
ceciderūt fidē ꝑdendo. Ideo laudemꝰ
deū ñ ſolū ore dicēdo ſ; ope faciēdo. ꝙ
ſi incepimus bonā vitam ⁊ ſanctam ī
quo vis ſtatu firmare ſe in illo. Cū; tñ
dicant aliqui inconſtantes. O melius
eſſet ſic ⁊ ſic. Dicatur ꝙ anteꝙ̄ hō eli
gat ſtatum viuendi debet petere conſi
lium a ſpiritualibus perſonis. ſed poſt
electionem ſtatus firmare ſe quaſi di-
cendo cum dō. Hec requies mea. ſ. iſte
modus vel ſtatus viuendi in ſeculum
ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eā
Sed aliqui cum vento incipiunt. ⁊ cū
vento dimittunt. Sed quando hō ſtat
firmiter. tunc laudatur vgo maria fir
mamentum virtutis. non ſolum ore lo
quendo. vel corde cogitando. ſed oper
ſe firmando.
Secundꝰ gradus ē ſcōrum angelorū
de quibus dicit. Laudate eum in vir-
tutibus eius. Sancti angeli dicuntur
vtutes dei. Ratio ē iſta philoſophie. q2
virtus eſt media inter ſubſtātiam ⁊ ac
tum per quam res producit ſuam ope
rationem. verbi gratia de ſole. ſol enī
vel ſubſtātia ſolis hꝫ multas virtutes
⁊ operationes in hoc mundo. ⁊ tamen
ſubſtātia ſolis non deſcēdit hic: ſed
ad iſtas opatiōes ſeu actus venit ꝑ lu
men ad illuminandum. calefaciendū
⁊ fructificandum. Ideo virtus lucis ē
claritas media inter ſubſtātiam ſolis ⁊
operationē. Idem de igne qui hꝫ mul
tas operationes. ⁊ calor ē virtus me-
dia inter ſubſtantiam ignis ⁊ opatōē.
Modo videamus deus per quas crea
turas operatur in hoc mundo. quia ille
dicunt eius virtutes. Dicatur quō deꝰ
operatur mediantibus angelis ſanctis
Dicitur ꝙ deꝰ mouet celū ⁊ verum ē.
tamen mouetur ab angelo qui a phis
vocat itelligētia. Idē ō motu ſol. lune

⁊ ſtellaꝝ. quelꝫ. n. ſtella hꝫ ſuum ange
lum. ⁊ qðlibet elementū. ⁊ quilꝫ homo
Alie aūt creature nō habent angeluꝫ.
Un⁹. n. angelus curat de bobus. ali⁹ d̄
aſinis ⁊c̄. Ali⁹ vt det abundantiā. ali⁹
ſicitatē. ali⁹ pluuiā. Oīa. n. opa corpo
ralia que facit deus facit per angelos.
Grego. i ꝓlo dialo. In mundo viſibili
nihil niſi ꝑ creaturā inuiſibilē. ſ. per an
gelum diſponi pōt. Si ergo virtus dici
tur illud per qð res exit i opationem.
⁊ de⁹ per angelos ⁊c̄. ergo angeli pro
prie dicuntur virtutes dei. Auctoritas
xp̄i loquēs de ſignis futuris añ diem
iudicij dicit. luc. 21. Erunt ſigna in ſole
⁊c̄. Et ſequitur. Uirtutes celoꝝ moue
bunť. Dicit hic gregori⁹ quid dn̄s vir-
tutes celoꝝ niſi angelos ⁊ archāgelos
appellat. Ergo laudate eū in virtutib⁹
eius. nec tradātur obliuioni. Moralr̄
laudandus ē deus nō ſolum cogitādo.
loquēdo. ſed imitādo: q̄ ſicut angeli fa
ciunt officiū deo ⁊c̄. ita faciam⁹ nos cle
rici in officio. ⁊ vos layci audiēdo. ⁊ in
dn̄icis ⁊ feſtis audire miſſaꝫ completā
cū ſilētio. Sic laudať deus in angel̄.
⁊ de⁹ ⁊ angeli curabunt de negocijs no
ſtris. de agris. vineis. gregib⁹. ⁊ alijs.
Dicatur ꝯ cōſuetudinē puellaꝝ nō ve
nientiū ad eccl̄iā.

Terti⁹ gradus ē ſanctoꝝ patriarchaꝝ
ſm ordinem tēporis. Poſtq̄ adam pec
cauit de⁹ noluit totaliter deſerere mū
dū ſꝫ miſit aliquas ꝑſonas ſanctas. ſ.
p̄triarchaſ. Dicit̄. n. patriarcha a patre
⁊ archos qð ē ꝑnceps. i. ꝑmi pentes ⁊
principiū patrū. De iſtis dicit dð. Lau
date eum ſm multitudinē magnitudīs
eius. Magnitudo dei dr̄ eius miſicor
dia taꝫ magna. q̄ dicit dð. Miſicordia
dn̄i ab eterno ⁊ vſqꝫ in eternū. Patri
arche āt fuerūt valde miſicordes. In
tm̄ q̄ exibant hora prādij ad vias. ſi ui
debant pauperes. peregrinos. ut duce
rent ad domos ſuas ſperantes ſalariuꝫ
a deo. Ideꝫ faciebant de ſero hora qua
gentes ueniebāt ad hoſpitia ⁊ lauabāt
eis pedes ⁊c̄. Creditis q̄ i vanū habue
runt paradiſum. Dabāt ſibi cibū. potū
⁊ in craſtinuꝫ pro expenſis per viam.
Ecce multitudo miſicordie eius. Eccl̄i
44. Laudem⁹ viros gl̄ioſos ⁊ parētes
noſtros in generatōe ſua. Moralr̄ lau
dandi ſunt non ſolum cogitatione ⁊ lo
quutōe ut mō ego laudo. ſed opatione
ſeu imitatōe in operib⁹ miſicordie libe
re cōicare pauperib⁹ bona. ⁊ deus da
bit nobis abūde oīa ⁊c̄. Patet hic quō
eſt magnū peccatū illoꝝ qui nō ſolum
non dant imo furantur. Dicatur hic ꝯ
furtū fructuū de ortoliꝫa ⁊c̄. dicendo
nō eſt peccatū ⁊c̄. nō remittiť peccatū
niſi reſtituať ablatum. regula ē iuriſta
rum vt dr̄. 14. q. 6. Si res ⁊ theologoꝝ.
Ideo ap̄ls ad ephe. 4. Qui furabať iaꝫ
nō furetur ⁊c̄.

Quartus ē ꝓphetarum qui fuerūt filij
patriarchaꝝ quos miſit deus ꝓpheta
re: q̄ propha. i. ꝓcul fans: q̄ fideꝫ quā
mō tenem⁹ ipſi ꝓphetauerūt denunciā
tes xp̄i incarnationē. natiuitatē. p̄dica
tionem. paſſionē. reſurrectionē ⁊c̄. De
iſtis dicit dð. Laudate dn̄m in ſono tu
be. Predicatio. n. prophaꝝ dr̄ ſonus tu
be triplici ratōe. Primo q̄ tuba nō ſo
lum ē vna canna ſꝫ tres vel quatuor.
Ita p̄dicatio prophaꝝ erat de vno deo
in eſſentia. ſꝫ trino in ꝑſonis. Itē d̄ xp̄o
vna ꝑſona. Sꝫ aliquotiens de diuinita
te. aliquotiēs de eius humanitate p̄di
dicabāt. Scða rō q̄ tuba ē ſtricta cir
ca ſonātem. ſꝫ lata circha aliud caput.
Ita p̄dicatio ꝓphaꝝ arta erat circa coſ
per penitentiā ⁊ ita illumiābanť reue
lationib⁹. alijs autē audientib⁹ erat la
ta ⁊ clara. Tertia rō eſt quia oportet q̄
tuba manib⁹ tangatur ſonando. Talis
erat predicatio prophaꝝ. prius tange-
bant. ſ. faciendo ope qð alijs p̄dicabāt
nō ſic modo: q̄ p̄dicam⁹ alijs. ⁊ nos n i
hil facimus. Si. n. ꝓphete p̄dicabāt ꝯ
ſupbiā. ipſi erāt humiles. ⁊ ſic de alijs

v

dicaꝉ. Ecce q̃re eoꝝ predicatio dr̃ tuba
Auctas yſa. 58. Clama ne ceſſes. q̃ſi tu
ba exalta vocẽ tuá ⁊ ánuncia populo
meo ſcelera eoꝝ. ⁊ domui iacob pecca
ta eoꝝ. Ideo dicit laudate dñm in ſono
tube. Moralr̃ laudeꝉ de⁹ in ꝓphis nõ
ſolum corde. ore ſꝫ opere imitando. de
um laudãdo. cauere a falſis iuramẽtiſ.
blaſſemijs ⁊c̃. Maledicta eſt domus ⁊
villa vbi de⁹ blaſſemaꝉ. Uis cognoſce
re q̇d peccatum ẽ. ac ſi ꝯtra regem en
ſe euaginato ires ꝯ eum ⁊c̃. Ex iſto pec
cato uenit totũ malum. ẽt ſi nõ eẽt niſi
un⁹ blaſſem⁹ tota uilla patereꝉ. Si di
caꝉ in quo demeruerũt alij ⁊c̃. Dicaꝉ
ꝙ ſicut ꝯ lupũ intrantẽ uillã oẽs clama
rẽt. ita ⁊ forti⁹ clamañ ẽ qñ deus blaſ
ſematur. Benedict⁹ ẽ q põt dicere cuꝫ
dd̃. Benedicaꝫ dñm in oi tempor̃. ſem
per laus eius ĩ ore meo ⁊c̃.

Quitus grad⁹ eſt apl̃oꝝ. qui maiores
ꝯputanꝉ tñ ẜm ordinẽ temporis de qui
bus dicit. Laudate eũ in pſalterio ⁊ ci
thara. Apl̃i dicunꝉ pſalteriũ ⁊ cithara
Rõ. Pſalteriũ ẽ ſon⁹ camere qui ſit cũ
x. cordis. Cithara aũt vocẽ altaꝫ ⁊ acu
tam. Apl̃i aũt ex bona ⁊ ſancta vita.
⁊ ex obſeruãtia. 10. p̃ceptorũ dei dicũꝉ
pſalteriũ. Dicunꝉ etiã cithara ex eorũ
p̃dicatione altiſſima. ⁊ acutiſſima: qꝛ
in omnẽ terrã exiuit ſon⁹ eorum p̃dica
tionis. Pſalteriũ dicunꝉ ex vita ⁊ citha
ra ex doctrĩa. Jõ laudate deũ in pſalte
rio ⁊c̃. Moralr̃ nõ ſolum corde. vel ore
ſed imitatiõe laudem⁹ deũ in apl̃is ſer
uantes. x. precepta ⁊ in doctrina ſcire
credo ⁊c̃. Dicaꝉ ꝯ ludum taxilloꝝ ĩ quo
deus blaſſemaꝉ ⁊c̃. ⁊ aĩe interficiunꝉ
p̃s. 32. Cõfitemini dño in cithara. ĩ pſal
terio. x. cordaꝝ pſalite illi.

Sextus ẽ mãtiꝝ. de quibus dicit. Lau
date eũ in timpano ⁊ choro. Timpanuꝫ
eſt tambore. chorus ẽ fiſtula. ⁊ ſignifi
cat martires qui ꝑcutiebanꝉ ſicut tam
bore ⁊ clamabãt cum fiſtula dicendo
xp̃ianus ſum. ⁊ ĩ quolꝫ ictu dicebãt. Ay
ihus ⁊c̃. Et angeli tripudiabãt ad iſtũ
ſonum. Ecce q̃re dicit laudate eũ ĩ tim
pano ⁊c̃. Dicebãt. n. illõ. 1. cor. 4. Ma
ledicimur ⁊ benedicim⁹. ꝑſequutioneꝫ
patimur ⁊ ſuſtinem⁹. blaſſemamur ⁊
obſecram⁹. tanꝙ purgamenta huius
mũdi facti ſum⁹. Moralr̃ nõ ſolũ ore
vel corde. ſꝫ etiã imitãdo laudandus ẽ
deus in martirib⁹ per patientiã in ad
uerſitatib⁹ ⁊c̃. Juxta illud apl̃i heb. x.
Patientia uobis neceſſaria ẽ.

Septim⁹ grad⁹. eſt ſanctoꝝ doctoꝝ rẽ
gñ. cirili. illarij. ieroni. auguſtini. am
broſij. gregorij. ſancti thome de agno.
de quib⁹ dicit laudate eũ in cordis ⁊ or
gano. Ecce vita doctoꝝ qui nõ ſolum
predicant vel predicabãt. ſed ẽt libros
ſcribebãt. Ideo dicũꝉ inſtrumentũ. In
ſtrumentũ eñi cordaꝝ ut lauto ẽ de li
gno arido ⁊ cordis tractis cũ cauillis.
Ita eoꝝ vita erat arida per penitẽtiaꝫ.
Corde ſunt auctoritates tracte cum ca
uilla intellect⁹ vt facerẽt melodiã cõſo
nãtiã ⁊ concordiã cum articul̃ fidei cũ
determinatõe eccl̃ie. ⁊ cum textu ante
riori. ⁊ poſteriori. Dicunꝉ etiã organuꝫ
ꝑꝑ eoꝝ predicationẽ. Dicatur de ordiã
tione organi. ⁊ de cãnis. ⁊ quõ cum vẽ
to pulſanꝉ ⁊ ſunt ibi multe ⁊ diuerſe
voces. Ita õ p̃dicatõe doctorũ q̃ cũ vẽ
to aeris loq̃ndo fiebat. ⁊ cũ vocib⁹ diuẽ
ſis p̃latis caritatẽ ⁊ diligentiã ad aĩas.
religioſis obſuãtiã regule ⁊ votoꝝ. cle
ricis honeſtatẽ ⁊ caſtitatẽ. mercatõib⁹
v̈itatẽ. diuitib⁹ liberalitatẽ ꝙ ſine vſu
mutuẽt. Ecce q̃re dic̃ laudate eũ ĩ cor
dis ⁊ organo. Moralr̃ imitẽur p̃dican
do gentib⁹ penitentiã exẽplo eoꝝ. Ideo
xp̃s luc. 13. Dico vobis ꝙ niſi penitẽtiã
habueritis oẽs ſimul ꝑibitis.

Octau⁹ grad⁹ ẽ ſcõꝝ ꝯfeſſoꝝ q nõ ſcrip
ſerũt libros vt b. dñic⁹ franc. ant. paul⁹

prim⁹ heremita. Jō nō dicunt doctores De iſtis dicit dō. laudate eū i cimbalis beneſonātib⁹. Dues cibes ſūt vetus ⁊ nouum teſtamentū. Inferi⁹ ē vetus te ſtamentū pmittēs ſolū temporalia ter rena ⁊ nō celeſtia. ſupi⁹ eſt nouū teſta mentū pmittēs celeſtia. ⁊ tangunt ad īuicē qñ exponunt ⁊ declarant aucta tes veteris ⁊ noui teſtamenti. Jō xp̄s Mat. 13. Omnis ſcriba doct⁹ i regno ce loꝝ. ſ. ſacra ſcriptura. ſil'is ē hōini pa triſamilias q pfert ō thezauro ſuo no ua ⁊ vetera. Moral'r qñ tangim⁹ nos cibes p̄dicatōis debem⁹ ordinare uitā nr̄am. Dicat ordiatio cuiuſlibet diei. ſ. orare deuote mane ⁊ ſero. ⁊ qualꝫ eb domada audire miſſaꝫ ꝯpletā cum ſilē tio i dñica. Jn quolꝫ menſe ꝯfiteri. Jn quolꝫ āno cōicare in paſca. al' dicit xp̄s Joh. 6. Amē amē dico vobis niſi man ducaueritis carnē filij hoīs. ⁊ bibe ⁊c̄.

Nonus grad⁹ eſt v̄ginū qui nunq̄ȝ nec corde deſiderādo. nec ore loquēdo. nec ope faciendo curauerūt de carnalitate ſed ꝯſeruauerūt ſe i puritate v̄ginali. De iſtis dicit dō. Laudate eū in cibal' iubilatiōis. Nō hic differentiā īter cim bala bñ ſonantia. ⁊ cibala iubilatōis ⁊ Cibala bñ ſonātia ſūt vet⁹ ⁊ nouū teſta mentū ut dixi. Sꝫ cimbala iubilatiōis q eſt ſon⁹ ſecret⁹ ſūt caro ⁊ aīa. Qui enī vult v̄ginitatē ꝯſeruare oꝫ caſtiga re carnē. ⁊ ſic tangunt iſta cimbala. di cit apl's ō ſe. i. cor. 9. Ego āt ſic pugno nō q̄ſi aerē v̄berans. ſꝫ caſtigo cōp⁹ me um ⁊c̄. Jta faciebant uirgines uirtute ſcitatis ⁊ abſtinētie ſubiugādo carneꝫ aīe. Jō laudate eū in cībalis iubilatōis ⁊c̄. Moral'r imitamur. ſꝫ nō ſum⁹ v̄gi nes. q2 ſolum pueri modo ſūt v̄gines: q2 de adultis dicit dō. p̄s. 13. Corrupti ſunt ⁊ abhominabiles fcī ſunt. Admi ni⁹ ſuemus caſtitatē qualꝫ i ſuo ſtatu. Uir. ſ. ⁊ vxor i matrimōio ſeruantes modū ⁊c̄. Caſtitatē ſuant q nō faciūt luxuriā q ſit peccatū. Sꝫ qcūqꝫ vult ali ter habere delectationem p illas ptes. luxuria ē ⁊ dānatō Jō apl's ad heb. xi. honorabile ꝯnubiū ē. ſ. ſuando modū in oīb⁹. ⁊ thor⁹ imacu'at⁹. Fornicato res. ſ. ⁊ adulteros iudicabit de⁹.

Decim⁹ gradus ē oīum alioꝝ electorū vt inocentū. penitētiū. ꝯtinentiū. ⁊ ab ſtinentiū. de qb⁹ dō. Ois ſp̄us laudet dñm. Jn hoc mūdo ſūt mlta officia. in celo ſolū ibi ē vnū officiū. ō quo dauid in p̄s. 83. dicit. Bti qui habitāt i domo tua dñe. in ſecula ſeculoꝝ laudabūt te. Diceret aliqs ergo tediū debēt habere q2 hic clerici qñ diu cantant attediant ⁊c̄. Uerꝫ eſt in hoc mūdo: ſed in padiſo nō attediant. imo ſicut qñ famelicus comedit delectat magis incōparabili ter delectant ſancti in laude diuina. Moral'r aſſimilemur eis. Jn celo. ſ. non ſolum magni ſancti ſed ēt minores laudant deum. Jta debent eſſe in hoc mundo. magni ⁊ pui debent deum lau dare. maiores debent taliter nutrire pueros. vt quolꝫ die quādo petunt pa neꝫ dicant auemaria pater noſter ⁊c̄. Jtē quādo ſunt. 5. vel. 6. annoꝝ confi teantur. q2 dicit gregorius in. 2. dialo. ꝙ puer. 5. annorum fuit damnatus: q2 ſicut audiebat iurare iurabat ⁊c̄. tota illa puerilis etas plena eſt delictis. mē dacijs. periurijs. ⁊ furtis vt dicit illa ō cretalis de delictis puerorum. Jtem ꝙ ducatis eos ad miſſam. ⁊ quolꝫ anno i paſca cōicare quando erūt. x. vel. xij. annorum. quia illa eſt etas diſcretōis. vt dicit ſcūs thōas in. 4. lꝫ aliqui cleri ci ex ignorātia dicāt ꝙ non debent cōi care quouſqꝫ ſint. xx. annorum. Dicat quomodo curatus debet ſcribere qui confitentur ⁊ cōicant ⁊c̄. Jō apl's ad ephe. 6. Patres nolite ad iracundiā ſu ple ōi. puocat filios v̄roſ. ſꝫ educate il los i diſcipliā ⁊ cōreptōe dñi. Rogem⁹ ergo deū ⁊c̄.

Jdem in eodem feſto.

Vidi turbam magnā quam dinu
merare nemo poterat. Verbuꝫ
iſtud habet textual'r apoc. 7. ⁊
recitatū eſt ſtati i ep'la hodierna. Pñs
ſolēnitas ē omniū ſcōꝝ Rō. in p̄ceden
ti ſmone. Alia rō bꝫ ꝙ inuenitur in ſa
cra ſcriptura ſingulariter in libro reue
lationū .ſ. apoc. 7. Johānes ſemel exi-
ſtens in orōne ſubito fuit raptus. cui
deus oſtēdit totā gloriā paradiſi ſicut
amicus amico domū quā edificauit. ⁊
finita reuelatōe ac ſi fuiſſet interroga
tus quid vidit i paradiſo. rñdiſſꝫ Vidi
turbā magnā quam dinumerare nemo
poterat ex oībus gētibus ⁊ tribubꝰ ⁊
populis ⁊ linguis ſtātes ante thronū ⁊
in ꝯſpectu agni. amicti ſtolis albis. ⁊
palme i manibꝰ eorum. Et clamabant
voce magna dicētes. Salus deo nr̄o q
ſedet ſup thronū ⁊ agno. Nō ꝙ tenebāt
palmas in ſignū victorie de dyabolo p
humilitatē. de carne p caſtitatē. de mū
do p paupertatē. De tota iſta reuelatōe
ep'le hodierne ego ſolū accepi pro thēa
te. vidi turbā magnam ⁊c̄. De iſta mul
titudie ſanctorū volo modo declarare
duo puncta.

¶ Primo declarabo eoꝝ magnitudinem
ſeu q̄titatem innumerabilē.

¶ Scḋo magnitudinem ſeu q̄titatem
virtualem.

¶ Pro p̄io dicit iohānes in themate. Vi
di turbā ⁊c̄. Sed ſtati arguā ꝯ hoc. Nā
xp̄s loquēs de p̄deſtinatōe dicit Mat.
20. Multi ſūt vocati pauci vero electi
Modo ē qō cum iohānes dicat eos eē
innumerabiles. xp̄s aūt dicit pauci ve
ro electi. Mentit̄ iohānes. Nō. q2 v̄ba
ſūt xp̄i reuelata iohāni. nec xp̄s poteſt
mētiri nec falli. Sꝫ concordat̄ iſta diffi
cultas theologica qm̄ de ſanctis loqui
dupliciter poſſumꝰ .ſ. abſolute. ⁊ reſpe
ctiue .ſ. ꝯpatiue. P̄io mō ſūt m'ti ⁊ q̄ſi
inūerabiles nob. Et ſm iſtū modū loq
tur ioh. d. vidi turbā ⁊c̄. Scḋo mō ſūt
pauci. Et iſto mō loquitur xp̄s. Dicat̄ ſi

militudo de arena que ē in littore ma-
ris. ⁊ de illa quā teneo i manu. Si. n.
querat̄ ſi teneo multa grana arene in
manu. Rñdeo ſimpliciter ⁊ abſolute i
finita ſunt. Sed reſpectiue comparādo
ad illa que ſūt i littore. pauca ſūt i ma
nu. Ita ē de ſanctis. Si loquur de eis
abſolute. ſunt inumerabiles. Jō iohan
nes. vidi turbam magnā ⁊c̄. Iſtud ma
xime patebit in iudicio generali q̄ñ ad
dexterā recipient̄ boni. erit turba q̄ſi i
finita ⁊ inumerabilis. ſꝫ comparando
eos dānatis qui erūt ad ſiniſtrā pau
ci erūt ſaluati. v̄bi gratia. Añ xp̄i aduē
tum trāſiuerunt quinque milia anni.
⁊ i illo tēpore nullꝰ ſaluabat̄. demptis
paucis ō genere abraā qui in limbo re
ſeruabant̄ vſqꝫ ad xp̄i aduentū. qui de
bebat eos collocare i paradiſo. omnes
aūt alij dānabant̄. Ex quo aūt venit
xp̄s. ⁊ lex euāgelica per ap'los fuit per
mundū publicata. nullꝰ pōt ſaluus fie
ri niſi xp̄iani. Ideo oēs iudei. agareni.
tartari. turci. canarij. pigmei. heretici
⁊ mali xp̄iani. ſciſmatici inobedientes.
⁊ qui moriunt̄ in peccato mortali oēs
iſti dānant̄. ita ꝙ nullus ſaluat̄ niſi
qui tenet fidē xp̄i ⁊ legem eiꝰ. ⁊ moriū
tur ſine peccato mortali. Et iſti ſūt val
de pauci. Ideo xp̄s. M'ti ſunt vocati.
pauci vero electi comparatiue. De iſta
materia dicit yſa. 24. vnā comparatōeꝫ
vel ſimilitudinē. Quō ſi pauce oliue q̄
remāſerunt excutiant̄ ex olea. ⁊ race-
mo cū fuerit finita vindemia. hi leua
būt vocē ſuam atqꝫ laudabunt: cū glo
rificatus fuerit dn̄s. Item alia ſimilitu
do. q2 multi ſunt lapides precioſi i mū
do abſolute. ſꝫ reſpectiue comparādo
ad alios lapides pauci ſunt. Ita eſt de
ſanctis abſolute multi ſunt. Quis poſ-
ſet computare quot fuerint patriarche
lꝫ tres fuerīt p̄ncipales .ſ. abraā. Iſac.
⁊ Jacob. tñ omnes ſancti qui fuerunt
ante ꝓphas dicunt̄ patriarche. Item
quot prophete. quot ſancti ſacerdotes.

quot reges. quot penitētes. Itē ī nouo
teſtamēto quot tenuerūt vitam aplicā
quis poſſet computare. Itē quot mar
tires qui pro xp̄o paſſi fuerūt. ꝛ iam fit
feſtum inumerabiliū martirum. quot
doctores. quot ꝯfeſſores d̄uote celebrā
do ꝛ ſacramēta ſine ſymonia miniſtrā
do. quot virgines qui cū abſtinētijs ſe
ꝯſeruauerūt. quot innocētes. quot pn̄i
tentes. quot ĩ mr̄imonio ſibi mutuo fi
dem ſeruantes. quot deuoti clerici. re
ligioſi. heremite. Pꝫ ꝙ ſancti abſolute
loquēdo multi ſunt. Ideo iohānes. Vi
di turbaꝫ magnā ꝛc̄. patet prima parſ.

Quantū ad ſcōm. oꝫ declarare de ma
gnitudine ſeu q̄ntitate ſcōꝝ virtuali. q̄
in tribus ꝯſiſtit. ſ. In potentia excellē
ti. In ſcia relucēti. In clemētia diligēti
De prima ꝯcluſio ē theologie. ꝙ quilꝫ
ſcūs magnus vl' paruus ē oīpotēs ſue
voluntatis. Nā quilꝫ eſt potens facere
quicquid vult. Deus. n. ſimil'r ꝛ ſin̄ re
ſtrictione ē oīpotens. ſed ſci ſunt oīpo
tentes ſue voluntatis. Rō eſt. qꝛ in pa
diſo nulla ē triſticia. Iō ſi aliquis ſcūs
vellet aliquid qd̄ non poſſet facere vel
hēre triſtaretur. Sed qꝛ ibi nulla eſt
triſtitia nec eē pōt. Iō qcq̄d vult habꝫ
ꝛ facit. Erat potens ſanſon. Dicaꝛ ali
quid de ſua potentia ꝛ p̄cipal'r de di
rutione tēpli. tā potentia ipſius nihil ē
reſpectu potentie ſcōꝝum: quia anima
minoris ſancti paradiſi ſi vellet poſſet
dirucre vnum magnū mōtem ꝛ probi
cere in mare. Item potens eſſet rex cū
mile milia hoīum poſſet occidere. Iſtā
potentiā habent ſci ex merito liberi ar
bitrij. qꝛ licet in hoc mundo haberent
liberum arbitriū boni ꝛ mali. tn̄ volun
tatem ſuā reſtringebant cū diuina vo
luntate nihil faciēdo niſi qd̄ deus vole
bat. Ideo modo hn̄t p̄tātem faciendi
quicquid volunt. Dum. n. hic viuerēt.
habebant ita liberū arbitrium ſicut ꝛ
nos faciendi ſuperbias. pompas ꝛ vāi

tates ꝛc̄. Sed reſtrīgebant ſe gubnan
do ſcōm voluntatem ꝛ ordinatiōeꝫ dei
ꝛ n̄ ſm̄ eoꝝ īclinatōem. dicēdo dn̄e no
lo facē hoc qd̄ poſſum: ſꝫ volo facē ſm̄
vr̄am volūtatem. Idem de auaricia.
luxuria. ꝛ de alijs. Iō ſunt oīpotentes
ſue volūtatis. Sicut. n. xp̄s oīps noluit
ī hoc mūdo cōuerſando vti oīpotentia
ſua. ſed humiliando ſe ad paſſionem
habuit oīpotētiam ſup oēs creaturas
De hoc figura geñ. 48. Nō yſtoriaꝫ ia
cob qn̄ debuit mori benedixit filijs io
ſeph. ſ. manaſe ꝛ effraim. Iſti duo ſigī
ficabāt duos populos. Manaſes. i. ob
liuio figurabat ppl'm iudeoꝝ q fuit āte
q̄ ppl's xp̄ian⁹. De iſta obliuione ier. 2.
Populus meus oblitus ē mei diebus ī
numeris. Effraym. i. augumētū. figura
bat populuꝫ xp̄ianū: qꝛ nūq̄ fuerūt tot
iudei quot xp̄iani. Scd̄o de ꝯſcia ſcōꝝū
ꝛ hec ē magna cōſolatio ruſticoꝝ bene
viuētiū. Nā ī illo pūcto ī quo aīa ſapiē
tis vel ruſtici ſiue pueri ſeparaꝛ a cor-
pore ꝛ intrat paradiſum. de⁹ ſibi apit
libꝝ vnū ſoluꝫ hn̄s duas cartas. hꝫ ſu
bito noticiam oīum artiū ſciens natu-
ras. virtutes. ꝛ ꝓprietates oīum rerū
Iſte liber ē xp̄s. Prima carta ē diuitaſ
Scd̄a ē carta hūanitatis. Plus ſcit tūc
aīa vnius ruſtici bti q̄ ſciuerit hic oēs
apl'i. nec virgo maria. que p̄ oib⁹ fuit
illumiāta. Gregorius qd ē ꝙ nō videāt
q videntē oīa vident. Iō ī paradiſo nō
ſunt magr̄i. nec p̄dicatores. docentes
alios. Tūc cōpletur ꝓphia iere. 31. Ecce
dies veniunt dicit dn̄s. ꝛ nō docebit vl
tra vir ꝓximū ſuū. ꝛ uir fratrē ſuum
dicens. cognoſce dn̄m. Oēs. n. cogno-
ſcent me a minimo eoꝝ vſqꝫ ad maximū
ait dn̄s. In hoc mūdo īdigemus magi-
ſtris. Iō teneatis bonā vitā. ꝛ ſtudea-
tis modo ī libro caritatis ꝛ dilectionis
ꝛ tūc ſcietis oīa ꝛc̄. De tertio q̄ntitas ſi
ue magnitudo ſcōꝝum virtualis eſt cle
mētia diligēs. quia gloriam quam ipſi
habent deſiderant nos habere. rogādo

pro nobis ut ad illam gl'iam ꝑueniam⁹
Paretes enī. amici ⁊ filij quos ibi ha-
bemus orant pro nobis. Dicat quomo
do in cathedris ſūt ſcripta nomīa exi
ſtentium in gratia ſm̄ pn̄ia eis corre
ſpondētia. Luc. 10. Gaudete ⁊ exultate
qꝛ noīa uſ̄a ſcripta ſunt ī celis. Cogita
te qūo amici nr̄i qn̄ uident ibi nomia
ſcripta letātur ⁊ rogant deū ut ꝯſerue
mur ī grā. Sed qn̄ homo peccat morta
liter. delet nomē ⁊ ſcribitur ī inferno.
Auctoītas. Exo. 32. Qui peccauerit mi
hi delebo eū de libro meo. Cogitate qn̄
amici noſtri nō uident ibi noīa ſcripta
ſi poſſet ibi eē triſticia qūo triſtarent.
tunc orāt deū ut cōuertamur ꝺ pecca-
tis ⁊ faciamus pn̄iā; ⁊c. Ecce clemētia
ſanctorū. Auctoritas cipriani. Patriā;
paradiſi cōputem⁹ parētes. pr̄iarchas
⁊ ꝓphas. Jam hēre cepimus ut qd nō
ꝓperamus. vt quid nō currimus pr̄iā;
noſtrā uidere. ⁊ parentes nr̄os uiſitare
poſſemus. magnus illic caroꝝ numer⁹
nos expectat turba parentum. filioꝝ. ⁊
amicoꝝ. qꝛ iam ſūt ꝺ ſua ſalute ſecuri.
adhuc ꝺ nr̄a ſalute ſollicìti ⁊c. Roge
mus deum.

In cōmemoratione oīum defunctoꝝ.

Est cogitatio pro defunctis exo
rare. 2. Macha. 12. Tota ſolenni
tas ⁊ officiū pn̄tis diei ē oīum fi
deliū defūctoꝝ. Sicꝫ ſcā mr̄ ecclīa heri
fecit feſtū de ſcīs aīabus que iā ſunt in
paradiſo. ſic hodie facit ꝺ illis que nū
dum ſunt ī paradiſo. ſunt tn̄ cū certitu
die ſperātes. Propter hoc ēt orat eccle
ſia ut cito ad gloriam ītroducātur. Jō
uolens me ordiatiōi ecclesie cōformare
uolo nūc uobis predicare de aīab⁹ pur
gatorij. Sꝫ prius ſalutet uirgo maria.
Pro fundamēto ſciēdū ꝙ deus qn̄ crea
uit mundū; magnam dr̄am fecit inter
creationē creaturaꝝ corporalium hēn
tium uitā ⁊ hoīnē. qꝛ ꝺ creaturis corpo
ralib⁹ uitā hētibus. aliq̄ue hēnt ſolū
aīam vegetatiuā vt plante que poſſunt

augmētari. Aliq̄ue aūt hēnt aīā; vege
tatiuā ⁊ ſenſitiuam vt animalia irratō
nabilia. ⁊ aliq̄ vt oēs hoīes hēnt aīam
vegetatiuā ſenſitiuā ⁊ ītellectiuā. Et ē
tal' dr̄a īter creaturas corporales ⁊ ho
minē: qꝛ in creaturis cōporalibus aīā;
hētibus vel vitam. aīa vegetatiua ⁊
ſenſitiua educit de potentia materie
⁊ qn̄ creatura morit. aīa vegetiua ⁊ ſē
ſitiua moriūtur ⁊ deſinūt eſſe. Non ſic
de aīa intellectiua hoīs. qꝛ ñ educit ꝺ
potētia mē. nec hꝫ a mā fundamētū nec
aliqꝺ ſuſtētamētū actiue. imo ipa ſabſti
net corp⁹. ⁊ totū eſſe corporis ē ab aīa
⁊ ipſa a ſolo deo creatur in vtero mr̄is
⁊ ideo mortuo hoīe aīa remanet ī ſuo
eſſe. quia nihil habꝫ a corpore. Jdeo di
cit deus. eze. 18. Oēs anime mee ſunt
vt anima patris. ita anima filij mea ē.
Anima que peccauerit ipſa morietur.
Quando homo peccat mortaliter. ani
ma moritur. quia perdit diuinam gra
tiam. ſed non perdit eſſe eſſentiale. Jō
mortuo corpore anima intellectiua re
manet in ſuo eſſe eſſentiali ⁊ perpetua
li. Jdeo dixit deus a principio gene. p̄.
Faciamus hominem ad ymaginem ⁊
ſimilitudinem noſtram. ⁊ preſit piſci
bus maris ⁊ uolatilibus celi ⁊ beſtijs
terre. uniuerſeq; creature. Nō ad ima
ginem. quia ſicut deus vnus eſt ī toto
mundo ⁊ in qualibꝫ eius parte ⁊ regit
⁊ gubernat mundum. tamen nihil re
cipit a mūdo. ſed dat ſibi eſſe ⁊ ſi mū
dus corrumperetur non tamen deus.
quia nihil habet ab eo. Jdem de anīa
intellectiua vna eſt in eius corpore ⁊ ī
qualibet eius parte ⁊c. Jdeo corrupto
corpore non corrumpitur anima. Et ī
iſta excellentia homo preſidet piſcibus
maris ⁊ volatilibus celi. ⁊ beſtijs vni
uerſe terre: quia in illis anima totum
eē habet a corpore. ⁊ corpore corrupto
corrumpitur anima. Nota hic errorē;
ſaduceorum qui recitatur a trib⁹ euā
geliſtis Mat. 22. Mar. 12. ⁊ luc. 20. qui

credebant ꝙ ſicut ĩ alijs creaturis cor
rumpitur ſimul corpus, ⁊ aĩa: ita ẽt in
homine. Quibus dixit xp̃s. Erratis ne
ſciẽtes ſcripturas. neq; uirtutem dei.
De mortuis autẽ nũq̄d legiſtis ĩ libro
moyſi. exo. 3. Qñ dixit illi deꝰ. ego ſu;
deꝰ abraam. ⁊ deꝰ yſaac. ⁊ deꝰ iacob.
non enim ẽ deus mõtuorũ ſed viuẽtiũ.
Uos ergo multũ erratis neſciẽtes ſcri
pturas que dicunt oppoſitũ. neq; ṽtu-
tem dei que creat aĩam de nihilo Uos
ergo multu; erratis: q2 eſt error q per
maxime nocet homini. Non credere aĩe
ꝑpetuitatem. q2 ex hoc homo ſtati ꝑdit
ſpem glorie quam nõ deſiderat. ⁊ ꝑdit
timorem penaꝝ inferni quas ñ vitat.
ijs ammotis omnia peccata veniunt ſi
bi in bono puncto quia non timet diui
num iudicium. Propter hoc dyabolus
ſubtilis ſingulariter temptat gentes d̃
iſto errore. quo admiſſo gentes faciliter
peccant. Talibus occurrit vt aſino qui
oculis clauſis circuit cunam. Sic dia
bolus clauſis oculis anime. ſcilic; ſpei
⁊ timoris circuit per bona temporalia
⁊ in fine inueniunt ſe deceptos. Jdeo
dicit xp̃s. Multũ erratis. Contra hũc
errorem ſancta mater eccleſia fecit he
ri ſolennitatẽ de ſanctis animabꝰ que
viuunt in paradiſo. ⁊ hodie de illis que
viuunt in purgatorio. Jdeo dicit thẽa
Eſt cogitatio. ſcilicet eccleſie vniuer-
ſalis pro defunctis. ſ. qui ſunt in purga
torio exorare. Patet thema. Nota pro
defunctis ñ dicit pro oĩbus vniuerſaliter
ſ; ꝓ d̃functis particulariter ſeu indi
finite. Nam defuncti ſunt ĩ triplici gra
du ſiue dĩa ſcd̃m auguſtinũ in libro d̃
cura ꝓ mortuis agẽda.

¶ Quidam ſunt ita boni ⁊ ꝑfecti que no
ſtres orations nols faures meſter.
Quidam ſunt ita mali ⁊ peruerſi. ꝙ no
ſtres orations nol poden valer.
Quidam ſunt medicors lo quale d̃ no
ſtres oĩns a gram placer. Et de tertijs
dicit thema eſt cogitatio ⁊c̃.

¶ Quantum ad primum ſicut ſunt illi q
ſunt in paradiſo qui non indigent no-
ſtro ſuffragio. imo nos indigemus ſuo
quia in inſtanti quo anima innocentis
uel condigne penitentis intrat paradi
ſum ſtatim recipit ſalarium ſimul to-
tum de omnibus bonis que facit. ſiue
corde cogitando. ſiue ore loquendo. ſi
ue opere faciendo etiam dando vno ca
lice aque. ꝙ ſi non poteſt aliud dare ꝓ
eo habebit paradiſum ſiue ſalarium ĩ
eo. Auctoritas Mat. io. Quicunq; po-
tum dederit vni ex minimis iſtis cali
cem aque frigide tantum in nomine di
ſcipuli. Amen dico vobis non perdet
mercedem ſuam. Quanto ergo magis
ex magnis operibus ⁊c̃. Nõ ſeruat mo
dum deus aliquorum dominorum qui
ſeruitoribus ſuis ſoluunt paulatiue. ſ;
ſimul. Jn tantum ꝙ gradus glorie eſſẽ
tialis nunq̃ poteſt augumẽtare. Jdeo
iob. decimoquarto. Conſtituiſti termi-
nos eius. ſcilicet glorie eſſentialis. qui
preteriri non poterunt. Dicunt philo-
ſophi ⁊ ſignanter medici. ꝙ augumentũ
corporale hominis in altitudine cõmu
niter terminatur in tertio ſeptennario.
q̃uis etiã vlterius ⁊c̃. delectationibus
valeat pinguedine dilatari. Jta etiam
de anima. ſtatim quando intrat para-
diſum ſtatim attingit vltimum gra-
dum glorie ſue eſſentialis vltra quem
non eſt aſcenſus. Dilatantur tamen.
quia gaudent de bonis operibus que
faciunt propter dei honorem ⁊ ꝓpter
vtilitatẽ noſtram. Et hec vocatur glo
ria accidentalis. Sed gloria eſſentialis
que eſt dilectio dei ⁊ fruitõ. non augu
mentatur. Ecce quare dicit conſtitui-
ſti terminos eius. ſcilicet hominis. ſci
licet augumenti corporalis. ⁊ glorie
eſſentialis. qui preteriri non poterunt
Jdeo non oramus pro iſtis vt eorum
gloria augumentetur. ſed oramus
eos vt ipſi orent pro nobis dicendo.
Orate pro nobis omnes ſancti dei.

vt digni efficiamur ꝓmiſſionibus xpi.

Quantū ad 3m. Quidā ſunt ita mali ⁊
peruerſi ꝙ noſtre orōnes nō poſſūt eis
valere. ſicut ſunt peccatores qui ſciūt
ſe ſtare ⁊ viuere in peccatis ⁊ mala vi
ta: ⁊ nō ↄuertunť. Deꝰ ordinauit viā
humilitatis ad paradiſū: ⁊ ipſi volunt
ire per viā ſupbie: ⁊ ſic de alijs. ⁊ nō ↄ
fitētur niſi ꝑ verecundiā mundi. ⁊ tūc
ficte. Tales qn̄ moriūť ſtatī deſcēdunt
ad infernū Job. 21. Ducūt in bōis dies
ſuos ⁊ in pūcto ad inferna deſcēdunt.
Nō in puncto. ſ. onere peccatorū vt ſi
mola caderet ō aer ſubito ī mari. apoc.
i. hoc declarauit iohānes qui vidit an
gelū cū magno lapide molari. Ad quē
iohānes. Quid ē hoc. Rn̄dit angelus.
hoc impetu mitteť in ꝓfundū inferni
babilon. i. ↄfuſio ſicut ſunt illi q nullū
ordinem ſeruant ī vita ſua mittenť in
ꝓfundum īferni. Iſtis aūt nō ꝓficiūt
orationes nec ſuffragia. Rō. quia ſicut
membro preciſo ⁊ mortuo cibaria vi-
talia nō proficiūt ſibi nec medicine: ſic
nec dānatis ī inferno. quibꝰ tanꝙ mē
bris mortuis ⁊ a corpore eccľie preci
ſis totaliter. vitalia cibāia eccľie. ſ. cor
pus ⁊ ſanguis ihu xpi. ⁊ orōnes. ⁊ bōa
opera nihil eis proficiūt. In tantū ꝙ ſi
oēs miſſe dicerenť ꝓ vna aīa dānata
nō ꝓficerent ſibi in aliquo. nec ēt me
dicine eccľie. ſ. ſacramēta poſſunt eis
ꝓficere. nec ↄfortationes. ſ. ſanctarū
doctrinaꝝ. Auctoritas pꝟ. xi. Mortuo
hoīe impio. nulla erit vltra ſpes. Nota
mortuo homīe impio. q̄re non dicit ho
mīe peccatore. q2 peior ē homo ipius:
q2 impius ē peccator impenitens. Ecce
qualem impietatē facit: ac ſi haberet fi
liam pulcrā ⁊ gratā q̄ caderet ī puteo ⁊
nollet eā inde extrahere. uľ in igne ſeu
luto uel ī aqua. Sic qlibet peccator hꝫ
vnā filiā legitimā pulcrā ⁊ gratā. ſ. aī
mā. ⁊ tu vides ꝙ vadit ī puteo ſupbie
⁊ tu poſſes eā retinere per humilitatē
⁊ nō curas. Item ī igne auaricie dimit
tis cadere d. pro certo ego cōgregabo
pecunias. ⁊ tu poſſes eam extrahere ꝑ
reſtitutionē ⁊ non curas. Item cadit ī
flumen ꝑ decurſū luxurie ⁊ tu poſſes
retinere per caſtitatem ꝑ abſtinentiā
⁊ nō curas: q2 venter ⁊ alie ꝑtes vicie
ſunt ⁊c̄. Talis impiꝰ dr̄ quia non curat
de ſua filia. imo verius xpi. Ideo dicit
Mortuo homīe impio nulla erit vltra
ſpes nec alleuiādi. nec deponēdi onus
penaꝝ inferni. nec exeundi. Ex hoc ex
tirpatur error quorundam dicentiū ꝙ
lꝫ ſuffragia nō poſſint eos extrahere d
inferno tamen dant eis aliqualē alle-
uiationē ⁊ ↄſolationē. hoc eſt error ⁊
dant hoc exemplū del Baſtax. qui por
tat onꝰ. cui dať ad comedendū ⁊ bibē
dū. licet nō deponat onus penaꝝ. qui
licet nō poſſint onus deponere tamen
ſentiūt refrigeriū. Error eſt imo augu
mentať eis pena qn̄ homo orat ꝓ ali-
quo qui eſt damnatꝰ. ſed hō neſcit. nō
ſolum nō valet ſibi ad exeundū. Decla
reť per ſimilitudinē de milite captiuo
ī barbaria: cui mittiť redemptio ſed ꝑ
ditur in mari. qui qn̄ ſcit nō ſolum non
exit de captiuitate nec refrigerať. imo
cruciať quādo ſcit ꝙ p̄tium eſt ꝑditum
Sic ēt redemptio animarū ē ſuffragiū
ſ. miſſe: orōnes ⁊c̄. que quando vident
ꝙ nō poſſunt eis ꝓficere. cruciant ⁊
maledicūt ſe ⁊ diem natiuitatis. Ideo
ꝓ iſtis nō oramus: q2 licet indigeant
ſuffragijs. tamē nō poſſunt eis proficeř
nec valere. Aug. dicit. Si ſcirē patrem
meum in inferno: ↄſcientiā haberē ora
re ꝓ illo. Ideo orat eccľia d. quia in in
ferno nulla ē redemptio. miſerere mei
deus ⁊ ſalua me ⁊c̄.

Quantū ad tertiū. Quidā ſunt medio-
cres qui de noſtris ſuffragijs ⁊ oratio
nibus habēt magnū ſolaciū. Sicut ſūt
anime peccatoꝝ. qui lꝫ multa peccata
faciūt in uita: tamē pro tēpore ↄuertū

tur ad deũ ꝛ ꝯfitent. ſed nõ cum tanta ꝯtritione ut maria magdalena cui xp̃s remiſit peccata q̃tũ ad culpam ꝛ penã. tales quãdo decedũt vadunt ad purgatoriũ. quia licet culpe remittant in cõfeſſione. tamẽ adhuc remanẽt ſiue reſtant pene ad ſoluendum vel hic vel ĩ purgatorio. ĩ quo eſt ignis clar⁹. Sec⁹ de illis de inferno q̃ui ẽ obſcurus. Ille aũt ignis ẽ inſtrumẽtũ diuĩe iuſticie. q2 al' flãma corporalis nõ poſſet agere in animã ſpũalem. Sicut verba corporalia ſacerdotis nõ poſſunt trãſſubſtãtiare niſi in q̃tum ſunt inſtrumentũ dei. Ita de illo igne in quo aliqui ſolũ ſtãt per momentũ ſubito trãſeunt vt ſagitta. Aliqui ſtant per horam. Aliqui ꝛc̃. vſq3 ad diẽ iudicij ſm ꝙ deo placet. Et q̃tũcunq3 ibi par̃ ſtent videt eis ſtetiſſe ꝑ centũ annos ita pena eſt dura ꝛ aſpera. quib⁹ purificatis. per bonũ angelum inde extrahunt. ꝛ ad paradiſu3 ꝺ ducunt. Sicut .n. bonus argentari⁹ q vult facere pulcrũ opus auri vel argẽti. nõ ponit aũr vel argentum ĩ opere quouſq3 in furnello ẽ purificatum. ita xp̃s optim⁹ argentarius purificat aĩas que dicunt aũr ex caritatiua ꝯſciẽtia ꝛ argentũ ex clara credẽtia ĩ furnello purgatorij. Auctoritas eccl'ci .2. In igne probat .i. purgat aũr ꝛ argentũ. homines vo receptibiles ĩ camĩo hũiliationis. S3 ecce ꝯſolatio: quia temp⁹ eis a deo taxatũ ꝑ ſuffragia orationũ. elemoſinar̃. miſſar̃. ꝛ huiuſmodi põt minui: q2 iam cũ tali cõditione de⁹ taxauit eis tempus. tu ſtabis hic ꝑ diem vel horã vel ãnum. in tantũ ꝙ bonum adiutoriũ poſſis habere ꝛc̃. Et ꝓiſtis oram⁹. Eſt cogitatio .ſ. eccleſie vniuerſalis ꝓ defunctis exorare. Rõ quia ſicut ſi rex teneret militẽ incarceratum ſub terra aliquo crimine in pane ꝛ aq̃ nec aliquis põt loqui cũ eo. talis nõ poteſt ſe iuuare. o3 eum cõplere ibi tẽpus a rege taxatum niſi amici ſui ſeruitores iuuent eũ. qui cõgregati vadãt ad regem dicendo. Dñe talis amicus noſter ẽ captus ꝛ bene meret ipſe: ſ3 ecce dñe nos ſumus ſeruitores veſtri ꝛc̃. Preſentam⁹ vobis iſtam cupã auri vel mile florenos. Deĩde vadunt ad reginã rogantes eam vt intercedat ꝓ illo apõ regem. cui preſentant centũ margaritas groſſas. Deĩde ad ſecretarios regiſ ꝛ vſq3 ad famulos dant dona. Quãdo regina ꝛ oẽs rogãt pro illo. ꝛ ſcit rex ꝺ muneribus factis. Dicit. Ultra ipſe ꝺbebat ſtare per .5. vel. 6. annos volo ꝙ ſtet niſi per menſẽ. ꝛ ꝙ detur ſibi ad comedendũ vel exeat ſtatĩ. Ita fit hodie de amicis noſtris de q̃bus cogitamus ꝙ ſint in purgatorio in illa dura captĩoe. Propter hoc hodie ꝯgregati vadimus ad regẽ xp̃m in domo ſua. ſ. eccleſia ſupplicãdo cõiter generaliter pro oĩbus. L3 .n. ſimus peccatores. tamen ſerui ſui ſum⁹ ꝛ p̃ntamus ſibi cupam auri .ſ. hoſtiã ꝯſecratam. ĩ qua eſt xp̃s verus de⁹ ꝛ verus homo vt fuit in utero uirginis marie. que plus placet ſibi q̃ ſi regi p̃ntarentur mile milia florenoru3 ſi clericus ſit bonus: quia aliter dicit gregorius in omel. Cũ is q diſplicet ad intercedendũ mittit. irati animus ad deteriora prouocatur. Deinde a ꝺ ꝟginem maria3 preſentãdo ſibi Aue maria ꝛ dicẽdo ꝟgo maria intercede pro patre meo ꝛ matre mea ꝛc̃. pl⁹ placẽt deo q̃ margarite vnq̃ placuerũt regĩe Deinde ad conſiliarios. ſ. p̃triarchas p̃ſentãdo eis florẽos. ſ. pr̃ noſter. ꝛ vſq3 ad famulos. ſ. pauperes qui vadũt per terram. ꝛ facto opere debet deo offerre Et tunc rex xp̃s pius ꝛ benignus: qui non mutat intentionem offerentis alleuiat penam vel extrahit de purgatorio O ſi poſſet videri proceſſio que hodie exit de purgatorio ſanctarũ animarũ Sancta ergo ꝛ ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluantur. Nota ſancta: q2 placet deo. ꝛ

ſalubꝛis: quia liberat animas a penis
purgatoꝛij: ⁊ pꝛoficit amicis offerenti-
bus. Rogemus deum ⁊c̃.

¶ Idem in eodem.

Omnes qui in monumentis ſunt
audient uocem filij dei. Uerbū
iſtud habetur oꝛiginaliter ioh̄a
nis. 5. ⁊ recitatur in euangelio hodier
no. Sicut heri nos fecimus memoꝛi-
am ⁊ ſolennitatem omnium ſanctoꝛuꝫ
qui ſunt iam in paradiſo in gloꝛia cele
ſti: ita hodie fit feſtuꝫ de omnibus ani
mabus que ſunt in purgatoꝛio. Et con
uenit multum bene: quia nos non ſu-
mus ſufficientes extrahere animas de
purgatoꝛio iungimus nobis omnes ſā
ctos. Ideo modo uolo pꝛedicare de ſta
tu ⁊ conditionibus animarum. Mate
ria eſt de qua nullus quaſi pꝛedicat: ⁊
tamen eſt materia utilis ⁊ neceſſaria.
Salutetur uirgo maria ⁊c̃. Articulus
eſt fidei chꝛiſtiane ⁊ ueritas clara ꝙ in
fine mundi omnes gentes boni ⁊ ma-
li: magni ⁊ parui. fideles ⁊ infideles
habemus reſurgere in iudicio in aduē
tu chꝛiſti ad iudicium. Ratio eſt: quia
certum eſt ꝙ bona uel mala que feci-
mus: non ſolum fecimus cum anima
ſed ſimul cuꝫ anima ⁊ coꝛpoꝛe. Pꝛimo
enim fiunt ab anima cogitando. deli-
berando. deſiderando ⁊ in oꝛdinando:
ſed in exequutione coꝛpus aſſociatur
anime. Ex iſta ratione deus dat pꝛimo
animabus gloꝛiam uel penam ꝗ̄ coꝛpo
ribus. Anime. n. ſanctoꝛum iam ſunt
in gloꝛia: ⁊ coꝛpoꝛa eoꝛum adhuc ſunt
in terꝛa. Uult deus ꝙ anima que pꝛiꝰ
habuit meritum. pꝛimo etiam habeat
gloꝛiam. Idem etiam de malis operi-
bus. pꝛius anima oꝛdinando. cogitan-
do ⁊c̃. habuit ſuum peccatum ſic deſi-
derando ⁊c̃. ſed in exequutione coꝛpꝰ
operatur. Coꝛpus. n. cum anima fecit
homicidium ex vindicta. vl' alias fura
tur. vel luxuriatur. Ideo deus pꝛimo
dat penam animabus Ubi ſunt modo
anime iude ⁊ machometi in inferno:
quia pꝛius demeruerunt pꝛius puniū
tur anime ꝗ̄ coꝛpoꝛa. Et quia coꝛpoꝛa
fuerunt in exequutione. vult deus ꝙ
coꝛpoꝛa ſuſcitentur in iudicio vt ſimul
cum animabus habeant damnationē.
Iſta eſt ratio quare boni ⁊ mali reſur
gent. vt coꝛpoꝛa ſimul cum animabus
recipiant gloꝛiam vel penam. Auctoꝛi
tas athanaſij. Ad cuius aduentuꝫ om
nes homines reſurgere habēt cum coꝛ
poꝛibus ſuis ⁊ reddituri ſunt de factis
ꝓpꝛijs rationem. Et qui bona egerunt
ibunt in vitam eternam. Iſta reſurꝛe
ctio non fit per poſſe nature vel alicu-
ius creature: quia licet poſſint occide
re viuos. non tamen poſſunt ſuſcitare
moꝛtuos. ſolus. n. creatoꝛ qui d̄ nihilo
cuncta creauit ſolo uerbo non ut magi
ſter de aſia laboꝛando ⁊c̃. ſed verbo di
cendo fiat celuꝫ: fiant luminaria ⁊ ſta
tim ipſe dixit ⁊ facta ſunt. Tanta ē vir
tus eius verbi quia qui de nihilo fecit
creaturas: ſuſcitabit ſui verbi imperio
Quid ē plus creare de nihilo. vl' redu
cere illud ꝙ iam fuit. Certum ē ꝙ plus
ē creare ꝙ eſt de nihilo aliquid facere
ꝗ̄ de illo ꝙ ē facere aliquid: quia argē
tarius de pulueribus argenti faciet ta
ceam: qui tamen de nihilo nō poſſet fa
cere taceam argenteam. Non eſt ergo
mirum ſi ſūmus argentarius deus de
pulueribus coꝛpoꝛum toꝛne ⁊c̃. quan
do in iudicio pꝛecipiet venire omnes
moꝛtuos d. ſurgite moꝛtui ⁊c̃. De iſta
voce loquitur thema d. Omnes qui in
monumentis ſunt ⁊c̃. De iſta voce di
cit dauid. Ecce dedit voci ſue vocē vir
tutis glō. ſuſcitandi moꝛtuos. Patet
thema. Sunt hic due queſtiones ſubti
les. Pꝛima ſuper pꝛimam partem the
matis. ſ. omnes qui ī monumentis ſūt
Secunda ſuper ſecundaꝫ cum dicit au
dient vocem filij dei. In pꝛima enim

clauſula chriſtus reſpondet tacite que
ſtioni. quaſi eſſet ſibi dictum. Qui ſu-
ſcitabuntur in iudicio? Reſpondit. Om
nes qui in monumentis ſunt. Eſt hic
queſtio. quid erit de illis qui non ſūt.
nec vnꝙ fuerunt ī monumentis. ſicut
ſunt illi qui moriuntur in deſertis. ⁊
comeduntur a beſtijs. Item de ſubmer
ſis qui comeduntur a piſcibus. Item
de ſuſpenſis in aere qui comeduntur
ab auibus. Item de cōbuſtis ⁊ fiunt
cineres. ⁊ ſic de ſimilibus qui nunꝙ
habuerunt monumentum. vel ſepultu
ram. Quid ergo erit de iſtis? Nota du
as reſponſiones. Prima eſt litteralis
Secunda ē moralis. Pro prima litera
li dico ꝙ impoſſibile eſt aliquem mori
quomodocūqꝫ. quin ſepeliatur in mo-
numento. Declaretur quomodo deus
facit quatuor monumenta pro omnibꝰ
hominum corporibus. ⁊ nullus eſt qui
in aliqua iſtarum non ſepeliatur. Iſta
monumenta ſunt quatuor elementa.
terra. a qua. aer. ⁊ ignis. Terra eſt mo
numentuꝫ cōe licet nobilius ſit aqua.
Sed quia non ē conſuetum. Ideo ⁊c̄.
⁊ comedunt a piſcibus. ſed qui ſepeli
untur in terra a vermibus ⁊ a ſerpen
tibus. Tertium. ſ. aer ē nobilius ī quo
ſepeliuntur ſuſpenſi ⁊ comeduntur ab
auibus. Alij ſepeliuntur in igne. ⁊ ſūt
illi qui comburuntur. Non eſt corpus
hominis nec fuit. nec vnꝙ erit qđ in
aliquo iſtorū monumentorꝫ non ſepelia
tur. vel in omnibus. quia ſicut corpus
eſt compoſitum ⁊ mixtum ex quatuor
elemētis. ita ī illis reſoluitur. ergo quo
cunqꝫ vadat in monumentis ſepelitur
Ideo dicit xp̄s. Oēs qui in monumen
tis ſunt ⁊c̄. Qđ autem elemēta dican-
tur neceſſario ſepulcra vel monumen
ta. Auctoritas in p̄s. 48. Sepulcra eo
rum. ſ. hominū domus eorum. ſ. corpo
rum in eternum. Modo nec monumē
ta pape nec regū. nec etiam xp̄i dura-

bunt in eternum: quia ignis cōflagra
tionis deſtruet aurū ⁊ argentum. ergo
neceſſario auctoritas intelligitur de
alimentis vel elementis. quia nihil ele
mentatum remanebit. ⁊ de elementis
intelligitur cum dicit thema. Omnes
qui ī monumentis ⁊c̄. Secunda reſpō
ſio eſt moralis. Ad bonam inſtructio-
nem noſtram inuenitur in ſacra ſcri-
ptura ꝙ perſone male vite dicuntur ſe
pulcra. Ratio ⁊ auctoritas. Ratio. Cō
muniter monumenta maxime diuituꝫ
deforis ſunt ornata ⁊ depicta. ſed itus
ſunt plena corruptionibus. fetoribus
cadauerum. tales ſunt perſone male
vite. ⁊ peccatores. que extra ſunt orna
te ⁊ picte. ſed intus ⁊c̄. Uer. gratia.
Quando uidetis regem coraꝫ quo por
tatur enſis qui repreſentat iuſticiam.
⁊ forte ipſe erit iniuſtus. ſepulcrum eſt
⁊c̄. Idem de malo prelato. papa. cardi
nali. uel epiſcopo ⁊c̄. Jam uidetis exē
pluꝫ quomodo quando ſunt ornati ⁊c̄.
ſed ſi ſit male uite porcus eſt per luxu
riam. ſymoniacus ⁊c̄. pulcrum monu
mentum eſt de extra. ſed intus cauete
Item de predicatore qui de extra por
tat habitum nigrum qui ſignificat
mortificationem ⁊ honeſtatem. ⁊ al-
bum puritateꝫ. ſed ſi ſit male uite ⁊c̄.
Idem de clerico qui iam portat coro
nam regalem ⁊ pulcrum ſuperpelitiū.
ſed ſi intus ſit corruptus ⁊c̄. Idem de
uicarijs ⁊ baiulis qui extra portant
baculum. ſed intus ⁊c̄. Pulcrum di-
cuntur. Ideꝫ de mulieribus que com
muniter incedunt ornate ⁊ picte ſed
intus ſecrete erit putana. plena odijs
⁊ malis uoluntatibus. Ideo dicit xp̄s
Mat. 23. Ue uobis ſcribe ⁊ phēi ypocrite
qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis
que foris ſunt ſpecioſa. intus autem
ſunt plena oſſibus mortuorum ⁊ om
ni ſpurcicia. Sic ⁊ uos quidem affo
ris apparetis hominibus iuſti. intus

autem pleni eſtis ypocriſia ⁊ iniquita
te. Ecce quare male perſone dicuntur
monumēta. Cum ergo dicat xp̄s ī thēa
te. Oēs q ī monumētis ſunt ⁊c. q̄ſi d.
non ſolum boni de quib⁹ nunq̄ fuit du
bium: qꝛ ex quo hic nō hūerunt remu
nerationē ⁊c. Nō dicat vt illic remu-
nerentur. De malis aūt fuit dubiū ex
illo verbo dō. Non reſurgent impij in
iudicio. nec peccatores in conſilio iuſto
rum. Ex hoc opinati ſunt aliqui ꝙ pec
catores nō reſurgēt. ſed dicit. Imo qꝛ
oēs qui ī mōumētis ſunt ⁊c. Nō ſolū lo
quit̄ de bonis ſed ēt de malis. Ad auc
toritatē dr̄ ꝙ boni n̄ reſurgēt ī iudicio
vt iudicent̄. ſed vt iudicēt. maxime illi
qui tenuerunt vitā aplicā. In illa die
virgo maria. apl̄i. ⁊ ſancti de vita apo
ſtolica erūt iudicātes cū xp̄o ⁊ tot⁹ mū
dus erit infra a dexteris ⁊ a ſiniſtris.
Et xp̄s dicet virgi. Mater mea qd vo
bis vr̄ ⁊c. nō ꝙ xp̄s indigeat cōſilio. ſ;
pp honorē virgis ⁊ ſcōꝝ. Sed pecca
tores nō ſic reſurgēt ut iudicēt. ſed vt
iudicent̄. Iō dō. Nō reſurgēt impij in
iudicō vt. ſ. iu dicent: ſed vt iudicētur.
neq; peccatores ī cōſilio. ſ. cōgregatōe
iſtoꝝ ſeu ſcōꝝ. ſed infra a ſiniſtris.
Iō xp̄s ꝯtra dubiū illoꝝ dixit. Oēs qui
ī monumētis ſunt ⁊c. Patet prima qō.
Scōa qō ē ſuper particulā ham. ſ. Au
dient vocem filij dei. Cōtra. Eſt hic qō
Certū ē enim ꝙ ī monumentis qūocun
q; ſumātur in ea non ſunt niſi corpora
putrida ⁊ reſoluta. talia. n. corpora nō
poſſunt audire. quia nō eſt ibi anima.
quare ergo dicit. omnes qui ī monumē
tis ſunt audient vocē filij dei. Sed nō
habent aures. nec animā. Ratio. Sic
enim deus ordinauit quattuor monu-
menta corporib⁹. ſcilicet quattuor ele
menta vt dixi. Ita ordinauit quattuor
monumenta animabus ⁊ non eſt aliq̄
anima ſiue bona. ſiue mala que in ali
quo iſtorum quattuor nō collocet̄ ⁊c.
Primū ē inferius damnatorum.
Scōm. limb⁹ pueroꝝ nō baptizatoꝝ.
Tertiū. locus pēitētiū. ſ. purgandoꝝ.
Quartum. locus ſanctorum beatoꝝ.
Omnes anime vadunt in aliquo iſto
rum quattuor locoꝝ ſicut corpa vadūt
⁊c. Qn̄ ergo xp̄s dicit omnes qui ī mo
numentis ſunt. ītelligitur de aīabus
qn̄ ad quattuor ptes mundi clamabit̄.
Surgite mortui ⁊c. Iſta vox audiet̄ in
inferno dānatorum. in limbo puerorū
in purgatorio. ⁊ in celo: ⁊ ſtatim quel;
anima uirtute dei īueniet ſuū corpus
qd̄ cognoſcet ſicut tu quando ſurgis d̄
mane de lecto cognoſcis tunicam ſeu
rābam tuam qua ſpoliatus fuiſti i ſero
De iſtis monumentis poteſt intelligi il
lud Mat. 24. Mittet angelos ſuos cū
tuba ⁊ uoce magna. ⁊ ꝯgregabūt elec
tos a quattuor uentis a ſummis celoꝝ
uſq; ad terminos eorum. ſ. nouē ordini
bus angeloꝝ in quib⁹ aīe ſcōꝝ ſūt collo
cate ⁊ omnes audient illam uocem uſ
q; ad eorum terminos. Terminus eſt
illud ꝙ plus diſtat. ſ. infern⁹: quia om
nes qui ſunt ibi audient etiam illā uo
cem tube. Nō credatis ꝙ ſit una tuba
naturalis. ſed quia uox illa erit terribi
lis comparatur uoci tube que ē terro
ris in primo momento. ſ. in inferno dā
natorum ubi ē ignis quaſi flāma de ſul
fure. Non ſunt ibi neceſſaria ligna: qꝛ
durat per diuinam uoluntatē. Ibi ſepe
liuntur anime illorum qui tenent hic
malā uitā ut religioſi. clerici. ⁊ layci.
⁊ nolunt corrigi nec facere penitentiā.
quando tales moriuntur anime ſepeli
untur in inferno. Auctoritas xp̄i Luc.
16. de quodam luxurioſo diuite ⁊ gulo
ſo pomposo ⁊c. Mortuus eſt diues ⁊ ſe
pultus eſt in inferno ⁊ loquitur in ani
ma. quia corpus in terra fuit ſepultum
ergo infernus dicitur ſepultura ſiue
monumentum. pro iſtis non ē intentio
eccleſie facere aliqd̄ bonū pro eis nec
damnatis. Si omnia bōa q̄ hodie fiūt
in mundo nec unq̄ fuerūt facta: eſſent

pro vna anima damnata ñ extraheret eam de iferno. Nulla ē redemptio. nec exeundi: nec penaꝝ aleuiandi. qḋ oſtē ditur i illo diuite qui qñ fuit in tormentis. ⁊ i illo igne eleuatis ocul' in celum dixit. Pr̄ abraā ⁊c̄. Et continue petit illam guttā aque nec vnq̄ȝ obtinebit. Et significat ꝙ nullū refrigeriū poſſit habere. Auctoritas puer. xi. Mortuo homine impio nulla erit vltra ſpes ꝺ eo Ideo nō auiſemus nos. Faciamus penitentiā. Si una aīa de illis poſſet exir̄ ⁊ facere pniam. o q̄tam penitentiā faceret ⁊ nos miſeri nō curamus ſed ꝓcraſtinamus ac ſi eſſemus certi ꝺ vita cum inſtrumēto de viuēdo. Ideo dicit ſcriptura eccl'ci. 14. Ante obitum tuū operare iuſticiam. i. penitentiam. q̄ñ non eſt apud inferos inuenire cibuȝ. i. refrigerium eccleſie. Nō eligatis ergo ibi ſepulturā vel monumentum.

In ſecundo loco. ſ. limbo pueroꝝ. Iſte locus eſt circa infernū damnatorum. ſed nō ē ibi ignis. non ſunt ibi demōes nec tormenta. nec dolores. ſed non habent lumē gratie. nec claritatē glorie. l;habeāt plus de ſciētia naturali q̄ȝ habuerunt i hoc mundo ph'i: nec apoſtoli licet h̄ ñ hūerunt ſciam aliq̄ȝ: q2 caro ī pedit ſicut ſi ego tenerem criſtallū abſconditum ſub capa. ſed extra capam ad lucē ſol' reſplēderet. Item de aīa il lorum pueroꝝ. Ibi ſunt filij xp̄ianoruȝ iudeorum. agarenoꝝ. ⁊ alioꝝ infideliū i ſolo peccato origīali decedētiū. diſputant. letanť. gaudent adinuicē. ſ;nū q̄ȝ videbunt d. um. ⁊ ille locus dr̄ eorū monumentū. Auctoritas yſa. 22. Quid tu hic. aut quaſi qs hic? Quia excidiſti tibi hic ſepulcrum. ⁊ loquitur puero in originali decedenti. Ter dr̄ hic d. quid tu hic. De tribus locis fecit mentionē. Primo in vtero matris in quo fuit conceptus d. quid tu hic ſuple cōtraxiſti ꝙ non habes paradiſum. Nō niſi origīale

Scd̄o de mūdo in quo ē natus d. Aut q̄ſi qd hic feciſti peccatū. Nō. Tertio ꝺ limbo d. quid excidiſti tibi hic. ſ. i libo ſepulcꝝ. Sed q2 nūq̄ȝ fecerūt aliqḋ peccatum in mundo. iō nō hēnt tormētuȝ ſed ſunt imūdi ex illa carnali gn̄atiōe a qua nō pn̄t liberari niſi ꝑ baptiſmuȝ Iō remittūtur ad limbū Ioh. 3. Amē amen dico vobis niſi qs renatus fuerit ex aq̄ ⁊ ſpū ſcō. non poteſt introire i regnum dei. Nec pro iſtis oramus. q2 nō poſſunt inde exire.

Tertius locus penitētiū. qui nō compleuerūt pniam i hoc mūdo. ⁊ eſt i corde terre circha locuȝ pueroꝝ. ⁊ ibi eſt ignis qui durabit vſq; i die iudicij. Ibi eſt ignis in magna latitudine ⁊ ꝓfunditate. Ibi enim ſunt aīe penitētiū qui hic nō ꝑfecerūt pniam nec de peccatis nec habuerūt tantā cōtritionē q̄tā habuit magdalēa: ſed tenuerūt pniaȝ datam a cōfeſſore nil addēdo cū ꝓpoſito nō redeūdi ad peccata. Tales qñ moriunť nō vadunt ad ifernū: nec ſtati ad padiſum: q2 oȝ cōplere pniaȝ. ſ; ad purgatoriū vbi ſtant ꝑ tp̄s a deo ordiatuȝ ꝑ diem. vel mēſem. vl' ꝑ annū. vel per annos. vel ⁊c̄. iuxta peccata purgāda ⁊c̄. Iſte locus ēt dr̄ ſepulcrū aīaꝝ. Auctoritas alegorice. Mat. 27. Emerūt ex illis agrū figuli i ſepulturā peregrioꝝ. Nō emerūt. ſ. ex pnia eis data a ꝯfeſſore agrū. nō carcerem inferni. ſed purgatoriuȝ vbi ſunt flores vt i agro. gratiarum. ⁊ orationum l; non meritoruȝ d. Dñe ponatis in cōde filij mei ul' amicorum ⁊ manūiſſoꝝ ut impleant uoluntatem meā ⁊c̄. Quādo ꝟo ſunt negligētes. nec curant adimplere. petunt a ꝺo iuſticiam ꝯ illos. Ideo auiſa manumiſſores ⁊ heredes quia deus faciet illis iuſticiam qui ſunt in maiori pena q̄ȝ ſi hic in corpore ⁊ anima ꝯburerenť. q2 ille ignis eſt magis actiuus. Ideo. Luc. 18. Deus autem nō faciet uindictā electoꝝ ſuorum clamātium ad ſe die ac

nocte: ⁊ patiētiā hēbit ī illis. Dico vob
ꝙ cito faciet vindictā. Et qꝛ multi ſūt
in purgatorrio qui nō fecerūt teſtamē
tū. vel ñ hēbāt vnde. vel qꝛ ſubito mor
tui ſunt. vel ſi fecerūt nō cōpleuerunt
iō eccleſia ordinauit ꝓ oībus iſtis ho-
die orare. O ſi hēretis oc̄los claros vi
deretis ꝙ aīe exeunt hodie ꝓceſſiōalr̄
purgatoriū ⁊ vadunt ad nuptias para
diſi. Jam paraṫ prādium mō pro eis d̄
illis eſcis īcorruptibilibus que nō poſ
ſunt declarari. quibus dicit xp̄s illud
luc. 22. Ego diſpono vob ⁊c̄. O quot mē
ſe ibi ſunt iam parate ꝓ refectiōe aīa-
rum ꝗ ieiunarūt ī purgatorio. Jdeo di
cūtur tot miſſe ꝑ mūdū tot orōes ſūt
elemoſine. Jdeo faciatis vt bene cōſue
uiſtis ⁊c̄.

Quartus locus ē btōꝝ in celo empireo
Jn illo ſcīſſimo ſepulcro vadūt hoīes
⁊ mulieres qui ī hoc mūdo tenuerunt
vitam ꝑfectam: qui licet peccauerunt
tū ꝓ tēpore cōuerterūt ſe ad deū cōte-
rendo. ꝓponendo de cetero abſtineṙ a
peccatis: fecerunt cōdignā pñiam. Jn
tm̄ ꝙ bona excedunt peccata que fece
runt. Tales qñ moriuntur. ſtatim ab
angelis portanṫ coram xp̄o. Quib⁹ diē
xp̄s. laboraſtis. ideo modo quieſcite. ie
iunaſtis modo comedite ⁊c̄. Luc. 16.
Factum eſt vt moreretur mēdicus ⁊c̄.
⁊ portareṫ ab angel' ī ſynū abrahe. Qꝛ
iam hūerat hic purgatoriū. pñiam. ⁊
patiētiā. De iſto monumēto auctoritas
anagogice Job. 3. Quaſi effodiētis the
ſaurum gaudentq; vehemēter cū iue-
nerit ſepulcrum. Dicatur q̄uo illi qui
fodiunt pro inueniēdo theſauꝝ gaudēt
qñ inuenerūt licet laborauerīt fodien-
do. Jta quis delectatur faciendo peni
tentiā: quia expectat theſauꝝ para-
diſi. Pro iſtis non oramus: quia non
indigent a nobis licet gaudeant de bo
nis que facimus. Reſpiciūt. n. nos per
feneſtras gaudentes. luc. 15. Dico uob
ꝙ gaudiū ē angelis ī celis ⁊c̄. Jō beā
fecimus de oīb⁹ ſcīs vt nos iuuent. ho
die de mortuis in purgatorio exiſten-
tibus vt habeant gloriam. Rogemus
deum ⁊c̄.

In feſto ſancti martini. ⁊c̄.

Cognouit eum in benedictōibus
ſuis. habetur verbū iſtō eccle-
ſiaſtici. 44. recitatiue vero ī ep̄la
hodierna. Sicut feſtū ⁊ ſolēnitas p̄ſen
tis diei ē tota illius gl'ioſiſſi cōfeſſoris
b. Martini amici dei. Jta de eodē erit
ſermo. Et de ſua vita ⁊ perfectione ſpi
rituali nos poterimus extrahere exē-
plum ⁊ iſtructionē ad ſaluationē aīaꝝ
noſtrarum ⁊ informationem vite. Sa
lutetur prius virgo maria ⁊c̄. Ego pro
poſui iſtud thema veſtre deuotōni ſub
tili intellectu ꝙ deus cognouit. ſ. p̄bā
do ⁊ acceptando beatum Mar. ī ſuis
benedictionibus. Pro cuius intellectu
⁊ declaratione ſciendum ꝙ virtutes ⁊
bona opera. ſancta. ⁊ meritoria ꝑ quas
homo acquirit gloriam celi dn̄tur ben
dictiones. Rō ⁊ fundaṫ in quadam re
gula phie. in libro ethi. d. A fine deno-
minatur res. ⁊ cuius finis bonus ē ip
ſum quoq; bonū ē. ⁊ cui⁹ finis mal⁹ ē
ipſum quoq; malum eſt. Modo iſta re
gula declaratur in theologia. Videa-
mus peccata que homo facit ꝯtra deū
⁊ ſua precepta ad quem finem ducūt.
ad mortē. Ad ro. 6. Finis illoꝝ. ſ. pec
catorum mors eſt. qꝛ mala opera ⁊ pec
cata que homo facit auferunt vitam
anime. Item auferunt vitam glorie.
Ab iſto finē ducuntur peccata mōtalia
per regulam. quia a fine denominatur
res. Item per oppoſitum ſeruire deo ī
bonis operibus. in penitentia. in ſacta
vita. viuendo ſecundum eius volūtatē
⁊ non ſecūdum ſuam ſenſualitatem.
talia opera ad quē finem ducunt. Dic
ſcriptura ſancta. Ad vitam eternam.
Ad roman. 6. Serui autem facti deo.
habetis fructum veſtrum in ſanctifica
tione. finē vero vitam eternam. Jdeo

opera que fiunt in gratia dicũtur viua:
quia finaliter ducunt ad vitã eternã
facientes. Nõ videamus virtutes ad
quem finem ducunt. ſicut ſunt ṽtutes
theologales. ſ. ſpes. fides. ⁊ caritas. ⁊
cardinales ſiue morales, ut prudentia
temperãtia. iuſticia. ⁊ fortitudo. ⁊ vir
tutes ſpiritusſci. ut ſunt ſcientia. ĩtel
lectus. ⁊ conſilium. Iſte virtutes du
cunt ad finem. i. diuinam benedictiõẽ
In die iudicij qñ ſedebit iudicando. ⁊
peccatorib⁹ dabit maledictionẽ. Mat.
25. Diſcedite a me maledicti ĩ ignẽ eter
num qui paratus eſt dyabolo ⁊ angeliſ
eius. Sed pſonis bonis ⁊ virtuoſis da
bit benedictionem d. Uenite benedicti
patris mei poſſidete paratum vobis re
gnum a conſtitutione mũdi. Si ergo
a fine denominant̃ res ⁊ virtutes du
cunt hoĩes ad illam finalẽ bñdictionẽ
iõ dicũtur bñdictiones. Uñ ps bñdicti
onẽ dabit legiſlator. Ibũt de virtute ĩ
virtutẽ. videbit̃ deus deoꝝ. i. angeloꝝ
in ſyon. Legiſlator ẽ xp̃s. Ratio. quia
nulla bona lex dat̃ niſi per eum. Ipſe
enim dedit legẽ moyſi in monte ſynay
indutus veſte ignis. Ille idem ⁊ non
alius indutus veſte humanitatis q̃ eſt
pulcrior igne dedit legem euangelicã
dulcem ⁊ benignam ⁊ ſuauem. Iſte
legiſlator dat benedictiones. Et decla
rat. cum dicit. Ibunt de virtute in vir
tutem. ſcilicet de bono in melius. Pꝫ
ergo quod virtutes dicuntur benedic
tiones. Cum ergo beatus Mar. fuerit
plenus virtutibus ⁊ valde virtuoſus.
bene dicit thema de eo. Cogno. cum ſci
licet dominus. in benedictionibus. i. ĩ
virtutibus ſuis. Patet thema. Si oẽs
eius virtutes vellem vobis declara
re. non ſufficeret tempus. ſed de pſen
ti declarabimus quinqꝫ ꝺ qb⁹ hẽbim⁹
bonam inſtructionem.

Prima eſt fidelitas mentis.
Secunda humilitas cordis.
Tertia pietas operis.
Quarta aſperitas corporis.
Quinta firmitas vite ⁊c.

Dico ꝑ. ꝙ b. Martinus fuit multũ pfec
tus in fidelitate mentis. ſ. ĩ fide catho
lica. Non ſolum qñ fuit adultus. ſꝫ etiã
puer. 8. vel. 9. annorũ prudẽter ſciuit
eligere de credẽtijs que tunc erant in
mundo meliorem. nec voluit dimitter̃
credentiam electam. nec ꝓpter minas
patris. nec aliter. Tpe. n. ſuo erãt ĩ mũ
do. ſ. tres credẽtie ſeu leges genr̃ales.
Pᵃ pagãica. q̃ adorabat ydola ꝺ auro
argẽto. lapide. ſeu ligno intra que erat
demon dans eis rñſa qui recurrebant
ad ea. volentes ſcire quis fecit furtũ.
d. O deus quis furatus ẽ hoc ⁊c. Dice
bat ut iuuarent ⁊c. Iſtius ſecte fuerũt
pentes. b. Marti. lꝫ eſſent ualde gene
roſi ſꝫ mũdũ. Scõa erat lex moſayca
vel iudayca quã tenẽt iudei. Tertia ẽ
euangelica quã xp̃s ore ꝓpo pmlgauit
Secta ãt ſaracẽica nñdũ erat: qr nũdũ
ſunt octigẽta anni ꝙ agareni nõ erant
⁊ ſunt xp̃iani renegati. Parẽtes ãt b.
martini volebãt ſibi facẽ adorare ydo
la. ⁊ ipſe nolebat. Cogitate ꝙ dicebat
b. Mar. Ego adorabo illum qui me fec̃
qr illa q̃ vos adoratis opa ſunt hoĩum
ãte hũana fabcata. ad quẽ pr̃. Et nũqd
vides ꝙ loquũt̃. ⁊ rñdẽt ad iterrogata
Et puer. Illi ſunt demões qui loquũt̃.
qr de⁹ nõ ẽ niſi vn⁹ rex in vno regno.
Sꝫ vr̃i dij mlt̃i videt̃ eẽ. Finalr̃ b. M.
puer. 8. vel. 9. annoꝝ voluit pgrere le
gem verã ex quo lex pr̃is ñ ſibi place
bat. Iõ iuit ad ſinagogã iudeoꝝ ad ra
bios d. eis. Quid adoratis vos. Rñde
rũt. Nos nõ adoramus opa manuũ ho
minũ. ſꝫ adoram⁹ deũ creatorẽ celi ⁊
terre. Nõ ãt adoram⁹ ydola vt pagani.
nec ymagies ⁊ panẽ vt xp̃iani. Et btũs
Mar. quid ꝓmittit vobis ille de⁹. Rñ
dit rabinus. Panẽ vinũ. ⁊ oĩa terrena
temporalia. Et Mar. Et in alia vita
promittit aliquid? Et rabinus tacuit

quia in tota lege moyſi nõ promittitur
vita eterna. Et ait. Ueſtra credẽtia vi
detur mihi bona pro iſto mundo. ſꝫ qꝛ
habemus mori ⁊ dimittere iſtum mun
dum ⁊ ire ad alium. ⁊ lex veſtra nihil
dicit de alio. Ueſtra credentia de vno
deo videtur bona. ſed ſpes videtur
vana. non placet mihi lex veſtra. Ideo
reprobata lege moyſaica ⁊ pagãica pp
ſpem vanam. venit ad eccleſiam xpia
norum petens epiſcopum vel curatum
qui erat valde aptus ⁊ ſufficiens ⁊ bñ
fuit neceſſariuꝫ. Qui quando vidit no
bilem ⁊ tam gratioſum. gauiſus ẽ ſciẽſ
ſui generis nobilitatem d. quid vultis
fili myᵉ. Reſpondit b. Mar. Uelleꝫ co
gnoſcere creationem. quia lex pr̄is mei
nec iudeorum placet mihi. Ideo velleꝫ
ſcire. vos xpiani quid adoratis. Reſpõ
dit eps. Nos xpiani adoramus ⁊ credi
mus vnum deum creatorem celi ⁊ ter
re ⁊ omnium rerum corporaliuꝫ ⁊ ſpi
ritualium. quia licet ſit vnus in eſſen
tia eſt tamen tres perſone. pater filius
⁊ ſpiritus. ſ. Reſpondit b. Mar. Pater
hoc ñ poſſum intelligere. ꝙ vnus deꝰ
ſit tres perſone ⁊c̃. Epiſcopus declara
uit ſibi. ꝙ ſicut in ſole ſunt ſubſtantia
ſolis. lux. ⁊ calor. Ita in deo vno ẽ pr̄.
filius. ⁊ ſpiritusſanctus. Sic nos xp̄iãi
credimus trinitatem perſonaꝝ. Nõ co
gitetis vos fili ꝙ ſint tres perſone vt
tres reges ⁊c̃. Sed ſicut de ſole. Nun
quid deus ẽ maioris virtutis q̃ ſol. Iõ
⁊c̃. Reſpondit b. Mar. Certe bene pla
cet mihi hoc. Sed eſt vnum in lege ve
ſtra. propter qd̃ ego abhorreo eam. quia
adoratis ymagĩes vt parentes mei ydo
la. Adoratis eniṁ ymaginem hominiſ
crucifixi. Eps̃ reſpondit. Fili. Nos nõ
adoramus niſi deum creatorem. Sed
fily vos debetis ſcir̃ ꝙ ex peccato ĩobe
dientie primorum parentum. ⁊ ex aliiſ
peccatis poſt factis oẽs homines erãt
condemnati ad infernum. Et. M. Bñ
credo. ſicut qui facit cõtra voluntateꝫ

imperatoris. Propter qd̃ filius dei. nõ
pater. nec ſpiritusſcũs. aſſumpſit natu
ram humanam in vtero cuiuſdã puel
le virginis. quẽadmodum radius ſolis
tranſiens per feneſtram vitreã colora
tam. Et radius recepit illum colorem
⁊ non ſubſtãtia ſolis. nec calor. Et ſic
filius dei factus eſt homo ⁊ deus. d.
patri. Compatior ꝙ tot ſuſpendãt̃ i fur
ca inferni. Ideo pater ego ſolus ſuſpẽ
dar in furca ne aliquis mihi credens
⁊ obediens ſuſpẽdatur in furcha infer
ni ⁊c̃. Et placuit patri. Et ne tantũ bñ
ficium qd̃ nobis fecit tradatur obliui
oni a xpianis. In memoriam tanti bñ
ficij tenemus crucem ⁊ ymaginem ſuã
quo fuit paſſus. ⁊ ymaginem mr̄is ⁊c̃.
Non vt adoremus. ſed ne obliuioni tra
damus. Et martinus. Magna ratio ẽ
iſta ⁊ placet mihi. Idem de imaginibꝰ
ſcõrum pro memoria ⁊c̃. Idem de ho
ſtia. Nos non adoramus panem: qꝛ dic
tis verbis a xp̄o ordinatis: non remãet
ibi panis. ſed intra illam cortinaꝫ albã
eſt xp̄s verus deus ⁊ verus hõ. Iſtud
ſacrificium oſtẽdit. ⁊ iſtituit nobis qñ
debuit recedere. vt xpiani adorent eũ
⁊ non ydola. Nunquid vidiſtis vos ipa
torem intra cortinas in templo. qñ cuꝫ
patre veſtro vaditiſ. ⁊ adoratur a mili
tibus. licet non videatur ab eis. Ita d̃
xp̄o. Et martinus. Modo pater videa
mus quid promittit lex veſtra nobis.
Reſpõdit eps̃. Nihil temporale. nec di
uitias. honores. dignitates. ſeu delec
tationes. ymo dicit ꝙ deſpiciamus oĩa
mundana. Sed promittit nobis remiſ
ſionem peccatorum in hoc mundo. Et
propter hoc ordinauit baptiſmũ. Et poſt
hoc ſi homo peccat. ordinauit ſacramẽ
tum penitentie. ſ. cõteri de peccatis ⁊
cõfiteri ⁊ in alio mundo promittit ſibi
obedientibus gloriam eternam. quia
omnes anime perfectarum pſonarum
ſtatim qñ recedunt a corporibus p mõ
tem. ab angelis portantur ad gloriam

ꝛ poſt in iudicio ruſurgent. ꝛ ſimꝉ cū corporibus hēbunt gloriam ꝑpetuam. Et Mar. O pater multum placet mihi lex veſtra. Rogo vos vt detis mihi in ſcriptis legē veſtram. Et dedit ſibi in ſcriptis lo credo. ꝛ īfra paucos dies ſciuit cordetenꝰ q̄ dicebat quolꝫ die. mane. ꝛ ſero flexis genibꝰ. Dic de articulis. Dicatur proteſtatio. Ecce b. Mar. quō habuit fidelitatē mentis. Si dicatur. frater vn̄ habuiſtis iſta. Dico ꝙ ō yſtoria. ſꝫ breuit Dic. n. yſtoria. M. ex nobilibus gentibꝰ natus. Cū eſſet ānorum. x. īuitis parentibꝰ ad eccl'iam cōfugit ꝛ ſeq; cathecuminū. i. in lege īſtructum fieri poſtulauit. Cathetizare idē eſt ꝙ inſtruere. cathecuminꝰ. i. inſtructus ad gal. 6. Coīcet aūt is qui cathetizatur verbo. ei qui ſe cathetizat. Moraliter ī hac v̄tute imitemur b. Mar. quolꝫ mane ꝛ ſero dicēdo lo credo ī deum: quia alꝉ magnū periculū eſt marie tempore antichriſti ꝛc̄. Ideo apl's ad ro. io. Corde credit ad iuſticiā ore aūt confeſſio fit ad ſalutem.

Sc̄da virtus b. M. fuit humilitas cordis. In tm̄ erat humilis ꝙ nihil pſumebat de ſe lꝫ eſſet filius tribuni. Tribunus. n. idē; ē ꝙ capitaneꝰ. mille hominū armoꝝ. ſicut centurio de centū. Pater beati Mar. ducebat ſub banderia ſua mile homīes. ꝛ b. Mar. nō ſe apreciabat de hoc imo qn̄ pater fuit ſenex īperator voluit vt filiꝰ. ſ. mar. teneret locū patris qui tūc erat. i5. annoꝝ. Et noluit. Sꝫ coactus factꝰ fuit miles. qui dixit īfra ſe. Solo noīe militabo. ſꝫ opere tenebo vitā heremiticā. Pater ibat cū mile ꝛ ipſe cum vno ſcutifero erat ꝯtentus. Pater. n. ſela deaurata ꝛ ipſe nihil. Poteſtis cogitare quō iuxta conſuetudinē mūdi malā. quia qn̄ aliquis vult pro deo hūiliari quō deridebatur Sꝫ b. mar. nō curabat de deriſionibꝰ ſed vt placeret deo. qui vult attendere ad verba obloquentiū nunq̄ faciet aliquid boni. Ideo b. mar. non curabat qn̄ dicebat. Ecce quō vadit in vitupiū generis ſui. poterat dicere cū apl'o ad gal. p'o. Si hominibꝰ placerē xp̄i ſeruus nō eſſem. Itē d̄ ſcutifero. Creditis ꝙ vellet ſeruitiū ab eo. imo ipſe miniſtrabat ſcutifero. Dicit yſtoria. Factꝰ ergo miles vno ſuo cōite ꝯtentꝰ erat. cui v̄ſa vice adeo ſuiebat vt plerunqꝫ calciamēta detraheret ꝛ ipſa detergeret. Ad praticā. Dicaꝉ quō inſelabat de mane. Itē in prandio dabat ſibi aq̄ ad manus ꝛ ſuiebat ſibi in mēſa. ꝛ de ſero diſcalciabat eum ꝯdicente ſcutifero. Dicebat xp̄s Mat. 20. Nō veni miniſtrari ſꝫ miniſtrare. Ecce q̄ta hūilitas cordis ꝛ nos inflati de nihilo ītantum ꝙ nihil valemꝰ. Iō dicit xp̄s. Quicunqꝫ voluerit īter vos magnꝰ fieri ſit veſter miniſter. Ex v̄tute huiꝰ humilitatis curauit leproſum pariſius corruptū quem oēs fugiebāt ꝛ b. mar. cōtemplatus ē eum d. īfra ſe. Talē faciem hūit yhs xp̄s in die ſue paſſionis inflatā; ex alapis. ꝛ barbam pelatā vt iſte. nec cognoſcebatur ut iſte. yſa. 53. Vidimꝰ euꝫ quaſi leproſum. Et beatus martius amplexatus fuit eū ꝛ oſculatꝰ. Et ſubito leproſus fuit liberatꝰ. In quo oſtendit xp̄s q̄tum ſibi placebat humilitas b. martini. Iō attendatis ne ſupbia inflet cor veſtrū. i. pe. 5. Oēs inuicē hūilitatē inſinuate. q2 dn̄s ſuperbis reſiſtit humilibꝰ aūt dat gratiā ſuam.

Tertia virtꝰ ē ꝛc̄. pietas opis. Ita erat pius erga xp̄i paupēs. ꝙ dicit hiſtoria Opē ferebat miſeris. alebat egentes. veſtiebat nudos. Nil aūt ſibi ex ſtipendijs militie preter cottidianū victuꝫ reſeruans de craſtino nō cogitabat. non expendebat in vanitatibus. ornamētis ꝛc̄. Nō opus ē follo cinabulū ſuſpendere collo. Sꝫ in pauperibꝰ. viduis. puellis. orphāis. hoſpitalibꝰ. ꝛ captiuis ꝛc̄.

Ad pratichā. Quādo dabat pecunias
dicebat ſcutifer. Quid comedemꝰ cras
dñe. Reſpōdebat martinus. O modice
fidei. Eſt auis aliqua que qñ ponit ſe
ad dormiendū ꝺ ſero fecerit ꝓuiſionē?
Nō. Et tamen deꝰ in craſtinū ꝓuidet ſi
bi ſi facit ſuū officium. ſ. cātare. ⁊ ora
re. in quo bñdicit deū. iuxta illō dani.
3. Benedicite oēs volucres celi dn̄o
⁊c̄. Quelꝫ. n. auis laudat deū ſm̄ ꝯſue
tam. ⁊ breuiariū ſibi a deo datum. Ali
ter philomēa al'r orenета. aliter piſces
⁊c̄. Faciamꝰ nos iſta duo. laudemus ꝺ
um mane ⁊ ſero genibꝰ flexis volemꝰ.
volatus ē labor iuxta illud Job. 5. hō
naſcitur ad laborē. auis ad volādum.
Qui facit iſta duo. ī quocunq; ſtatu ſit
nunq̄ deficiet ſibi aliquid. nec morieť
fame. Dicatur de elemoſina quā dedit
pauperi nudo de pte mantelli. ⁊ ī nocte
cum oraret vidit celos aptos ⁊ xp̄m in
dutum illo medio mantello. Et angeli
ſibi dicebant. quō ſic erat indutus. Re
ſpōdit b. Mar. hac veſte me contexit.
Ideo amore ſui porto. oſtendēs in hoc
q̄tum ſibi placuit pietas marti. O quō
deberemꝰ eſſe pij ad pauperes. homo
credit dare pauperi. ⁊ dat xp̄o. Jō in iu
dicio dicet xp̄s illō Mat. 25. Uenite be
nedicti patris mei ⁊c̄. vſq; nunimis me
is mihi feciſtis.

Quarta erat aſperitas corporis. Licet
alijs eſſꝫ pius. ſibi erat crudelis. In tā
tum. ꝙ mirꝫ erat quō poterat viuere.
Reſignata militia poſuit ſe cū heremi
tis. inter quos faciebat magnas aſperi
tates corporis. lꝫ alijs eſſet pius. Prio
in lecto ſtricto. culcitra vel mātelatiū
erāt cineres. linteamia ciliciū. ceruica
le lapis. Nihil preter tunicā ⁊ ciliciū in
duebať. Eius victꝰ cottidianꝰ erat pa
nis ⁊ aqua niſi ī feſtiuitatibꝰ paſce ⁊ na
talis ⁊c̄. q: tunc comedebat caules.
erat valde macer. Et ſic ꝯſeruauit vir
ginitatē quia ſemper fuit virgo. Uirgi
nitas enim non conſeruatur cum de
lectamentis. ſed ⁊c̄. Et in tantū pla
cuit deo. ꝙ virgines. ſ. beata chateria
⁊ beata lucia deſcendebāt ꝺ celo ad lo
quendū cū eo ī cella. nec qñ diuina re
uelatione fuit factꝰ ep̄s de thoris in frā
cia mutauit modū viuendi nec ſtatū.
Imo dicit ſcriptura. factus archiep̄s tu
ronenſis. idē conſtantiſſime perſeuera
bat qui prius fuerat. Eadem in corde
humilitas. in veſtitu vilitas. atq; ita
cōplebat ep̄i dignitatem. vt propoſitꝫ
monachi nō desereret. Turpē quā ha
buit in cela cathedrā ep̄alem fecit. Cre
do ꝙ pro ſua perſona de redditibꝰ ep̄a
tus non expendebat. x. florenos in an
no. totū dabat in eccleſijs ⁊c̄. Dicať cū
ſenex ſemel viſitaret ep̄atum equitanſ
in aſino pro neceſſitate vt xp̄s ⁊c̄. Ob
uiauit duobus in equis. Dicatur hiſto
ria quomodo equi timuerūt. ⁊ milites
ceciderūt. ⁊ indignati ꝯtra b. M. queꝫ
non cognoſcebāt dederunt ei calces ip
ſo nihil dicente ⁊c̄. Ex iſta patientia ⁊
aſperitate cordis. deus fecit ſibi grati
am in mortuis ſuſcitandis ac ſi a ſom
no eos excitaret. Moral'r iuxta illud
apl'i ad. col. 6. Mortificate mēbra ve
ſtra ⁊c̄.

Quinta virtꝰ fuit firmitas vite: quia
perſeuerauit in his aſperitatibꝰ ⁊ vir
tutibus vſq; in finem. Uixit. n. centū
annis. Et in fine deus miſit ſibi ange
lum nunciantem ei diem obitus ſui. ⁊
ipſe reuelauit ſuis diſcipulis. Qui dixe
runt. Cur nos pater deſeris. aut cui
nos deſolatos relinquis. inuadent. n.
gregē tuum lupi rapaces. Rogabant
eum ut rogaret deum ut amplius viue
ret. Qui compatiens eis orauit d. Do
mine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſa
rius ⁊c̄. Medici autem qui viſitabant
eum. dixerunt ſibi ꝙ mutaret lectum
⁊c̄. Qui noluit d. ꝙ ubi uixerat mori
volebat. hoc erat magnum miraculū:
quia ſi aliquis modo vellet facere ecc̄

ſtulticia. quia ſi aſinus oneratus cadit
oportet deponere onus. ⁊ iacebat reſu
pinus vt per quandam trapã reſpiceret ce
lum. Et fuit ſibi dictum ut verteret ſe
Reſpondit. Sinite me inquit celum
videre ut ſpiritus dirigatur ad domi-
nũ. Finaliter venit dyabolus ad eum
auiſar: quia quantũcunqȝ homo ſit ſanctꝰ
in fine ueniunt demones. uirgo maria
obtinuit pro gratia ne in fine videret
demones. Martinus autem reprehen
dens eum dixit. Quid hic aſtas cruen
ta beſtia. nihil in me reperies. dicitur
cõiter ꝙ dyabolus reſpondit. Martie
⁊ quid de obolo. Dicitur ꝙ quãdo bea
tus martinus erat puer. 5. annorum i
uenit vnum obolum: qđ recepit ⁊ non
reſtituit. ⁊ dyabolꝰ habebat illud pec
catum in ſcriptis. Et beatus Mar. nõ
recordabatur. Sed orauit deum quid
uellet dicere hoc. ſ. obolo de quo dya-
bolus ita letabatur. Et dominus ſibi
reuelauit: ⁊ ſtatiȝ confeſſus eſt. ⁊ reſti
tuit. Modo cogitate hic ſi ꝑ taȝ modi
co cõtra ſanctũ viꝝ dyabolus ⁊c̃. quid
faciet de te uſurarie qui tot milia flore
norum ⁊c̃. quãdo diabolus dicet. ⁊ los
c. vel mille flor. de uſura. furto. uel ra
pina ⁊c̃. Et uos iudex qui de ſententia
iniuſta habuiſtis tot ⁊c̃. Et tu latrõ.
Jdeo modo de bona hora reſpiciatis
domum capſam. ⁊ burſam. ⁊ reſtitua
tis etiã ſi deberetis uendere ⁊c̃. Dica
tur quõ tradidit animam ſanctiſſimã i
manibꝰ angeloꝝ: ⁊ fuerunt auditi can
tus angelorum. Dicatur miraculũ qđ
factum fuit cum corpꝰ honorifice por-
taretur ad ſepulcrũ de duobꝰ pauperi
bus. Ceco. ſ. ⁊ claudo. Cecus. n. porta
bat claudũ. ⁊ claudus dirigebat ceco
uiam. ⁊ gentes uidendo tantam cari
tatẽ dabãt eis largas elemoſinas. Qñ
ergo audiebant miracula que corpus
beati martini faciebat nolẽtes curari
ne queſtuȝ amitterẽt. voluerunt diuer
tere ne obuiarẽt ſacro corpori. cui pre
ter intentionem obuiauerunt ⁊ curati
ſunt. i quo innuitur magna ſãctitas cũ
in miraculis requiratur fides ⁊ deuo
tio patientis. De xp̃o legitur ꝙ fecerit
pauca miracula in nazareth propter eo
rum indeuotionem. Jdeo debemus ꝑ
ſeuerare in bona vita: quia xp̃s dixit
Mat. 10. Qui perſeuerauerit vſqȝ in fi
ne hic ſaluus erit. Deo gratias: Amẽ.

¶ Jn feſto ſancte Cecilie vir. ⁊ mar.

Liberaſti me domine de perditio
ne. Eccl̃ci. vi. recitatũ ẽ i ep̃la
hodierna. Jn ſancta eccl̃ia fit
feſtuȝ. ſolennitas. ⁊ officium vniꝰ glo
rioſe virginis ⁊ mãtiris beate Cecilie
⁊c̃. Salutetur virgo maria. Uerbum
iſtud intelligo in perſona beate cecilie
virginis. que regratiãs dixit. liberaſti
me domine a perditione. Modo ego in
uenio in ſcriptura ꝙ in hoc mũdo ſũt
quinqȝ perditiones hominum ⁊ mulie
rum ex peccatis a quibus liberauit
beatam ceciliam.

¶ Prima eſt anime. q̃ ꝓuenit ex peccato
ſuperbie.

¶ Secũda corporis q̃ ꝓuenit ex peccato
luxurie.

¶ Tertia tp̃is. q̃ prouenit ex pc̃õ accidie.

¶ Quarta diuitiarum q̃ venit ex peccato
auaricie.

¶ Quinta glorie que ꝓuenit ex peccato
inconſtantie.

¶ Dico ꝙ pª ꝑditio ẽ ⁊c̃. Jã ſcitis ꝙ õ q̃lȝ
iſtaꝝ ꝑditionũ deꝰ liberauit beatã ceci
liã. Jđ ipa ñ ĩgrata ĩgratiaꝰ ſibi õ tãto
bñficio d. Dñe tu me liberaſti õ q̃libȝ
iſtaꝝ ꝑditionũ. Jã ſcitis ꝙ aĩa hȝ iſtaȝ
excellentiã ſuper aĩas iumentoꝝ aĩali
um. ⁊ uolucrũ: q꞉ habȝ rationẽ. diſcre
tionẽ. ⁊ itelligẽtiã. Sȝ peccatũ ſupbie
fac̃ ꝑdẽ aĩaȝ: q꞉ aufert ſibi rõeȝ. diſcre
tionẽ. ⁊ itelligẽtiã. Recte enĩ ſupbia ẽ
ut freneſis q̃ fac̃ ridẽ. ⁊ cãtare ĩfirmũ
cũ ſit i pũcto mortis. uel ſicut ſentẽtia
tꝰ ad furchã. Si qñ duceretꝰ iret cantã
do. ridendo ⁊c̃. ſtultus iudicaretur ab

oībus. Ita recte ē de ſupbis. Certū eſt
ꝙ oēs vadimus ad mortē ex ſentētia a
deo iudice data tam diuitibꝰ ꝙ̃ paupe
ribus. Oēs tam hoīes ꝙ̃ mulieres.
parui ⁊ magni. oēs morimur. ad heb.
9. Statutū ē hominibꝰ ſemel mori. Er
go qñ ſuperbus vadit ornatꝰ pompoſe
⁊c. ſtultus pōt reputari: qꝛ cantando
⁊ ridēdo vadit ad mortē cū deberet fle
re: qꝛ mortē tenet ad gulam. De iſta ꝑ
ditōe tobias filio ſuo. ſic dicebat. tobi.
4. Superbiā nūꝗ̃ in tuo ſenſu aut ī tuo
verbo dn̄ari ꝑmittas. in ipſa enī initiū
ſumpſit oīs ꝑditō. Utinā vos ita īſtrue
retis filios veſtros vocando eos. ⁊ do
cendo eos. dicendo ſibi. fili caue ⁊c.
Nō oīs perditio. ſ. angeloꝝ ⁊ hominū.
Angeloꝝ: quia poſtꝗ̃ deus creauit an
gelos in celo maior oīum erat lucifer
vt dicit gregoriꝰ. cui deꝰ dedit maiori
tatē ſuper oēs creaturas. Et nō conten
tus voluit deo parificari. ⁊ reuelauit
alijs. Et aliqui adulādo approbauerūt
Ecce hic ꝑditō luciferi ⁊ alioꝝ applau
dentiū ſibi. Secūda perditio fuit homi
nū. Deꝰ ab initio creauit adā. ⁊ euā cū
tanta ſciētia. ꝙ dicunt doctores ꝙ ex
tūc non fuit phs nec doctor qui tātum
ſciret. Sed nō ꝯtenti voluerunt ſcire
vt deus bonum ⁊ malū. Idō expulſi fue
runt de paradiſo. Et fuiſſent dānati ni
ſi qꝛ penitētia iuuit eos. Ecce ſcđa ꝑdi
tio. Sꝫ ab iſta fuit liberata beata ceci.
qꝛ ī tāta humilitate ꝯſeruauit ſe. ꝙ nū
ꝗ̃ habuit ſupbiā ī ſua mente. Tria ſunt
q̄ cōiter dant ſuperbiā mulieribꝰ ⁊ pu
ellis. Et ꝗ̃tum ventum ſupbie habet il
la que hꝫ iſta. Sed beata Ce. ꝗ̃uis iſta
tria habuerit. nō tamē ſuccubuit ſed
armauit ſe ꝯ̄ ventū ſuperbie. Primū ē
pulcritudo corporis ⁊c. Sed nō ſic bea
ta Ce. Nam cum eſſet pulcrior omnibꝰ
domicellis romāis. ne ſupbiret recipie
bat ieiu. ⁊ abſtinentiā ut eſſet dſcolori
da. Modo ē̄ totū oppoſitū: qꝛ non ſolū
diminuunt de pulcritudine. imo augu

mentāt cū diuerſis aquis ⁊ coloribꝰ.
vt dicaꝰ ego ſum pulcrior ⁊c. Et bea
ta Ce. dicebat. O miſera ſi ex mea pul
critudīe aliquis caderet ꝑ cōcupiſcen
tiā. quid dicerē deo. Ideo affligebat ſe
biduanis ac triduāis ieiunijs orās. do
mīo ſuā pudiciā comēdabat ut cantat
eccl'ia. Scđm qđ dat ſupbiam mulieri
bus ē copia ornamentoꝝ. ſ. veſtiū anu
loꝝ corrigiaꝝ. ⁊ iocaliū: quia lꝫ ſit pul
cra ſi nō ſit ornata erit humil'. Sꝫ quā
do ſimꝰ ꝯcurrūt pulcritudo ⁊ ornatꝰ.
Ecce motiuū ſuperbie. Sed beata Ce.
ne ſupbiret in veſtimētis ſericis ⁊ de
auratis. ⁊ ornamētis quia habebat pa
trem generoſum ⁊ diuitē: nec legiꝰ ali
am habuiſſe ꝓlem. ornabāt eāꝫ nec ex
toto audebat parentibꝰ ꝯ̄dicere in hoc
Sꝫ ad carnes induebaꝰ cilicium vt ex
eiꝰ afflictione ſtaret humiliter. Ideo cā
tat eccl'ia. Cilicio Cecilia carnē ſuā do
mabat ďſup deauratis veſtibꝰ tegebat
Tertiū ē nobilitas generis. Qñ homo
vel mulier cogitat. ego ſum de genere
regali ⁊c. Sed ꝯ̄ hoc b. cecilia cū fuiſ
ſet de maiori nobilitate romanoꝝ dice
bat infra ſe. Ego hēo duos patres. Pa
ter carnis eſt iſte ⁊c. ſed poſt in baptiſ
mo recepi xp̄m in patreꝫ ⁊ eccl'iam in
matrē. Et qꝛ ſciebat legere habuit euā
gelium xp̄i in quo legebat vl' de chriſti
humilitate. vel paupertate ⁊ ſic humi
liabatur. Ideo dicit eccl'ia. Cecilia cla
riſſima virgo abſconditum euangeliū
portat in pectore ⁊ non diebus nec no
ctibus a coloquijs diuinis ⁊ oratione
ceſſabat. In lectione enim recipiebat
deuotionem ⁊ poſt cōtemplabatur. ⁊
ſic conſeruabat ſe in humilitate. ps.
humiliabam in ieiunio animam meaꝫ
cōtra pulcritudinem corporis. ⁊ oratio
mea in ſinu meo conuertetur cōtra no
bilitatem generis. Ecce quo fuit libe
rata a prima perditione. Ideo regrati
ando deo dicit. Liberaſti me a perditio
ne ⁊c.

Secunda perditio ex qua multi pdunt i hoc mūdo pditio corporis ex luxuria Dent due pſone eql' cōplexiōis: quarū vna ſit caſta ⁊ alia luxurioſa: lȝ ſint ei⁹ dem complexionis caſta. xx. annis viuet naturaliter pluſq̄ꝫ luxurioſa. Nam luxuria eſt vt ignis qui totum comburit. Dicatur parabola de quodam diuite qui congregauit oīa bona ſua pretioſa in quadam camera. ⁊ inferius erāt palee: ⁊ i yeme volens ſe calefacere accendit paleam inferius ⁊c. ⁊ ꝯbuſit, ⁊ perdidit totū quicqd ꝯgregauerat. Ita de luxurioſo homie vel muliere. Corp⁹ eni ē vt domus. iferius ē ſenſualitas q̄ ē plena paleis yſa. 40. Clama. Et quid clamabo. Oīs caro fenum. Supius ē ꝯſcia vbi ſunt oīa bona meritoꝝ. Sed qn̄ vult calefieri p luxuriā que non eſt niſi ignis ⁊ in ſignuȝ huius qn̄ calefit luxurioſus rubeſcit in facie. Et tandeȝ perdūtur ⁊ cōburūtur omnia bōa meritoria etiā ſi haberet tot vt virgo maria. O miſeri. ⁊ quot ſunt qui pdunt totum theſauruȝ meritoꝝ pro modica calefactōe ⁊ viuunt paꝝ. Dicit Auerois ꝙ ideo ita parum viuunt paſſeres. qꝛ ſunt valde luxurioſi. Johānes euangeliſta vixit pluſq̄ꝫ alij. qꝛ ſemp fuit virgo. Ideo quidam ſanctus regratians deo dicebat. Adiutor ⁊ protector factus es mihi ⁊ liberaſti corpus meuȝ a pditōne Eccleſiaſtici. 55. vſqȝ eſtuatus. Ignis enim luxurie dupliciter accendit̄. Primo naturalr̄ ex carnis iclinatiōe. Secūdo ex dyaboli tēptatione. ſed de⁹ iuuat bonos. Ideo dicit. Adiutor ⁊ ꝓtector factus eſt mihi. ſ. dando volūtatem ieiunandi ⁊ abſtinendi. Nota a pſſura flāme. ſ. luxurie q̄ circūdedit me. ſ. ſenſualitatē Ab iſta perditōe fuit liberata Cecilia. Dicat̄ ꝙ cum eſſet circha etatē 16. annorum. parentes ſui voluerūt vt duceret viꝝ. ſed ipſa ſecrete vouerat virginitatem. ⁊ excuſabat ſe multipliciter quia erat nimis iuuenis ⁊ neſciret reg domum. Sed ex infeſtatione parentuȝ habuit conſentire vt hēret ſponſuȝ. Et cogitauit ꝙ ſicut virgo maria hūit ſpōſum ⁊ tamē cōſeruauit virgitatem. ita ⁊c. Cogitans ꝙ mediāte dei gr̄a ipa duceret ad caſtitateȝ ſponſum. Et fuit de ſponſata cum quodaȝ nobili milite vocato valeriano qui feſtinabat vt fierēt nuptie. Sed beata cecilia orabat vt cōſeruaret̄ in virginitate. In die autem nuptiarum dicit eccleſia. ꝙ cantātibuſ organis Ceci. virgo in corde ſuo ſoli domino decātabat d. Fiat dn̄e cor meuȝ ⁊ cōp⁹ meū imaculatū vt n̄ ꝯfūdar̄. Dicatur. q̄ῡ in nocte qn̄ fuit in camera n̄ poſuit ſe in lecto. Sed qn̄ fuērunt ſoli dicit Cecilia. ſponſo ſuo. Unum ſecretum velleȝ vobis dicere qδ nunq̄ꝫ dixi alicui. nec patri. nec matri. nec ⁊c. Qui iurauit ſecretum tenere. Tunc dixit ſibi. Noueritis frater mi ꝙ ē quidā āgelus philocaptus de me qui ſi videt ꝙ me tangatis interficiet vos. Et ille q vt lupus veniebat ad ouem dixit. qd ē hoc. O vos forte diligitis alium. quia vir cum vxore bene poteſt vti matrimonio. ⁊c. Reſpōdit b. Ceci. Ego dico hoc p deſenganar vos: quia angelū dei habeo amatorem qui nimio zelo cuſtodit corpus meum. Et ſponſus incepit timere d. Niſi mihi oſtēdatis: non credam. Tunc b. Ce. orauit. Et ecce ſubito apparuit angelus cum duabus coronis de roſis ⁊ lilijs celi d. Ex parte dei porto iſtas duas coronas. vt ſicut vſqȝ hic ꝯſeruaſtis virginitatem. ēt de cetero conſeruetis. Et poſuit coronas i capitibus eorum: que non marceſſent nec pdent odoreȝ. Tunc ambo ſimul fecerunt votū virginitatis ꝙ viueret vt virgo maria ⁊ ioſeph. Ecce quomō fuit liberata ab iſta perditione non ſolum ipſa ſȝ et ſponſus. Moraliter hic habemus exemplum ⁊ doctrinā: qꝛ b. Ce. ⁊ ēt ſponſus erant virgines qn̄ venerunt ad matrimonium. Mirum ē de ſponſo cum eſſȝ

iuuenis.25.annoꝝ tam nobilis ⁊ diues
cum mō nō inueniaꝝ.15.annoꝝ qui ſit
virgo.Jam completa ē ꝓphia.dō.Coꝛ
rupti ſunt.vſqꝫ ad vnū.ſ.de adultis.
Aliqui miſeri nō cōtenti de vxoꝛibus
vadunt ad lupanar ⁊c.Quid dicemus
deo.quia tam male gubernamus nos.
Uolumus.n.equum aut aſinum eē ca
ſtuꝫ ⁊c.Audite mō.Ecce ꝓpter hoc pa
rum viuimus:nec iaꝫ moꝛtalitates re
cedunt de mundo.que antiquitus erāt
inaudite.Sed ex quo damus nos coꝛ-
ruptionibus.deus mittit coꝛruptiōes.
Ideo conſeruemus caſtitatem.O ꝗ̄ pl'
cra eſt caſta gñratio cum caritate ⁊c.
Nō multi ſunt caſti timoꝛe.ſ.confuſio
nis ⁊c.nil valet ⁊c.Sed caſtitas que ē
amoꝛe dei illa eſt pulcra ⁊c.

Tertia perditio ē tempoꝛis ex peccato
accidie. Deus dat nobis tempus.vni
dat.x.annos.alteri.xx.alteri.xxx.⁊c.
ad faciendum bona opera.vt ī hoc mū
do acquiramus paradiſum. Ipſe enim
liberauit nos a cathenis inferni ꝑ paſ
ſionem ſuam ⁊ aperuit nobis ianuam
celi per baptiſmuꝫ.Reſtat ergo vt nos
vadamus per bona opa:qꝛ ex quo cap
tiuus ē ſolut⁹ a vīcul'.⁊ pretiū redēpti
onis ē ſolutū.reſtat vt captiu⁹ vadat.
dō.Ibunt de virtute ī virtutē. videbi
tur de⁹ deoꝝ ī ſyon.Sed qd facit acci
dia:Facit hoīem redire retro.Qñ eni
homo incipit hēre diſcretionē.⁊ cogno
ſcit ſe:tunc homo incipit ambulare.
Modo dicatis mihi quantum ambu-
laſtis ⁊c.Dñe ita miſer ſum ſicut modo
ſūt.x.anni fa.Et vtinā ñ peioꝛ.Si.n.
nauis ſtaret.xx.ānis īmobilis calmes
non faciendo viā oēs mirarentur.Ita
oēs nos tranſfretamus ad celū.⁊ quot
āni ſunt ꝙ īcepim⁹ ⁊c.⁊ ſtamus in cal
mes imo retrogredimur.qꝛ ī via dei ñ
pꝛogredi.regredi eſt.Unde verbi grā.
Si queraꝛ a religioſo quot annos hꝫ ī

oꝛdīe.x.vel.xx.⁊c.Et nouici⁹ erat dēuo
tus.ſed mō nihil.Idem de clericis qⁱ ī
pꝛimo āno ſunt deuoti ⁊c. Idem d layⁱ
cis.Si queraꝛ mō ſunt.x.anni eratis
deuotus.Ita paꝝ.Et mō nil.Ecce pdi
tio tēpoꝛis Bñdictus ē qui pōt dicere.
Mō ſum melioꝛ ꝗ̄ heri.⁊ ſi placet deo
cras ⁊c.Contra iſtam perditōem dicit
ſcriptura.Ad hebꝛ.x.Nos aūt ñ ſimus
ſubtractionis filij in pditionē:ſꝫ fidei
in acquiſitionē aīe.Nota ꝙ ocioſitateꝫ
vocat ſubtractionē.Subtractio eſt qñ
de bona vita incepta ⁊ de oꝛationibꝰ
hō dimittit:mō vnum:mō aliud.dicē-
do.O nimis eſſet tot ieiunare. vel tot
oꝛōnes dicē.⁊c.Ideo dicit.Nos non ſi
mus ⁊c.Ab iſta perditione ſe cuſtodi
uit ⁊ liberauit b.Ce.Si.n.uultis ſcire
qño expendebat tempus dicam vobis.
Dicatur qño doꝛmiebat ſeparata cum
domicellis ī vna camera ⁊ ſponſus in
alia.⁊ ſurgebat ī media nocte ſcḋm illō
dō.Media nocte ſurgebā ad ꝯfitēdum
tibi.⁊ vſqꝫ ad auroꝛam expēdebat illō
tēpus.ſ.Pꝛimo.ī deuota oꝛōne.Scḋo
ī euāgelica lectione.Tertio ī deuota ꝯ
templatione.In auroꝛa aūt audiebat
miſſam deuote ⁊ cū ſilentio.Et poſt pa
rabat carnes vel legumia ꝓ xpiāis ca
ptis a tyrānis:⁊ cōfoꝛtabat eos ī cōpo
re ⁊ in aīa.Et circa meridiē ipſa tota
feſſa prādebat.nō carnes.ſed ⁊c.Poſt
dicebat veſpas.⁊ poſt hoc ibat pdican
do īfidelibus ciuitatis. In tm̄ ꝙ vna
die cōuertit.cccc.infideles ad fidē xpī
Qualꝫ dñica cōfitebaꝛ ⁊ coīcabat iux
antiq̄ꝫ ꝯſuetudinē. Ecce qño ī opibus
miſericoꝛdie expēdebat tp̄s. Non erat
ocioſa.Moꝛaꝛ hētis hic exēplū oꝛādi
quolibꝫ mane ⁊ ſero recipe certā oꝛatō
nem ⁊ ꝯtinuare dicēdo ꝯtinue genibꝰ
flexis ac ſi vidētis deū:ſignādo vos pꝛi
mo.Deide dicē lo credo ⁊c.⁊ deus erit
vobiſcū in oībus negocijs. Et ſi quolꝫ
die ñ poteſtis audire miſſam ī auroꝛa
vt antiqtus ad minus ī oī die dñica au

diatis miſſam cópletá ñ poteſtis cõicar ad munus ad paſca.

¶ Quarta pditio ē ꝛč. Auari credũt ama re pecũiá ɔgregãdo ꝛ cuſtodiẽdo ꝛ illõ facit eas pdere. De hoc dabo vob ſił'itu diné ad oculũ de duob⁹ hoībus q volũt ſe ad aliá ciuitaté tráſferre. ꝛ oībus vē ditis tenét pecuniá ꝛ ſic ē ꝙ in via p ꝙ̄ bent tráſire ſunt latrões q depdāt ꝛč. Dicũt quid faciem⁹ de pecũia portãda Dicit vnus bonũ remediũ ē p cambiũ Dicit alter auar⁹. abſit pecũia mea ibi mecũ ꝛč. Finał'r depredať ꝛ moriť fa me. alter ṽo recepto cambio vixit lete ꝛ opuléter. Iá i ꝑpoſito oēs nos oꝫ trá ſire ad aliam ciuitateꝫ. Ad hebr. 9. Nõ hēm⁹ hic manété ciuitaté ꝛč. In tranſi tu aũt ē paſſus piculoſus plen⁹ latroni bus. in quo oēs depdanť pape. reges. cardinales ꝛč. ſ. in paſſu mortis. Sꝫ qd facit prudés. in mẽſa nummulariorꝫ que ſunt man⁹ paupeꝝ ponit pecũiaꝫ ſuam aſſecurata p regē xp̄m. Ecce clauſula. Mat. 19. Da pauperib⁹ ꝛ hébis theſau rum in celo. Ideo per ſone miſericõdeſ que hic faciũt largas elemoſinas dãdo veſtes. bladum. vinum ꝛč. Dant ꝛ po nunt in menſa cambij: ꝛ in paradiſo i uēnũt ſecuritatem. anima portat litte ram cambij in fronte ſcriptam. Sꝫ di cit auarus. Non debet homo denudari donec uadit dormitum d. Ego ponam in teſtamento. O ſtulte. ꝛ neſcis paſſũ piculoſum. videtur ergo vobis ſi auari cia facit perdere pecuniaꝫ. Eccl'ci. 29. Perde pecuniam propter fratré ꝛ ami cum. ꝛ nõ abſcõdas illá ſub lapide i p ditionem. Nõ perdere pecuniam. Aliq qñ dant elemoſiná credunt ꝙ pdatur. Sed talis perditio bona eſt etiá ſemia tor videť perdere grana. ſed bona pdi tio ē ꝛ fructuoſa. Jõ dicit perde ꝛ non abſcõdas illam ſub lapide duro auari cie i pditiõem. Jõ b. Le. qñ icepit perſe quutio ꝯ xp̄iãos cogitauit ſe cito mori turá. Jõ anteꝙ̄ veniſſꝫ ad paſſum picu loſuꝫ fecit cãbiũ ꝛ poſuit i mẽſa ꝛ i ma nibus paupeꝝ pecũiá: vocatis domicel lis ſuis ꝙ̄s nutriuerat ad ſeruitiũ dei. Ill' que voluerũt viuere i virgĩtate di miſit aliqd vt poſſent viuē ēt cũ labori bus caꝝ ne eēnt ocioſe. Aliaꝫ ṽo pecu niam dedit viduis: orphãis: ꝛ captiuis ꝛ ſolam domũ ſibi retinuit. Jõ vrbãuſ papa dixit de ea. Famula tua dñe q̄ſi apis argumẽtoſa tibi deſeruit recipiẽs flores ab exẽplis ſcõꝝ patrum ꝛ faciẽs fauũ ſcitatis. Morał'r imitemini eam. quia de certo quicquid retinetis in paſ ſu erit depredatũ ergo de quo viuetis in alio mũdo. Si. n. pro iſta modica ꝛ miſerabili vita ꝛ incerta tantũ labora tis. nunquid pro illa vita beata perpe tua ꝛč. Mittatis ergo ibi aliqd vnde vi uatis. Jdeo xp̄s Mat. 5. Beati miſicor des qm̃ ipſi miſicordiá ɔſequeť

¶ Quinta perditio eſt glorie ex inconſtá tia. Quando. n. homo incep't bonam ꝛ ſanctam vitam vel in religione vel in ſacerdotio vel i mr̄imõio. ꝛč. homo va dit ad paradiſum recta via. Sed ſi illa bona via dimittitur perditur gloria. Dicať ſimilitudo de curſoribus incipiē tibus ardenter currere ad brauiuꝫ qui propter ſpinas dimittunt curſum ꝛ alij precedunt ꝛ lucrantur. Jta accidit m'l' tis. O quot ſunt religioſi qui ardenter incipiunt currere ad chriſtum. qui in capite curſus tenet coronam in mani bus. i. animando clamat d. illud Mat. xi. Uenite ad me omnes q laboratis ꝛ onerati eſtis ꝛ ego reficiam vos. Sed cauete a ſpina. Spine ſunt deriſiones ꝛ truffe quas mali faciunt de bonis ꝛ deuotis. Si vero ille timens dicat. O miſer omnes truffantur de me. dimit tit propoſitum bone vite ꝛ perdit ſic co roná gł'ie. Alij dimittũt ꝑpter modicá ĩfirmitaté capitis vł' ſtomachi vel tem ptatõis dyaboli uel occaſionis mundi dicẽdo. O miſer ego nõ cõſueui iſta ha bere ꝛč. Jõ dimittit bonam vitam ꝛč.

Eccl'ci.2. Ue his qui perdidert̃ ſubſti
nentiam ꝛ qui dereliquerunt uias re
ctas ꝛ diuerterũt ĩ uias prauas. Et qd
facient cũ inſpicere inceperit dñs. ſ. in
iudicio particulari uel generali. Sed
beata Ce. ĩ uita ſancta ꝛ v̾tuoſa quã ĩ
cepit ꝯtinuauit de bono ĩ meliꝰ uſqꝫ ad
finẽ. ꝛ tũc habuit coronã ꝑ martirium
Poſtq̃. n. preſes uocauit ſponſum ſuũ
uocauit eã querens d̾ ſua conditiõe.
Que rñdit. Stulte q̃ris: qꝛ uel queris d̾
conditione ſpirituali. De iſta dico ꝙ
ſum xp̃iana. uel queris de carnali. de
iſta dico ꝙ ſum nobilis. Si dicat̃ quar̃
reſpondit cũ iniuria ꝛc̃. Rñdeo. qꝛ ipſa
erat tam pulcra ꝛ ille erat luxurioſus
ꝛ timuit. iõ ꝓuocauit ipſum ad iram.
Et iudex. Tu es ſortilega ꝛ fatilhera
qꝛ peruertis corda gentiuꝫ ut pꝫ ĩ uiro
tuo qui mortuus ẽ q adorauit homiem
crucifixum. Rñdit ipſa. Ego nõ ſuꝫ ſor
tilega: ſed opus ẽ ſpũs ſancti. Tunc iu
dex dedit ſentẽtiaꝫ ut eẽt aduſta ut ſor
tilega. Sꝫ ut penã haberet fecit eã po
ni in balneo ſicco ꝛ ignito in quo ſtetit
per unã diem ꝛ noctẽ ꝛ orauit d. ꝙ pa
rata erat mori. ſed uellet priꝰ diſtribue
re domũ ſuam. Et fuit exaudita a dño
ꝛ non fuit in balneo mortua. Et erat
magna ratio. quia ignis luxurie illud
corpus nõ ꝯbuſit. ideo nec ignis mate
rialis. Ex quo miraculo multi conuer
tebantur. Tunc iudex precepit eam de
capitari. Que ter percuſſa nõ fuit mor
tua. Et erat lex romanis ꝙ ĩ decapita
tione nõ darentur niſi tres ictus. Tũc
amici receperũt eam dicendo. Filia qd
eſt hoc. Reſpõdit Triduanas a dño po
poſci inducias ut domũ meam eccl'iaꝫ
ꝯſecrarem domino. Quo facto expira
uit ꝛ fuit coronata. Ideo eius exẽplo
ꝯtinuate in bona uita ꝛc̃. Deo grãs.

In feſto bt̃i clemẽtis pape ꝛ mar.

Quiſ putas eſt fidel' ſuꝰ: ꝛ pru
dẽs. Hẽtur verbũ iſtud textuali
ter Mat. 24. ꝛ o. ſicialiter ĩ euã
gelio hodierno. Sicut feſtũ ꝛ ſolẽnitaſ
p̃ſentis diei in ſancta matre eccleſia ẽ
vniꝰ glorioſi ꝛ mirabil' mãtiris b. Cle
mentis. ita ẽt erit ſmo noſter. ꝛ habe
bimus mł'tas bonas doctrinas ſpecu
latiuas ad illuminationẽ intellectuũ.
ꝛ morales ad correctionẽ vitiorũ ꝛ in
formatõe; v̾tutum. Sꝫ primo ſaluteſ v̾
go maria ꝛc̃. Uerbũ propoſitũ ſecũdũ
itellectum quẽ volo ꝯtractare indiget
declaratõe. Pro qua ẽ ſcieñ ꝙ regula
ẽ ꝛ doctrina vniuerſalis in theologia
ꝙ dat ꝛ diſtribuit deꝰ gloriam celeſtẽ
paradiſi ſm bonam vitam quã homo
tenet in hoc mũdo tanto. Rõ huius ẽ
Nõ credatis ꝙ veniat ex aliqua obliga
tione ex parte dei: qꝛ deus nõ obligat̃
creature. ſed ex gratioſa ꝛ voluntaria
ꝓmiſſione ſua: qꝛ ita ipſe promiſit. De
hoc dabo vobis vnã ſimilitudinẽ quaꝫ
ipſe tangit. Si aliquis dñs hꝫ captiuos
qui ſeruiunt ſibi. obligatur dñs dare
eis ſalariuꝫ pro ſ̾uitio. nec dare eis he
reditatẽ ſuam? Certum ẽ ꝙ non: quia
iam ex debito captiui tenentur ſeruire
dño ſuo. Sed ſi dñs pie ꝛ gratioſe pro
miſit captiuis dare ſalariũ pro quolibꝫ
opere: tũc tenetur nõ ex obligatiõe ne
ceſſaria ſed volũtaria. Ita ẽ de nobis.
Certũ eſt ꝙ ſumꝰ ſ̾ui ꝛ captiui xp̃i ſan
guine ſuo empti. 1. cor. 6. Empti eſtis p̃
tio magno. Pretium eſt ſanguis xp̃i. 1.
pe. pr͂o. Nõ corruptibilibꝰ auro vel ar
gento redẽpti eſtis de vana veſtra con
uerſatõe paterne traditionis: ſꝫ pretio
ſo ſanguine agni ĩmaculati ihu xp̃i. Ex
quo. n. empti ſumꝰ captiui ſumus. ho
nor eſt eſſe captiuum tanti dñi ꝛ eſt ne
ceſſaria gratioſa ꝓmiſſio. Si aũt dice
ret. Et nũquid eſtis captiui mei: ſ̾uiui
ſtis mihi: feciſtis ꝙ debuiſtis. al' poſuiſ
ſem vos ĩ carcere inferni. Ecce aucto
ritas. Nũquid gratiam habet ſeruiſ ille
qui fecẽ que nõ puto Luc. 17. Sic ꝛ vos
cum feceritis oĩa que precepta ſunt vo
bis dicite ſerui ĩutiles ſumus ꝙ debui

mus facere fecim⁹. hic tangit xp̄s quic
quid vobis dixi. S; ex ſua volūtaria ⁊
gratioſa ordinatione nō vult ꝙ ſine ſa
lario ſeruiam⁹ ſibi. imo pro quol; bono
opere q̄ntūcunq; modico amore ſui fa-
cto vult dare ſalariū. ⁊ q̄nto ſunt melio
ra. ⁊ maiora tāto maius ſalariū. Ecce
auctoritas. Nōrius fuit b. Mat. maior
de tota exceptione Mat. 16. Fili⁹ homi
nis venturus ē in gloria patris ſui cu;
angelis ſuis ⁊ tūc reddet vnicuiq; ſm
opera eius. Ecce ergo vnde vēit retri
butio. Cum ergo b. Cle. mr̄. glorioſus ī
hoc mūdo fecerit mlt̄a opera virtuoſa
⁊ meritoria ⁊ fuuit ī vita ap̄lica. ideo
poſſumus cogitare ꝙ habuit magnam
remunerationē in paradiſo. De hoc q̄
rit thema ꝙ eſt interrogatio admirati
ua de maximo p̄mio glorie b. clementiſ
propter egregia merita vite ſue. Quiſ-
putas mō eſt in gloria: Ex p̄dicta regu
la b. clemens qui in hoc mūdo fuit xp̄i
fidelis ſeruus ⁊ prudēs. Patet thema.
Et tangit tres maximas virtutes ⁊ ex
cellentias. ⁊c̄.

Prima ē credulitas dīnal': Ibi fidelis.
Scd̄a humilitas cordialis. Ibi ſeru⁹.
Tertia ſagacitas virtual'. Ibi prudēs.
Ratio. dicit thema admiratiue quiſpu
tas ē fidelis ſuus ⁊ prudēs.

Dico p̄io ꝙ b. clemēs habuit creduli-
tatē diuinalē q2 fidelis. Ille dicitur fi
delis deo qui firmiter credit veritates
fidei per deū incarnatū reuelatas: ⁊ ſe
cundū ꝙ fides xp̄iana tenet ⁊ ꝯfitetur
Iſtam habuit b. clemens. Nō qualiter
venit ad iſtam credulitatē. Dicit eius
yſtoria ꝙ tempore ap̄lorum b. clemēs
erat ī roma que tūc florebat. filius ma
gni dn̄i ſed nūquam vidit parentes ſu
os: de quib⁹ audiebat multa a narrāti
bus ⁊ deſiderabat eos videre: ⁊ deſide
rabat ſcire ſi erat alia vita q2 adhuc gē
tilis: Et cu; eſſet bonus ph̄s dicit yſto
ria ꝙ diligēter ibat per ſcolas ⁊ moue
bat queſtionem ſi erat alia vita. vel ſi
quando moriebatur corpus moriebat̄
etia; anima. Et quando cōcludebatur
pars negatiua recedebat triſtis. quan
do autem alio argumēto inſolubili cō
cludebat̄ affirmatiua ꝙ. ſ. erat alia vi
ta in qua anime viuebant: erat multū
letus. Dicēs o adhuc videbo parentes
meos. Ad praticā. Tunc tēporis in ro-
ma erant. 5. ſcole principales. ſ. tres
ph̄oꝝ ⁊ due theologoꝝ. In ſcolis legu;
non curatur de īmortalitate anime. de
ſcolis ph̄oꝝ habet̄ act. 17. Prima ſcola
erat de epicuris eoꝝ magiſtro vocato
epicurio. Iſte tenebat ꝙ felicitas ho-
minis conſiſtit in delectatōibus carniſ
ſ. comedere. bibere. dormire. luxuriā
facere. Iſti nō credebant aliā vitam.
Et ſumebāt fundamentu; auctoritate
illius magni ph̄i ſalomonis qui in libro
Eccl'es. 3. Dixi in corde meo d̄ filijs ho
minū vt probaret eos deus. ⁊ oſtende
ret ſimiles eē beſtijs. Idcirco vn⁹ eſt
interitus hominis ⁊ iumentoꝝ ⁊ equa
vtriuſq; conditio. Sicut morit̄ homo
ſic ⁊ illa moriūtur. Simil'r ſpirant om
nia ⁊ nihil habet homo iumēto ampli⁹
⁊c̄. Fortis auctoritas ē niſi bene intel
ligatur. ⁊ multi errant hic. Uerum eſt
ꝙ ſalomon dicit iſtā auctoritatem: ſed
ipſemet in ipſo libro declarat quō in
telligitur d. in multis locis dicti libri.
Uidi cuncta que fiūt ſub ſole. Aīa au
tem rationalis nō fit ſub ſole. ſ. virtu
te ſolis nec influentiarū nature vt ani
me iumentoꝝ: quia non eſt effectus ſo
lis nec celi ⁊c̄. ſed fit ſupra ſole;. ſ. vir
tute dei ⁊c̄. qui eam creat ⁊c̄. Salomō
autem loquitur ſolum de ſenſualitate.
⁊ de his que habent eſſe ſub ſole ⁊ iſte
ē intellectus verus dicte auctoritatis.
B. autem clemens audiens iſtam opy.
triſtis recedebat. Secunda ſcola erat
ſtoycorum qui tantum felicitatē huma
nam ponebant in honeſtate virtuali
Iſti erant aliqualiter meliores. Uiue-
bant diſcrete. iuſte. ⁊ prudenter tēpate

⁊ fortiter cõtra inclinatões carnis hu
militer. Sed aliqui coꝝ dicebãt ꝙ ani
ma moriebat̃ cum corpore ſimul. ⁊ con
ſequenter ꝙ tota felicitas erat in hoc
mũdo viuendo virtuoſe ⁊ moraliter.
Unde decipiebant̃ in hoc: quia quãdo
aliquis moriebat̃ non videbãt aliquid
exire de corpore hominis ſicut nec de
corpore beſtie q̃tumcunq; obſeruarẽt
Sed ecce hic deceptio eoꝝ: quia aĩa q̃
diu ẽ in corpore non poteſt videre niſi
corporalia. Ratio q: vellum carnis im
pedit: Uerbi gratia. Si ego tenerẽ vi
treas rubeas quicquid viderẽ eſſet co
loris rubei. Ita ẽ ẽt ꝺ aĩa. Quãdiu.n.ẽ
in corpore nõ poteſt videre niſi copora
lia ſ; dimiſſa carne ſtatim uidet ſpirit⁹
angelicos bonos ⁊ malos ⁊ aĩas. infer
nũ purgatorium celum ⁊c̃. Ideo apl̃s
i. cor. i;. Uidemus nũc p̱ ſpeculum in
enigmate tunc autem facie ad faciem.
Aliqui alij dicebãt qui erant de iſta ſco
la melius ꝙ eſt alia uita ut ĩ Seneca.
Dyogenes. Ariſtotiles. ⁊ multi alij fa
cientes iſtas rationes. Certũ ẽ ꝙ domi
nus potens ſanctus ⁊ iuſtus ſuis boniſ
ſeruitoribus dat remunerationẽ malis
aũt ſeruitoribus dat punitionem. Cum
ergo pr̃ia cauſa uel pr̃iceps ſit domin⁹
potens ſapiens ⁊ iuſtus. Ideo ⁊c̃. Cu;
ergo boni in hoc mũdo nõ remuneren
tur imo multi bõi habẽt hic multas mi
ſerias ⁊ deſolationes nec mali puniun
tur imo habent hic multas ꝯſolatões.
ergo dicebãt ipſi oꝫ dicere ꝙ alia uita
ẽ in qua boni premiantur ⁊ mali puni
untur. Quãdo b. clemẽs audiebat iſta
conſolabatur ſperans uidere parẽtes.
Tertia ſcola eſt p̱ipatheticoꝝ qui ponẽ
bant felicitatẽ humanã in ueritate in
tellectuali. De iſta erat Ariſtotiles.
Plato. Socrates Anaxagoras ⁊c̃. qui
ſemper ſtudebãt ad cognoſceñ uerita-
tem. Iſti tenebant ꝙ erat alia uita in
qua anime uiuebant faciendo unã ra-
tionem quã tangit ph̃s in libro de ani

ma. ſ. ꝙ ſubſtantia ſpiritualis qual̃ eſt
aĩa rationalis nõ accipit eſſe ſuũ nec
uiuere nec durationẽ a re corporali.
imo ipſa cõicat rei corporali eẽ. uiuere.
⁊ durare. Cum ergo anima rationalis
ſit ſubſtãtia ſpũalis ut patet per intelle
ctum eleuatũ ſuper omnia corporalia.
⁊ nihil recipit a corpore imo dat eẽ cor
pori. Anime aũt iumentoꝝ recipiunt eſ
ſe a corporib⁹. Ideo deſinentib⁹ corpo
ribus deſinunt eſſe. S; non ſic de ani
ma rõnali. Iſta ratio cõſolabatur mul
tum beatũ Cle. q: iſti erãt maiores ph̃i
ſed non erant xp̃iani. Quarta ſcola eſt
iudeorum. Et iſta ẽ theologie in qua in
uenit duas opiniones ſm̃ ꝙ erant due
ſecte iudeoꝝ. ſ. ſaduceorum ⁊ phariſeo
rum. Saducei nõ credebãt aliam vitã
q̇. ꝙ moyſes nõ fuit loquutus ꝺ alia vi
ta p̱mittente gloriã bonis nec penã;
malis. ſed oẽs promiſſiones facit ĩ hac
vita ĩ ſignum. S; errabant ĩ hoc: quia
lex moyſi ſolum fuit ordiãta ad finẽ re
gis meſſie qui fuit finis ⁊ termin⁹ illi⁹
legis. Ideo nihil p̱mittebat in alio mũ
do q: hoc ſpectabat ad meſſyam. Ideo
moyſes nõ fuit loquut⁹ de alio mũdo.
Mirum eſt ꝙ moyſes loquutus fuit ꝺ
creatiõe iumentoꝝ ⁊ nihil dixit ꝺ crea
tione angelorum. Ratio. quia loqueba
tur populo rudi confidens ꝙ rex meſſi
as declararet ea que ſunt alterius mũ
di. Ecce quare ſaducei errabant. Ideo
dixit xp̃s Mar. i2. Erratis neſcientes
ſcripturas neq; virtutem dei. Alia ſe
cta erat phariſeorum. Et iſti credebãt
aliam vitam. Quĩta ſcola erat xp̃iano
rum. Primus qui legit theologiã in ro
ma fuit b. Barnabas ⁊ poſt legerũt ibi
Petrus ⁊ Paulus qui clare dicebant
p̱dicabant ⁊ declarabãt ꝙ ẽ alia vita ĩ
qua boni a deo p̱miantur ⁊ mali puni
untur O dicit b. Cle. iſti bene dicũt ſ;
male p̱bant. Et illi. Nõ probamus. ex
pecta modicum. Et poſtq̃ p̱dicauerunt
de alia vita in ſignum probationis ſu-

ſcitabant aliquem mortuum eis porta
tum facientes redire animam de alio
mūdo. Ecce ratio ⁊ argumentum inſo
lubile. Cogitate quomodo b. Cle. inter
rogabat ſuſcitatum vnde venerat. ⁊
quid in alio mūdo viderat. Et illumia
tus ex doctrīa huius ſcole credidit fir
miter ⁊ baptizatus ē. Ecce quō b. Cle.
venit ad credulitatem diuinalē: quia fi
delis: Et pōt dici illud. i. cor. 4. hic. ſ.
rome iam querit inter diſpenſatores
ut fidelis quis īueniatur. Moralr̄ habe
mꝰ h̄ doctrinā ex quo habemus certi
tudinem infallibilē ꝙ eſt alia vita bōiſ
glorioſa ⁊ malis doloroſa. Inſtruimur
ut hanc uitam recipiamus tanq̄ uiam
ꝑ quā tranſimus. Aliqui intrant ꝑ por
tam natiuitatis. ⁊ aliqui exeunt ꝑ mor
tis portam vbi ſunt homines ⁊ mulie
res qui erāt modo ſunt mille anni ⁊c̄.
Quomodo debemus ergo nos hic pre
parare. Ideo dicit ſcriptura ſapi. 3. Iu
ſtorum anime in manu dei ſunt ⁊ non
tanget illos tormentum mortis. viſi
ſunt oculis inſipientium mori illi autē
ſunt in pace ergo ſtulte ut dr̄. Ioh. 20.
Noli eſſe incredulus ſed fidelis.

Dico ſecūdo ꝙ b. Cle. habuit humilita
tem cordialem: quia ſeruus. Hoc nomē
ſeruus ē humilitatis. Uultis cognoſce
re ſuam humilitatem. Scieñ eſt ꝙ poſt
q̄ b. Petrus apoſtolus predicauit cir
ca. 38. annos poſt xp̄i aſcenſionē. deus
reuelauit ſibi mortē. Qui cōgregatis
xp̄ianis ī roma dixit. Certꝰ ſū ꝙ velox
eſt depoſitio tabernaculi mei ſecundū
ꝙ ⁊ dominꝰ noſter ihs xp̄s ſignificauit
mihi. Ideo vellē tenere modum quem
xp̄s tenuit an̄ ſuā paſſionē q ordīauit ō
me ſucceſſor̄ ſuo. Ita volo ego facere.
Notifico vobis quē reputo ad hoc ſuffi
cientē et nominauit beatū clementem
eminentia ſapientie ſanctimonie ⁊ po
tentie ad faciendū miracula. Et beatꝰ
Cle. cepit ſe totis uirībꝰ excuſare. Mo
do notate hic magnam ſanctitatē bea
ti Cle. quia quando ſanctus petrus di
xit iſta verba adhuc viuebant aliqui
apoſtoli vt bea. Iohannes ⁊ Iacobus
minor. ⁊ multi diſcipulorum vt lucas
⁊c̄. ⁊ nullum nominauit niſi beatum
clementem in quo concluditur maxi
ma ſanctitas vite ⁊ excellentia beati
clementis Sed ipſe excuſauit ſe humi
liter. magis voluit eſſe ſeruus q̄ domi
nus iuxta conſilium chriſti d. Mat. 20.
Quicunq; voluerit inter vos maior
fieri ſit veſter miniſter. Quicunq; vo
luerit inter vos miniſter eſſe erit ve
ſter ſeruus. Mortuo ergo beato petro
chriſtiani. prelati. ⁊ epiſcopi congrega
uerunt ſe ad eligendū. Et licet nun
dum nominaretur hoc nomen cardi
nalis. Iam tunc habebant officium ⁊
vnus propoſuit quomodo vicarius chri
ſti b. petrus obierat ⁊ eccleſia erat ſi
ne paſtore ⁊ capite ⁊ ideo ꝙ eligerent
Dixit alius. quomodo b. petrus nobis
declarauit ⁊ nominauit ſucceſſorem
ſuum beatum clementē. Ideo per cō
munem inſpirationem eligimus eum.
B. autem clemens volens hoc impedi
re ſurrexit d. Domini Uerum eſt ꝙ b.
petrus me nominauit. ſed non me fe
cit papam. nec expedit eccleſie aliquo
modo ꝙ ego ſim. Ratio. quia ſi ex no
minatione beati petri vos me eligitis
intrabit conſuetudo in eccleſia dei ꝙ
papa ante q̄ moriatur ſibi eliget ſuc
ceſſorem ⁊ paulatim veniet corruptio
ꝙ fiet per ſucceſſionem carnalem. quia
papa eliget nepotem ſuum vel filium.
Ideo reſponderunt omnes Bene. be
ne. Et fuit determinatum ꝙ ipſe non
eligeretur. ſed ꝙ eligerent linum quē
b. petrus non nominauerat. Itē mor
tuo lino congregati ſunt etiam ad eligē
dum clementem. qui dicit eadem ratio
ne ⁊ elegerunt cletum. Quo mōtuo cō
gregati ad electionem ⁊ elegerunt cle
mentem. dicendo pro certo expedit

ſatiſfacere uoluntati beati petri nec
ualuit excuſatio. quia iam duo tráſiue
rant. Et factus fuit papa. Si tantum
facerent ſe mō rogare nō eſſet unq̄ ſciſ
ma ī eccl'ia. Potius eligebaᷓ ut eēt oī
um ſeruus. q̄ pōtifex ſūmꝰ. Bñ tenēbat
ꝯſiliū ſcripture. d. Eccl'ci. 3. Quáto ma
ioꝛ es. ſ. ī ſcia l' potentia ſcitate ⁊c̃. hūi
lia te ī oībus. Moꝛal'r inſtruūᷓ hic cle
rici ⁊ layci: clerici ne curēt de ꝑlatione
Nō qꝛ mō ingerūt ſe oēs. Nō ē. qꝛ mō
non ꝯſiderāt ꝑiculum nec onus vt anti
qui ſci: ſed honoré ⁊ redditꝰ. Oppoſitū
de antiq̄s ſcis: qꝛ dicit ſcriptura Sap.
6. Judicium duriſſimū in his qui ꝑſūt
fiet. exiguo. n. cōceditur miſericoꝛdia.
potētes autē potēter patieᷓ. Nō iudiciū
duriſſimū fiet eis. Dux̄ de coꝛpe. duriꝰ
de opibꝰ ꝑſonalibus. Duriſſimū ō oī
bus ſue dyoceſis. Itē layci hēnt ēt hic
doctrinam. Mō q̄libet feſtinat ad hēn
dum regimē cōitatis. Et ſunt multi q̄
neſciunt regere ſuá ꝑſoná. nec domū
ſuam: ⁊ tñ volunt regē ciuitatē totam
cum tñ eſſet fugiendū. Sed nō cōſide
rant onus nec periculum ſed gl'iam: qꝛ
oēs dicent. Dñe ⁊ tenebit manum ī fa
rina. Iō vt b. petrus in. 5. capi. ſue. 1.
epiſtole hūiliamī ſub potenti manu dei
vt vos exaltet ī tp̄e viſitatōis ⁊c̃.

¶ Dico tertio. ꝙ habuit ſagacitatē coꝛpo
ralem vel virtualē. qꝛ prudēs. Pruden
tia ſm phm. 6. ethicoꝝ. ſtat in oꝛdinan
do ꝯueniēter res in debitū finē. Patro
nus ſiue nauta maris dr̄ prudens qui
nō obſtante foꝛtuna maris ⁊ ꝯtraditio
ne ventoꝝ ducit nauem ad poꝛtum in
quē tendit. Sic ēt de nobis. Finis nr̄
ꝑꝑ quē finaliter ſumus creati ē habere
eterná gloꝛiam. Tal'r ergo debemꝰ vi
tam noſtram gubernare vt ad vitā ꝑ
ueniamus nō obſtātibus inclinatiōibꝰ
carnis. occaſionibus mūdi. ⁊ temptati
onibus dyaboli. Unde oꝛdinātibꝰ res
ad ſe ipſos. ad burſam vel ad domum

dr̄ illud yſa. 5. Ue qui ſapiētes eſtis in
oculis veſtris. ⁊ coꝛam vobiſmetipſis
prudentes. Dicitur cognoſcitis talem.
quid vobis videtur. Dicūt. ⁊ quomodo
eſt prudens. ⁊ quomodo ſciuit congre
gare. ego vidi patrem ſuum nihil habē
te3 ⁊c̃. Ue qui ſapientes eſtis ⁊c̃. Nota
quomodo b. Cle. vitam ⁊ doctrinam
ſuam ⁊ moꝛtem oꝛdinauit in gloꝛiá dei
Nota eius exilium ⁊ paſſione3 pꝛo chri
ſto. Ecce qualiter ſciuit nauigare tenēſ
conſilium beati petri. d. in prima. 4. ca
pitulo. Omnium autem finis appꝛopin
quabit. Eſtote itaq3 prudentes. Mo
raliter inſtruimur hic vt oꝛdinemus
vitam noſtrā ⁊ opera. quia neſcimꝰ
diem: neq3 hoꝛam ⁊c̃. Rogemus deu3
Amen.

¶ In feſto beate caterine virginis ⁊ mar
tiris.

PRofert de theſauro ſuo: noua ⁊
vetera ⁊c̃. Mat. 13. Secundum
ꝙ tota ſolēnitas hodierna ⁊ of
ficium eſt beate caterine. Ita erit ⁊ ſer
mo noſter. ⁊ habebimus magnas ſpe
culationes intellectuales ⁊ bōas īſtru
ctōes moꝛales. Saluteᷓ priꝰ vir. ma.
⁊c̃. Pꝛo declaratione verbi ⁊ introduc
tione materie pꝛedicāde. Sciendum ē
ꝙ chꝛiſtus volens dare modum ⁊ doc
trinam diſcipulis ſuis quomodo debe
rent pꝛedicare per mūdum ⁊ diſputaᷓ.
dedit eis talem regulam. Mat. 13. Om
nis ſcriba doctus in regno celoꝛum ſi
milis eſt homini patrifamil'. qui ꝓfert
de theſauro ſuo: noua ⁊ vetera. Scri
ba eſt nomen equiuocum ꝙ dicitur vł
ab officio ſcribendi vel a noticia ſcrip
ture. ⁊ iſto mō ſumiᷓ hic. Omnis ſcri
ba doctus ⁊c̃. Regnum celoꝛum dicit
ſcriptura ſcá: Ratio. Sicut enim celū
empireū ꝯtinet ſecreta fidei q̄ nos hic
credimꝰ ꝑut deꝰ nobis reuelauit ⁊ ad
ex̄ uidemꝰ ſolē ⁊ luná ⁊ ſtellas. lic3 nō

videamus ſecreta interiora: ita diuina ſcriptura cōtinet ſecreta fidei ſub ſenſu lr̄ali ſm tres ſenſus miſticos vz alegoricum z figuralē. tropologicuz z moralem. z anagogicū z ſupernalē qui n̄ vident. iō dr̄ celuz. Auctoritas. Mat. 13. Simile ē regnuz celoꝝ theſauro abſcōdito i agro quez qui īuenit hō abſcōdit zc̄. Ager ē ſcā ſcriptura. laboratores iſtius agri fuerūt apl'i. martires. ꝯfeſſores zc̄. Infra cuius ſenſum lr̄alez eſt theſaurus diuine cognitiōis quē q inuenit hō abſcōdit. ſ. in corde. z emit agrum illum. vendendo oīa que habet vel dimittendo vt teneat vitā apl'icam q2 aliter iſte theſaurus ſcripture ſacre non poteſt hēri. Ideo videtur i religiōſis. quia quando ſunt pauperes p̄dicāt cum gratitudine: qn̄ vero abūdant perdunt gr̄az. Ideo oportet vendere oīa. nole aliquid de mūdo vt poſſit emere theſauꝝ ſacre ſcripture. Jō dicit. Ois ſcriba doctus i regno celoꝝ. i. in ſacra ſcriptura: ſil'is ē hoi patrifamil'. datiui caſus eſt z numeri ſingularis ſm grecaꝝ declinatiōem. Quis ē iſte hō pater famil'. niſi xp̄s qui ē pr̄ vniuerſal'? Alii qui dicūtur patres ꝑticulares vt genitor: vel cōfeſſor. vel pr̄inus. Sed pater vniuerſal' eſt xp̄s q format aīam z creat corpus: baptizat z audit cōfeſſionez Mat. 23. Patrē. ſ. vniuerſalē nol te vocare vobis ſuper terram. vnus ē enim pater veſter qui i cel' ē. Huic pr̄i homo dȝ eē ſil'is. ſ. p̄dicādo doctrinas noui z veteris teſti. licet vetus teſtm̄ non obligȝ nos. tn̄ oīa in figura ꝯtingebāt ill'. Canticoꝝ. 7. Loqtur ſpūs. ſ. xp̄o homi Oia poma noua z vetera. i. auctoritates nouas z veteres dilecte mi ſeruaui tibi. Sicut ergo xp̄s in ſuis p̄dicationibus z diſputatōibus cum iudeis ſeruauit regulam. q2 cum doctrinis noui zc̄. Ita oīs ſcriba doctus cū doctrinis zc̄. Iſtā regulā tēuit b. ca. q̄ fuit i magis z ſubtilibus diſputatōib⁹ z p̄dicatōib⁹ z cū auctoritatibus noui z veteris teſtamenti. Ideo de ea dicit thema. ꝓfert de theſauro zc̄. Inuenio ꝙ b. cate. fuit in magnis z ſtrictis tribus diſputatiōibus. z i oīb⁹ deus dedit ſibi victoriaȝ.

¶ Prima fuit domeſtica ſecretament.
Scōa philoſophica apertament.
Tertia tyrānica terribelment.

¶ Sȝ ipſa cū auctoritatib⁹ noui z veteris teſti hūit victoriam zc̄. Jō dic̄ thema profert de theſauro ſuo noua z vetera. Primo. n. diſputauit cum matre ſua. Secundo cum quodam ſancto heremita. Tertio cum virgine maria. Et ecce qualiter b. Chaterina hūit quatuor excellentias. Prima nobilitas generis: q2 fuit filia regis cipri. Scōa pulcritudo maxīa cōporis. Tertia ſapiētia ītellectualis: q2 pater voluit ut adiſceret artes liberales. in quibus tm̄ ꝑfecit ꝙ null⁹ cum ea audebat diſputare. habebat. n. intellectū valde clarum. Quarta erat ditiſſima: q2 cuȝ eſſet. 18. annoꝝ obijt pr̄ z ipa remāſit heres. Et ex iſtis quatuor fama ſua extendebat per orbē. In tm̄ ꝙ filius ipatoris rome voluit eam in vxorē. z miſit nūcios ſuper hoc ad matrē. de quibus mater fuit multū gauiſa: q2 mundana erat zc̄. Et nūciauit filie. Que reſpōdit. Mater mea placet mihi pro bono cōi regni mei habere viꝝ ut dicitis. ſȝ ſicut dicitis. fama ē de prudētia mea. ideo nullo modo ducā viꝝ niſi pri⁹ videam eū: q2 ſocietas viri z vxoris nō eſt vnius diei ſed ad ſemper zc̄. Et mater replicat. Et nunqd ē licitū vos ire romā vel ipȝ huc venire ad videñ? Abſit. Ideo zc̄. Reſpōdit matri. Mater mea vos ſcitis ꝙ multi ſunt defectuoſi: vel quia ſunt fatui vel infirmi. Ideo nūꝗ ducam virum niſi videā prius. Et mater. Nunꝗ fuit filia ꝙ mulier reſpiceret virū zc̄. Reſpondit filia. Ubi eſſet ſapiētia mea Sapientia. n. dicitur vt homo ſciat ſe regere z gubernare. Et nullus enim

cattuꝫ ī ſacho. Et mater. Filia qd ergo
rn̄debimus īperatori. Quales excuſa-
tiones. Rn̄dit. Sicut vobis placuerit:
qꝛ ego nullo modo cōſentirem niſi eū
viderem. Ecce diſputatio domeſtica.
Mater vero anxia cogitauit vt ꝑ quen
dam ſenem heremitā eā ad m̄rimoniū
īduceret. Propter ꝙ fuit ſimil̄ b. cate.
ꝛ heremita. Cui dixit heremita. Audi-
ui ꝙ filius imperatoris vult vos ī vxo
rem. hoc erit magnū bonū nō ſolū vo
bis ſed ēt regno vr̄o. Rn̄dit. Sicut di-
xi matri mee. Ita ēt dico vob̄ ꝙ placet
mihi m̄rimoniū. ſed oꝫ prius me vider̄
virum quem recipiā al̄ ꝛc̄. Tunc ſcūs
heremita a deo inſpiratꝰ cogitauit tra
ctare aliud matrimoniū. Nā tunc btā
cate. erat infidel̄. ꝛ heremita dixit ſibi
qn̄o ſeruiebat vni dn̄o qui dr̄ ih̄us xp̄s
qui eſt tante potentie ſapiētie ꝛ pulcri
tudinis ꝙ ſol et luna mirantur. hꝫ ma
trem virginem ꝛc̄. Velletis iſtū in ſpō
ſum? Rn̄dit b. cate. ꝙ primo vellet euꝫ
vider̄. Tūc heremita. ergo ſola dormia
tis iſta nocte in camera ſine cameraria
ꝛc̄. ꝛ orabitis genibꝰ flexis d. virgo ma
ria per veſtra corteſia oſ̄datis filium
veſtrum mihi. ꝛ ego ex alia pte euꝫ ro
gabo vt vobis oſ̄datur. Et ipſa iā ph̄-
locapta de ieſu receſſit ab heremita cū
deſiderio expectās noctē ꝛ ornauit ca
meram ſuā. lꝫ camera filie regis ſemꝑ
ſit ornata: ꝛ accendit cereos ꝛ poſuit
ſe in orōne. ꝛ rogauit virginē ut oſ̄de
ret ſibi filiū queꝫ tm̄ heremita ſibi lau
dauerat. Dicatur qn̄o virgo maria cū
īmēſo lumīe ſibi apparuit angel̄ ꝛ vir
ginibus aſſociata. Cogitate delectatōꝫ
ꝛ maritatōem b. caterine tota ſtupida
de tanta pulcritudīe. Ad quā v̄go ma.
quare vocaſtis me? Quid vultis? Rn̄-
dit. Ut oſ̄datis mihi filiū vr̄uꝫ. Et vir
go. Placet mihi. Et eleuato mantello
oſtendit ſibi filiū etatis. 14. annoꝝ. vel
15. d. Ecce. Vultis eū. B. cat. tota igni
ta amore. rn̄dit. O bn̄dicta non vt ſim

eius ſpōſa ſed ancilla. Et ait virgo ad
filium. Et vos fili vultis eam. Rn̄dit.
Nō qꝛ turpis ē. Et ſubito tota viſio diſ
paruit. Et ipſa tota diſconſolata reman
ſit de verbo xp̄i. cū reputaret̄ pulcrior
de mundo. Et in craſtinum de mane
iuit ad heremitam narrans ſibi oīa ꝑ
ordinem. Et heremita cepit quaſi ridē
d. Veritatē dixit vobis. Vos. n. filia in
corpore eſtis pulcrior de mundo. ſꝫ nō
in anima. Sciatis filia ꝙ aīa eſt fcā ad
dei imaginem: quia eſt vna habēs tres
potentias ſeu virtutes. ꝛ declarauit ſi
bi miniſteriū trinitatis. Sed quia inte
ro creata eſt recepit maculā. ſic̄ ſi yma
go ſubmergeret̄ in cōcha plena in cau
ſtro deturparet̄ ꝛ macularet̄ tota. Ita
eſt de anima. Et cum anima veſtra ſit
adhuc maculata. ideo xp̄s qui videt n̄
ſolum corpus ſed ēt aīam dixit ꝙ eſtis
turpis. Et cate. O pater eſt aliqua me
dicina vt poſſim me lauare. Rn̄dit her̄
mita. Ita. baptiſmꝰ qui ab ipſo ꝓ hoc
eſt ordinatus. Et inſtruxit eam in fide
catholica. Et ipſa requirente baptiꝫauit
eam. Et dixit ſibi ꝙ iterum oraret ī no
cte ſequenti ꝛ faceret ſicut in precedē
ti nocte. Et ita fecit. Et virgo apparuit
ſibi vt prius ꝛc̄. Et qn̄ dixit virgo filio
placet vobis. rn̄dit. Ita. quia modo eſt
pulcra. Tūc potuit ſibi dicere illud Cā.
4. Tota pulcra es amica mea. tota pl̄
cra es. ꝛ macula non eſt in te. Tunc
virgo maria tradidit anulum b. cate.
ꝛ deſpōſauit eam filio ſuo. Ecce hic vi
ctoriam prime diſputationis ſecrete.
quia fuit ſponſa xp̄i. De nulla alia ſan
cta legitur ſimile. licet enim oēs virgi
nes honeſte: ꝛ omnis anima ſancta ſit
ſponſa xp̄i. non tamen cuꝫ tali ſolenni
tate uidendo xp̄m nec cum ānullo ꝛc̄.
Et poterat tunc xp̄s dicere beate cate.
illud Sapi. 8. hanc amaui ꝛ exquiſiui
a iuuentute mea ꝛ queſiui ſponſam mi
hi eam aſſumere: ꝛ amator factus ſuꝫ
forme illiꝰ. Moraliter hic pro mulieri

bus. Cogitate hic rationabiliter ꝙ vir
go maria poſtq̄ deſponſauit eos. dedit
ſponſe doctrinam filij ⁊ moduꝫ quomō
gubernaretur ſe uocaliter uel mentali
ter vt ſibi placuit ⁊ dedit ſibi .5. doctri
nas vt eſſet digna veniēdi ad nuptias
glorie celeſtis ⁊ ſe conſeruaret ī amore
ſponſi ſui. Prima ꝙ eſſet humilis ſicut
ſpōſus ſemꝑ voluit eſſe hūilis. hoc mō
filia fora deponatis ornamēta vana.
coronas ⁊ iocalia. camiſias. perles ⁊c.
q̄to. n. eritis humilior tāto magis pla
cebitis ſponſo veſtro. Sponſus. n. ue
ſter hꝫ ꝯtrarias cōditiones hoīuꝫ ⁊ do
minoꝝ mūdanoꝝ qui in ſuis ſponſis uo
lunt pompam ⁊c. non ſic filius meus.
Scōa. ꝙ ſcitis miſericors ut ſpōſus ve
ſter q ſemper fuit miſericors dans oīa
aurum ⁊ argētū. nil ſibi retinuit. ſic
enim placebitis ſibi. Tertia. ꝙ caue a
tis a ſocietate mala d. Noueritis filia
ꝙ filius meus ē valde zelotipus: quia
ſicut ſemꝑ fuit virgo ⁊ voluit naſci de
matre uirgine diligit ſingulariter vir
ginitatem. Nō curetis ducere ſpecialē
nec reſpicere hoīes q2 de vno aſpectu
eſt zelotip⁹. In curia ueſtra hēatis ho
mīes ⁊ mulieres ſenes. Quarta. noue
ritis filia ꝙ filius meus fuit magne ab
ſtinentie. tantum ſemel comedebat in
die. nō curans ⁊c. Iō uos filia vitatiſ
los. capōs ꝑdices ⁊c. Nā v̄ginitas ſine
abſtinentia conſeruari nō poteſt. Quī
ta ſponſus ueſter fuit ſemper diligens
orando. predicādo: Ita uos filia oretis
⁊ legatis non in libris gentilium phoꝝ
ſed euangelioruꝫ. ⁊ ſic conſeruabitis
uos in amore ſponſi ueſtri. ⁊ ī breui fa
ciemus nuptias in celo. Recte poterat
dicer̄ uirgo maria illud. 2. cor. xi. Emu
lor enim uos dei emulatōne. deſpondi
enim uos uni uiro. Promitto uobis ꝙ
b. cate. optie fuerunt iſta cōſilia ex q̄ ſci
uit ꝯditōes ſpōſi. Iō ō ea ꝑt itelligi.
illō. 1. cor. 7. Mlr īnupta ⁊ v̄go cogitat
q̄ dn̄i ſunt. vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpū.

Secunda diſputatio fuit ꝑhica aperta
ment. Dicatur quomodo tunc tem
poris quidam impator maxentius no
mine. non tamen romanus. ſed vltra
mare occupauerat ſibi totum mundūꝫ
⁊ morabatur in ciuitate alexandrie ⁊
perſequebatur xp̄ianos vt adorarent
ydola uel ꝙ morerētur. qui ī templo ſa
crificabat ydol̄. B. aūt cateria tota ar
dens amore ſui ſponſi acceſſit ad euꝫ:
⁊ intrepide dixit imperatori. Impator
de bōa ratione debui tibi exhibere ho
norem ſed non feci. quia non facis re
uerentiam creatori tuo qui eſt in celo:
ſed adoras ydola in quib⁹ demōes ha
bitant. Quomodo tu potes credere ꝙ
ibi ſint dij nec ibi ſit aliqd diuinitatis.
Eleua ocl̄os ⁊ cognoſce ꝙ ille qui crea
uit celum ⁊ terram eſt deus ſolus. vid
ordinationem ſolis: ⁊ lune. ⁊ ſtellarū
in zodiaco. ⁊ ipſa que mirabiliter ſcie
bat iſtam artem. dicit. Cogita prouidē
tiam diuinam que toti mundo prouidꝫ
⁊c. Quomodo potes adorar̄ ydola que
arte humana ſunt facta. De hoc impe
rator indignatus cepit beatam cateri
nam ⁊ incarcerauit eam. ⁊ voluit ha
bere conſilium quid eſſet de ea fieri. Et
fuit ſibi dictum ꝙ erat ſapientiſſima.
⁊ ſi per rationem poſſet vinci eſſet ma
ior victoria q̄ per tormēta ⁊ multi xp̄ia
ni ſequentur eam ⁊ placuit impatori.
⁊ miſit per omnes prouincias. ⁊ voca
uit. l. rethores in oī facultate acutiſſi
mos. neſcientes tn̄ cām eorum vocatio
nis. Cumqꝫ imperator dixiſſet eis. ꝙ
erat vna nobil̄ domicella que dixerat
quod dij noſtri erāt demones. ⁊ ꝙ non
eſt niſi vnus deus creator celi ⁊ terre
Et licet poſſem eam ſuperare tormētis
ſed tamen magis volo ut per rationeꝫ
vicat̄. Iō dico uob̄ ⁊ ꝓmitto ⁊c. ſi cā
dem rōne ſupar̄ poteſtis. Un⁹ āt eoꝝ ī
ſuperbiā eleuatus dixit. O magnuꝫ im
peratoris conſilium. ut ob unius puel
le conflictum ⁊c. ſed tamen ueniatur

cognoſcat ſe non vidiſſe ſapientē ꝑter
hodie. Et alter dixit veniat puella ve
niat: qꝛ qñ videbit cognoſcet qđ nūq̄
vidit nec audiuit ſapiētes niſi mō. hic
ē. n. flos ſcie totius m̄di ſeu orbis. An
gelus aūt dñi in nocte apparuit beate
caterine oranti ex pte ſponſi ſui confor
tans eam. ⁊ reuelauit ſibi de diſputati
one fienda. ⁊ ꝙ tota ciuitas ītereſſꝫ diſ
putationi. Dicatur qūo ī craſtinū con-
uenerūt oēs rethores ī aula īperatoris
Et īperator fecit venire btā; caterinā
ī medio eoꝝ. Cū aūt oēs tacerent. īpera
tor dixit. Qr̄ nō dicitis aliquid? Et vnꝰ
rethoꝝ rñdit. Nos venimus docere. iō
ponat ꝯcluſiōes. Ad quā īperatō. Illō
ꝙ videtur de diis dicas hic mō. Rñdit
b. caterina. Male ordinaſti imꝑator
belli tot mitter̄ ſapiētes ꝯtra vnā puel
lam. ⁊ eis feciſti magnas ꝓmiſſiones
ſi me ſupauerit. ⁊ mihi nihil promittis
Sed nolo aliquid a vobis: ſꝫ a dño ihu
xp̄o. Et ſtatim vnus rethor ſupbe dixit
Ecce de quo loquit̄ de quodā hoīe cru
cifixo tradito a ſuo diſcipulo. Nos ſpera
bamꝰ ꝙ diceret altiſſima de aſtrologia
Rñdit b. caterina. Ego īcepi loqui đ eo
qui ē pricipiū oīum opeꝝ: qꝛ đ priorībꝰ
prior ē ſpeculatio. Cū ergo xp̄s ſit prin
cipium oīum reꝝ ⁊c̄. ⁊ ph̄s cū īdignatō
ne ſpiritus voluit rñdere. Sed dixit b.
cateria nō cū ſpū: nec ira. Ira. n. impe
dit aīūm: ne poſſit cernere verum. Et
ph̄s ait īperatori. Ecce quid dicit dñe.
qꝛ iam eſt ī cōtraditōe: qꝛ dicūt xp̄iani
ꝙ ille ieſus hūit ꝓncipiū a quadā mu-
liere. qūo ergo ē pricipiū oīum reꝝ. Rñ
dit b. cate. Dico ꝙ dñs meus ih̄s xp̄us
ē homo verꝰ vt alij. natus đ matre vir
gine opatione ſpūſſancti: ⁊ hūit princi
pium eſſendi hoīem nō tñ̄ eſſendi deuꝫ
qꝛ iam erat deus eternal̄r. ſicut de te
ph̄e. ſi rex vel īperator faceret te militē
modo tu inciperes eē miles. nō tñ̄ mō
īciperes eē homo. O dixit īperator iſta
ē magna rō ⁊ ph̄s obmutuit. Alius ph̄ſ
arguit d. Probo ꝙ cecidiſtis in errorē
ſm̄ ph̄iam. Regula ē ph̄ie. ꝙ finiti ad ī
finitū nulla ē ꝓportio. certū ē ꝙ hōē fi
nitus. deꝰ aūt infinitus. ergo nulla ē ꝓ
portio. ergo attēdatis quid dicitis ⁊ re
uocate quid dixiſtis. Rñdit b. cate. Ue
rum ē ꝙ finiti ad īfinitum nulla ē ꝓpō
tio menſuratiua lꝫ cauſatiua bene vel
cōtentiua. Ita ī xp̄o deo ⁊ hoīe nō ē ibi
ꝓportio humanitatis ad diuinitatē mē
ſuratiua. ſed cauſatiua: qꝛ diuinitas ē
cā humanitatis ⁊ cōtentiua: qꝛ ſuppoſi
tum dei cōtinet humanitatem. Iſte rō-
nes ſeu argumēta tangūtur ī eius yſto
ria ſeu legenda que ē barchinone. Et
ph̄us non potuit replicare. Alius ph̄uſ
dicit. Uos dicitis ꝙ ille ieſus voluit in
carnari: naſci: ⁊ pati ⁊c̄. pro ſaluatione
hoīum. Contra. Fruſtra fit p plura qđ
poteſt fieri per pauciora. Certum eſt ꝙ
ſi ille ieſus erat deus. ſolo v̄bo poterat
ſaluar̄. quid ergo oportet tot. Rñdit b.
caterina. Ph̄e qui dicis qꝛ fruſtra fit
⁊c̄. Uerū ē ſi ita bene fiat. Sed aliqua
ſunt que cū magno labore fiūt que ſu-
bito nō ita bene fierent. Sed certū eſt
ꝙ ī deo nulla eſt qualitas ſed ſua miſe
ricordia. ⁊ iuſticia ñ ſunt qualitates ac
quiſite in deo. ſed ſua eſſentia ⁊ ī oībꝰ
ſuis opibus oñdit ſimul ſuam miſericō
diam ⁊ ſuam iuſticiam: qꝛ ſicut nō pt
dimittere ſe nō etiam poteſt dimittere
ſuā miſericordiā nec iuſticiam. Si enī
ſolo verbo ſaluaret oēs: maxima miſe-
ricordia fuiſſet. Sed vbi eſſet ſua iuſti
cia? Si vero dānaſſet oēs. fuiſſet maxi-
mus rigor iuſticie. Sed vbi fuiſſet ſua
miſericordia? Iō voluit īcarnari: naſci
⁊ pati. vt ſimul apperet ſua miſericor-
dia: vt ipſe amore noſtri patēret qui ī
nullo demeruit. ⁊ ſua iuſticia ſolueret
ꝑtium iuſtum. ſ. ſanguinem ſuū ꝑ nr̄a
redēptione. Et ph̄s non habuit replicaꝫ
Alius ph̄s dixit vos dicitis ꝙ eſt vnus
deus ex vna parte: ⁊ ex alia dicitis ꝙ
ſunt tres perſone ⁊c̄. Ecce hic ꝯditio

maīfeſta: q2 quot ſunt ſuppoſita tot ſūt
eſſentie. Rn̄dit beata cha. ꝙ ſit vnus d̄
us nō eſt dubium. ſed ꝙ ſint tres perſo
ne. pater fili⁹. ꝛ ſpūſſanctus oſtēdo ad
oculū in ſole. vbi eſt q̄ſi pater generās
ſubſtātia ſolis: q2 qui generat pater po
teſt dici. Que ſubſtātia ſolis d̄ ſe gene
rat radiū. genitu s pōt dici radi⁹. ꝛ ſic
fili⁹. Et tūc ſubſtātia ꝛ radi⁹ emittunt
calorē. Sic pater ꝛ filius ſpirāt ſpiritu3
ſanctū. Et ſic hic d̄ ſole pōt dici. ꝑfecti⁹
io deo: Alius dixit. Iſta puella eſt loq̄r
ꝛ non ligauit ꝛc̄. ꝛ dicit ut vl't. Nā cre
do ꝙ ſtultior gens mundi ſint xp̄iani.
Pri̇o q2 adorant panem ꝛ comedunt
illum quē dicūt deum eſſe. Ecce ſtulti
cia Nec mund⁹ d3 ſubſtinere hoc ꝛc̄.
Rn̄dit b. chaterina. Nos nō adoram⁹
panem ſed xp̄3 ītra hoſtiā q2 dictis ver
bis a xp̄o ordinatis. virtute diuina nō
remanet ibi panis. ſ3 corpus xp̄i cōtine
tur infra illā cortinam albā quēadmo
dum impator ī templo ſtat infra corti
nas ꝛ adoratur a militibus l3 nō videa
tur. tamen credit̄ ibi eē. ita ꝛ nos. Ite3
quādo frangit̄ hoſtia in trib⁹ partib⁹
quēadmodum in paſſiōe humanitatis
fuit diuiſa in tres ꝑtes. ſ. ſanguinis cor
poris ꝛ aīe. Nec frangit̄ deus. vt ſi frā
gitur ſpeculū non frangitur imago. Di
cebāt multi. magnā ratiōnē habet iſta
domicella. Item xp̄s nō eſt ibi cibus
ꝙ ī ſtomaco corporis recipiat digeſtio
nem ſed in modū ignee caritatis ꝛc̄.
Alius dixit impatori. Domie iſta repre
hendit vos quia adoratis ydola. ꝛ ipſi
xp̄iani adorant etiā ydola ſeu ymagies
ꝛc̄. Reſpōdit beata chaterina. Nō ado
ramus nos imagines ſicut nec tu ado-
ras litteras. S3 quar̄ tu tenes litteras
Reſpōdit ph̄s vt reducant mihi ad me
moriā ꝛ repreſentāt facta ꝛc̄. Et beata
chaterina. Et propter hoc ēt nos tene-
mus imagines ad repreſentandū. ꝛ re
ducendū ad memoriā. Quādo. n. vide
mus crucē repreſentatur nobis paſſio
xp̄i. ꝛ reducimus ad memoriā. ſicut no
tabile opus impatoris depingitur vel
ſcribit̄ ut memoret̄. Tunc fuit verifica
ta in beata chateria illa ꝓph̄ia xp̄i d.
luc. xi. Ego dabo vobis os ꝛ ſapiētiam
cui nō poterunt reſiſtere nec ꝯtradice
re oēs aduerſarij veſtri. Doctores. n. ꝛ
rethores tacebant vt muti. Et impa
tor irat⁹ dixit. Et nūquid dicebatis ꝙ
vnus diſcipul⁹ vr̄ minimus fuiſſet ſu f
ficiens. q̄re uocaui tot ſapientes. Tūc
ſurrexit un⁹ de ph̄is principalib⁹ d. im
peratori. Nūꝙ̄ fuit aliquis qui auſus fu
it ſe nobis comparare nec nobiſcu3 di
ſputare. S3 ex quo ſpūſſanct⁹ loquit̄ ī
ore iſti⁹ puelle. niſi ſectā deoꝝ probabi
liorē oſtēderis. Ecce nos ꝯuertimur ad
xp̄m. verū deū. ꝛ hominē ꝛ mūdi ſalua
torem. Et oēs flexis genibus ad pedes
beate chaterine ꝯfitebant̄ chriſtū verꝝ
deum. ꝛ hominē. ꝛ mūdi ſaluatorem.
Et fuit cōpleta illa ꝓphetia Jeremie.
iſ. Si ſeparaueris ꝓ̄tioſum. ſ. fidē xp̄ia-
nam a vili. ſ. a ſecta paganica: quaſi os
meū eris. Conuertent̄ ipſi ad te: ꝛ tu
nō conuerteris ad eos. Tunc impator
vt rabidus ſicut debuit cōuerti: protu
lit ſententiā ꝯ̄. 50. doctores ſeu retho-
res vt comburerentur ſtatim. qui dixe
runt beate chaterine. Erit periculū ſi
ſine baptiſmo morimur. Reſpondit ex
quo non poteſtis recipere ſacrū baptiſ
mū. martirium ſuplebit ꝙ erit vobis ī
baptiſmū. Dicat̄ miraculū quō fuerūt
illeſi ab igne qui nec veſtes nec capillos
capitis cōbuſit nec ſenſerunt dolorē in
morte. Sed ſicut ſine dolore homo ſpi
rat hālitum ſic tradiderūt aīas ſuas ī
manibus angeloꝝ. Ecce victoria diſpu
tationis philoſophice. Et poſſumus di
cere b. chaterine. Diffuſa ē gratia in la
bijs tuis ꝛc̄. Dicit b. Grego. ꝙ bōa vi-
ta oſtēdit quid ꝛ quō debet hō loqui.

Tertia diſputatio ꝛ fortius fuit tyrāni
ca terribiliꝰte. Uidens ipator ꝙ mlti

cōuertebantur ex miraculo: cū blādis
ꝟbis voluit emolire eā d. tu deceptiſti
iſtos phos cū magna tua eloquentia ⁊
ſcientia. ⁊ mereris mortē. ſꝫ ſi vis ado
rare ydola remittā tibi mortem ⁊ eris
vxor mea. ⁊ faciā tibi ymaginē ⁊c̄. Ui
dens ꝙ nihil faciebat ſic. fecit ſibi qua
tuor argumenta. Primuꝫ per locum a
dolore. ſed rn̄dit per patientiā. Et hoc
fuit quādo nuda poſita fuit ī eculeo cū
ſcorpionibꝰ: ⁊c̄. Dicatur pratichа quō
riui ſanguinis decurrebāt ripā. Reſpō
dit ꝑ patientiam. ihs ay ihs. Nō ſunt
cōdigne paſſiones huius temporis ad
futurā gloriam ad ro. 8. Secundū fuit
per locū ab horrore. Et hoc quādo po
ſita fuit in carcere tenebroſo ⁊ fetido
vt paueret ⁊ ꝙ nō daret ei cibus nec
potus. 12. diebꝰ ut ibi moreretur fame
ſed ibi reſpōdit per ꝯfidentiam. ⁊ vene
runt angeli ⁊ illumīauerunt carcerē
⁊ in noīe ihu curauerūt vulnera ⁊ pla
gas ⁊ quolibꝫ die portabant ſibi cibum
Quod vidētes porphiriꝰ ⁊ regina ꝯūe
runt ſe cū. cc. militibꝰ. Poterat tunc di
cere beata chaterina cū dō. Dn̄s regit
me ⁊ nihil mihi deerit. in loco paſcue
ibi me collocauit. Tertium fuit ꝑ locū
a terrore. Imperator credens ꝙ eſſet
mortua. quādo vidit eam dixit. Quis
dedit ſibi cibū. ⁊ voluit occidere cuſto
des. ſed ipſa ꝓhibuit. d. ꝙ nō cuſtodes
ſed xp̄s ꝓuidit ſibi. Imperator autem
ſpumās ⁊ cogitans quale tormentū da
ret ſibi. dixerunt ſibi aliqui ꝙ facerent
duas rotas voluētes ſe vna ꝯ aliaꝫ ⁊c̄.
vt terrerent nō ſolum eā ſed alios xp̄ia
nos ⁊c̄. Huic argumento reſpōdit per ꝯ
ſtantiam d. Ecce. n. deꝰ adiuuabit me
⁊ dn̄s ſuſceptor ē anime mee. Quartū
fuit ꝑ locum a timore. Dicit phs ꝙ vlti
mum terribiliū eſt mors. Quādo enim
imperator vidit ꝙ tot cōuertebantur
viſis tot miraculis ⁊ occiſione gentiliū
a rotis. ꝓcepit ſibi caput amputarī. Tūc
b. Cha. reſpōdit per perſeuerantiam ⁊
flexis genibus orauit ⁊ regratiās deo de
caſtitate ī qua eā conſeruauit. ⁊ de vi
ctoria. ⁊ ꝯ̄ ꝑſeuerantia ⁊ orauit pro ſui
memoriā agentibus. ⁊ ſtatim vox de
celo dixit. Ueni dilecta mea. ſponſa
mea. Ecce tibi beatitudinis ianua ape
ritur ⁊ ne ſolliciteris ꝯ̄ his q̄ poſtulas.
Nam his qui paſſionem tuam celebra
bunt opem de celis promitto. Et mox
decollata eſt. fluxitqꝫ pro ſanguine lac
in ſignum virginitatis. Accedentes au
tem angeli viſibiliter corpus eius ⁊ ca
put per aera detulerunt in montem ſy
nay. Ibi fabricato ſepulcro angelicis
manibꝰ vbi inter alia īnumera miracu
la que fiunt ibidem vnum eſt inſigne
ꝙ de ſepulcro ipſius oleum dicitur in
ceſſanter emanare Et poſſumꝰ dicere.
illud Mat. 4. Ecce acceſſerunt angeli
⁊ miniſtrabant ei ⁊c̄. Deo gratias.

¶ In feſto bti Johānis an̄ portā latinā.

Hic eſt diſcipulus ille quem dili
gebat. Jo. xxi. Sancta mater ec
cleſia hodie facit feſtum ⁊ ma
gnam ſolēnitatem de ſancto Johanne
euangeliſta que dicitur beati Johānis
ante portam latinam. Bis in anno ec
cleſia facit feſtum de beato iohanne
euangeliſta. Primum feſtum ⁊ maius
eſt tertium feſtum poſt natiuitatem do
mini. Secundum eſt hodiernum. Et ꝯ̄
iſto habeo vobis predicarē. Et ſi placet
deo habebimus bonas doctrinas ⁊ ſpe
culationes ⁊ morales inſtructiones.
Sed primo ſalutetur virgo maria ⁊c̄.
hoc verbum loquitur de beato iohan
ne euangeliſta d. hic eſt diſcipulus ille
⁊c̄. ⁊ loquitur de amore ihu chriſti ad
beatum iohannē. Ideo ego habeo mo
tiuum ⁊ rationem declarandi modo
quot ſunt gradus amoris ⁊ dilectionis
quos deus habet ad ſuas creaturas.
Et amore ueſtri queſiui in ſacra ſcri
ptura. Et inueni ꝙ ſunt tres gradus.

Pꝛimus de amoꝛe generali.
Secundus de amoꝛe ſpeciali.
Tertius de amoꝛe ſingulari.

In pꝛimo gradu. deus diligit oēs crea
turas gñraľr ſine exceptione. In ſcđo
diligit ſolū bonas perſonas. In tertio
gradu diligebat iohānem euāgeliſtam
per ſuam conditionem ſimplicē. Et de
tertio gradu dicit thema. hic ē diſcipu
lus ille. q. d. ieſus. ſ. amoꝛe ſingulari.
Ecce hic ĩ ſumma tota mã pꝛedicāda.

Pꝛimus gradus diuine dilectiōis ē ꝙ
deus diligit oēs creaturas generaliter
ſine vlla exceptione: qꝛ nulla creatura
eximitur. Nō ſolū deus diligit āgelos
ſanctos: ꝛ hoīes: ſed etiā aīalia. arbo-
res: lapides ꝛc. Rō patet ad oculū. Nā
quilꝫ bonus artifex ſiue magiſter dili
git oīa opera ſua quātūcunqꝫ modica.
In tm̄ ꝙ moleſte gerit ſi eis ĩ aliquo ð
trahať. Uerbi grã. Si artifex domo
rum cū oī ſapiētia ſua fecit vnā pľcrā
domū optime diſpoſitam ꝛ oꝛdinatam
ſi de illa dicať malum. ꝛ detrahatur:
diſplicebit magr̄o. nec ĩ hoc hēbit pa-
tientiam cum vellit in ſuis operibus
laudari ꝛ comēdari. Sic ēt deus a pꝛi-
cipio fecit domū huius mūdi ſapien. et
diſpoſitā et oꝛdiatā. ſupiꝰ in celo ſunt
camere. ſ. māſiones paradiſi ĩ quibus
bitant nobiles ꝛ baꝛones. amici regis
ieſu xpi. feneſtre ſunt ſol ꝛ luna ꝛ ſtel
le: nos aūt ſumus hic inferius ĩ ſtabu-
lo cū beſtijs. De iſta domo dicit ꝓpha
Baruc. 3. O yſraľ ꝙ̄ magna ē domꝰ ðī.
ſcilꝫ gloꝛia: ꝛ ingens. i. ĩextimabiľ locꝰ
poſſeſſiōis eius. Magnus ꝛ ñ hꝫ fineꝫ
ſuple in duratione. excelſus ꝛ imēſus.
hanc domū fecit deus cum magna ſa
piētia: mēſura: ꝛ liuel. Uñ dꝫ ps. 103.
Quam magnificata ſunt opera tua
domine. oīa in ſapientia feciſti. Quia
ergo omnes creature ſunt opa dei. iō
oēs creaturas diligit gñraľr. nec hꝫ
patiaꝫ ſi aliqs dič malū de ſuis creatu
ris ꝙ̄tumcūqꝫ modicis. Imo ĩ eis vľt
comēdari. Iō qñ tu videb ſerpētē. bu-
bonē. ſeu aliqd aliud turpe aľ nō ma-
ledicas ei. qꝛ magnum peccatū ē. ſꝫ di
cas benedictus deꝰ ꝛ ꝙ aīal ſiue qualē
creaturā fecit ꝛc. Notať hic miraculū
de ſcō aulaguerio epō. qui cū deſcenð
ret de quodā cole indignatꝰ de magno
vento maledixit vēto. pp ꝙ de hoc ha
bens magnaꝫ ꝯſcientiam incluxit ſe in
quadam cela ꝛ fecit pꝛoici clauē in ma
ri pꝛomittens ſe nunꝗ̄ exire inde quo
uſqꝫ illa clauis inueniretur ꝛ ĩ hoc co
gnoſceret ſe remiſſionem obtinuiſſe ð
peccato. Poſt annum vero quidam pi
ſcatoꝛ preſentauit ſibi vnum piſcem. ĩ
cuius ventre fuit inuēta illa clauis cū
aperiret ꝛc. Ecce ꝙ peccatū ē maledi-
cere creaturas quas deus diligit. De
iſto gradu amōis diuini dič ſapiēs. Sa
pi. xi. Diligis. n. oīa que ſunt. ꝛ nihil
odiſti eoꝛum que feciſti. Nota diligis
omnia que ſunt. Ecce amoꝛ naturaľ.
ꝛ nihil odiſti eoꝛū que feciſti. Ecce ſiñ
exceptione. ꝛ aſſignat ratōnem d. Nec
eñ odiēs aliquid q̄ feciſti ſꝫ puro amo
re. Ecce pꝛimꝰ gradus. Modo veniūt
hic due queſtiones perutiles omnibuſ
Pꝛima. An ſit peccatū deſtruere vľ oc
cidere creaturas. Et ſi peccatuꝫ ſit eis
maledicē. Uŕ ꝙ maiꝰ peccatū ſit ipſas
deſtruē. qꝛ maiꝰ pcm̄ ē hoīem occideŕ
ꝙ̄ ipꝫ maledicere dicēdo Encara. ſies
tu degolat. vel huiuſmodi. Idem etiaꝫ
videtur de alijs creaturis. ergo nō de
bemus occidere pulices. pediculos. ci
mices ꝛ ſimilia. Ex iſta ratione fuerūt
aliqui qui habebant conſcientiam oc
cidere pulices ꝛc. Dicentes. O qꝛ crea
ture dei ſunt. ſed non habent conſcien
tiam occidere perdices. galinas. ꝛ hu-
iuſmodi. Pꝛo declaratione huius que
ſtionis. ſciendum ꝙ deus fecit omnes
creaturas duplici fine. ſcilicet. Pꝛimo
ꝓpter honoꝛem ꝛ gloꝛiam diuinaleꝫ;
Secundo per vtilitatem humanaleꝫ.

Cauendū eſt ergo ne illud ꝙ homo dicit ſeu facit creaturis ſit contra honorem dei ⁊ vtilitatē humanam. alias poteſt homo vti creaturis ⁊ comedere ⁊ occidere: quia ſunt pro noſtra vtilitate. Jō occidere perdices: ⁊ gallinas. mutones ⁊ huiuſmodi. non eſt peccatum de ſe. imo concordat cum fine propter quē facte ſunt. quia pro noſtra vtilitate. Et poteſt homo occidere pulices ⁊c̃. quia faciunt contra noſtrā vtilitatem ⁊c̃. Non enim permittunt nos dormire. Non eſt peccatum. imo meritū ⁊ oppoſitū eēt ſtulticia ſeu error. Jos poſſumus occidere lupos: vulpes: ⁊ ſimilia: quia dānificant nos. Secundus finis principalis quare deus fecit creaturas. eſt propter honorem ⁊ gloriam diuinalem. vt in eis deus laudet̃ ⁊ benedicatur. ⁊ iſte eſt principalis finis. Jō magnum peccatū eſt maledicere creaturis: quia ī eis maledicitur ēt creator Jdeo eſt quaſi peccatum blaſſemie: qꝛ repugnat huic fini principali. Et ideo dicebat danie. tertio ca. Bndicite oīa opera domini domino. Laudate ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula. Si dicat̃. ⁊ quomodo formice ſeu muſche poſſunt deū bndicere. Jntelligitur ſic. ſ. benedicite vos homines ex oībus creaturis dn̄m deum laudate ⁊c̃. Modo ad argumētū ſi peccatū ē creaturis maledicere. vr̃ ergo ꝙ maius peccatū eſt eas deſtruere ⁊c̃. Reſpondeo. Si maledictio ⁊ deſtructō ſumatur vniuerſaliter. Dico ꝙ maius peccatū eſt creaturas deſtruere q̄ maledicere. Maius. n. peccatū eſt hoīem occidere q̄ ſibi dicere adhuc ſis ſuſpenſus. Si autē ſumat̃ diffor miter ſic. ꝙ deſtruere referat̃ ad creaturā. ⁊ maledicere ad creatorem. maius peccatum ē maledicere q̄ deſtruere: qꝛ ſapit blaſſemiam. Jdeo apl's ad ro. 12. Benedicite ⁊ nolite maledicere. Et hoc de prima queſtione ⁊cetera. Scd̄a queſtio quā poſſetis mihi facere eſt. Uos frat̄ dicitis ꝙ deus diligit oēs creaturas ⁊c̃. Queritur ſi hoc amore deus diligit peccatores. ⁊ damnatos. ⁊ demones. Hec queſtio eſt ſecundū plures interrogationes ad vnā vt dicunt loyci. ac ſi diceretur. dicatis frater mel ⁊ fel ē dulce uel amarum ⁊c̃. Due queſtiones ſunt in vna. Jta etiā cum dicit vtrū deus diligat peccatores ⁊ damnatos vel ne: quia peccator duo dicit. ſ. naturam ſeu ſubſtantiam hominis. ⁊ culpam ſeu peccatum qđ eſt in eo. Cū ergo queritur vtrum deus diligat peccatores vel ne: quia peccator duo dicit ſ. naturam ⁊ culpā. oportet reſpondere cum diſtinctione dicendo ꝙ deus diligit naturam quia opus ſuum eſt: ſed non diligit culpam ſeu peccatum: quia non eſt opus ſuum. Nō ad hoc propoſitum pulcram ſimilitudinem de pictore q diligit ymaginē quā ipſe pinxit. Jta de deo. ymago quam deus depinxit eſt anima ad ymaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam. Et ſi eſt maculata non vult eam videre. Jn tantū ꝙ ſi anima poſſet videri a nobis abſq̄ macula velletis eā cōedere ⁊c̃. Sꝫ peccator ſi inducit aīā ſeu turpitudinē peccati mortal' deus diligit animā qꝛ ymago ſua eſt: ſed nō diligit maculam peccati mortalis imo ꝓpter illam punit peccatorē eo quia maculauit imaginem dei. Similiter odio ſunt deo impius ⁊ impietas eius. ſap. 14. Nota ſimiliter quare deus odit impietatem ⁊ propterea odit etiam impiū ita ꝙ eadem ratio odij eſt vtrobiq̄. Quid autē de damnatis. ad idē. Quid n. vult dicere damnatum eſſe? Dico ꝙ duo dicit. ſ. creaturam dei cum culpa obſtinatā ⁊ irreparabilē ratione cuius datur ſibi pena ſeu punitio dicendo dānatis. dabo tibi penam quia tu maculaſti ⁊ deturpaſti imaginem meā. Jta ꝙ deus diligit naturam ſed non culpā. Jdeo auſ eris vos ⁊ caueatis a macul' peccatorum. ſ. ſuperbia ⁊c̃. Et que ſibi

approximātur ſcitis m̄di. Ideo vult ꝙ
hoſtia ī qua ipſe ē dictis verbis ſit mū
da. ⁊ vinū mundum ⁊ puꝝ. ⁊ corpora
lia ⁊ alia. Nam ꝑꝑ imūdiciā fuit repro
batum ſacrificiū veteris teſti. Auctori
tas Mala. p̄. Nō ē volūtas mea ī vob
⁊c. Fiat ergo rō. ſi ianimata ⁊ irratiōa
bilia vult deus ꝙ ſint ſine macula eo
q2 ſibi appropiquant̄. q̄to magis vult
aīas noſtras rōnales eſſe mundas cū
ruſchada ſiue bugada pn̄ie. ſ. ꝯtritiōis
cōfeſſionis ⁊c. ergo vt dicit̄ yſa. p̄. La
uamini m̄di eſtote. auferte malū cogi
tationum v̄rarum. Et hoc de p̄io ⁊c.

Secundus gradus diuine dilectiōis ē
ꝙ deus diligit de amore ſpāli. non oēs
creaturas general̄r ſed ſolum bonas
ꝓpter eaꝝ deuotionem. Rō. quia lꝫ bo
nus homo vel bona mulier diligat oēs
proximos amore generali. diligit tamē
parētes. amicos. ⁊ vicinos. amore ſpe
ciali. cum eis loquendo. cōuerſando.
comedendo. dando. mutuādo ⁊c. Iſta
enim ſunt ſigna amoris ſpālis. Sic etiā
deus licet diligat oēs creaturas gn̄rali
ter. tamen ſoluꝫ bonas ſpāliter diligit
cum eis loquēdo. cōuerſando ⁊c. Dicit
yſidorus ī libro de ſummo bono. ꝙ qn̄
homo orat. cum deo loquit̄. Dicēdo pr̄
noſter ⁊c. Et cum virgie maria qn̄ hō
dicit. Aue maria. Et de⁹ loq̄t̄ tibi. oſtē
dēdo. qn̄ ī orōne dat ꝯſolatōes aliquaſ
illuīationes. q2 iſte ſunt dei loquutōes
Et nūquid qn̄ tu oraſti de mane deuo-
te. vel dixiſti matutīas. vel miſſaꝫ. ſen
tis in aīa ſingularē cōſolatōeꝫ Deus ēt
loq̄t̄ tecum qn̄ legis. vel ſtudes in bo
no libro: Liber ē. n. os dei. Scd̄o ꝯuer
ſādo qn̄ duo ſtant ſimul ⁊ ābulant ſil̄.
dr̄ de eis. Illi ſimul ſtant vna res ſunt
cum tamen diſtent ⁊c. Magis ꝓpe eſt
deus illis quos diligit ſingulariter. q2
intra eos ē ⁊ ſemper cōuerſatur ⁊ ſtat
cum eis. Auctoritas. i. ioh. 4. Deus ca
ritas ē ⁊ qui manet in caritate in deo
manet. Tertio comedendo q2 perſone
bone ⁊ deuote ſepe debēt coicare. Tūc
enī hō comedit cū xp̄o ī mēſa ſua beñ
⁊ ē amicus regis qui comedit ī menſa
cū eo. Quarto dando Chriſt⁹. n. dilec-
tis ſuis ſpāli amore mittit dōa. vni mit
tit donū hūilitatis. alteri donū liberali
tatis. alteri donū caſtitatis l̄ patie ⁊c.
Et iō ſic amic⁹ regratiat̄ amico de do
nis. ita ēt regratiād⁹ ē xp̄s. dicēdo gra
tes vob̄ dn̄e. Ego ꝯſueui eē ſupbus ſed
vos miſiſtis mihi donū hūilitatiſ. ⁊ ſic
de alijs. Idē ēt de donis corpalib⁹. ſ. ſa
nitatis ⁊ huiuſmodi. vel tp̄alibus qb⁹
cūqꝫ a deo datis. De iſto amore dic̄ ſcri
ptura Sapi. 7. Neiem. n. diligit de⁹ ni
ſi eū qui cū ſapīa inhitat: Nota niſi eū
qui cum ſapīa inhabitat: q2 iſto amore
ſpāli nō diligit de⁹ ſtultos ſed ſolum ſa
pientes. Modo ſi hinc ad talē locū eēt
vna via a dextris aſpera ſūi cauernis.
tn̄ ē ſecura. ⁊ a ſiniſtris eēt alia plana
delitioſa ⁊ cū tabernis ō ꝯtubernijs ō
leuga ī leugā. cū arbōib⁹. ⁊ volucrib⁹
cantantibus. tn̄ ē ibi vnus paſſus picu
loſus ī quo oēs trāſeūtes occidūtur ⁊
depdāt̄. ⁊ ſup turri eēt aliqs reſpiciēs
ambas vias ⁊ clamādo diceret labora
toribus ad dexterā reſpiciatis ⁊ nō ad
ſiniſtrā: q2 oēs ibi depredātur ⁊c. Nun
quid nolētes credē ſpeculatori dicēdo
ipſe. vellet ꝙ dimittam⁹ viā bonā ⁊ de
litioſam ⁊ ꝙ vadamus ꝑ viam aſpam
⁊c. reputabūtur fatui. ⁊ credētes ſibi
ſapiētes imo. Utinam inter nos n̄ eēnt
multi ſtulti. Ecce ab hinc ad aliū mun
dum ſunt due vie a dextris. vna v̄tuo
ſa ⁊ ſpūalis. a ſiniſtris ē alia. ſ. vitioſa
⁊ carnal̄. Prima via aſpa ē̄ apud aſpe
rum ꝯtineri ⁊c. ſꝫ ē ſecura. Iō xp̄s op
timus ſpeculator dicit pn̄iam agite ap
propinquabit enim regnum celorum.
Mat. 4. Alba via a ſiniſtris ē delitio-
ſa ⁊ carnalis. ſ. comedere. bibere. dor
mire. luxuriari. facere ſeu vīdicare ⁊c.
ſed in paſſu periculoſo. ſcilicet mortis

omnes denudant̄ depredāt̄ ⁊ occidūt̄
Si dicatur etiā; ī alia via ē paſſus pḡicu
loſus mortis ver; eſt ſed nō depredant̄
quia ſecum portant theſaur; meritorū
⁊ bonor; operū; . vr̄ ergo vobis magna
ſtulticia velle ire per viam ſiniſtram
quā ſcitis ꝙ ducit ad infernū. ſciūt ſe
eē ſuperbos auaros ⁊c̄ . ⁊ hec via d. ſi
dicatis ꝙ ad paradiſum heretic⁹ eſtis q̄
via ſpūalis ē via paradiſi ſ; ē ſtult⁹ ēt
Ecce quare dicit nemine; diligit deus
⁊c̄ . qui ſcilicet ſapienter eligit viā ſecu
ram. ⁊ aſperam. talibus dixit xp̄s ſicut
dilexit me pater. ſcilicet amore ſpāli ⁊
ego dilexi vos. Manete ī dilectōe mea
ſcilicet non dimittendo viam bonam.
Si dicatur: dn̄e ⁊ quō manebimus in
dilectione veſtra. Rn̄det d. Si p̄cepta
mea ſeruaueritis que in hoc conſiſtūt
vt homo declinet a malo ⁊ faciat bo-
num manebitis in dilectōne mea ſicut
ego precepta patris mei ſeruaui ⁊ ma-
neo in eius dilectione. Patet ſecundus
gradus.

Tertius gradus diuine dilectionis eſt
de amore ſingulari quo dilexit Johan
nem euangeliſtam propter ſuam condi
tionem. Nō ſolum enim xp̄s dilexit Jo
hannem amore generali ⁊ ſpeciali. ſed
etiā; amore ſingulari. hoc declaratur
ſic. Quilibet dominus ⁊ paterfamilias
domus diligit domum ſuam: ⁊ quicqd
eſt in ea amore generali. nō ſolum eni
diligit vxorem. filios. ⁊ familiam. ſ; ēt
iumenta. Deinde amor̄ ſpeciali diligit
vxores. ⁊ filios pluſq̄ ſeruos. ⁊ ancil-
las. Sed ſingulari amore diligit filiu;
ſibi ſimilem. pulcrum. humilem. obe
dientem. Ita etiam in domo hui⁹ mū-
di. Deus vt paterfamil̄. diligit omnes
creaturas generaliter. ⁊ bonas ſpāl̄r
Sed inter omnes habebat vnum filiū
ſibi ſimilem. pulcrum. i. virginem hūi
lem ⁊ obedientem. ſecus de alijs ap̄l̄is
qui omnes habuerunt vxorem. ſ; Jo-
hānes ſemper fuit pulcer. Primo ī ore
nō loquēdo de illa mā. ī oculis aſpecti-
bus ⁊ auribus nolens audire turpia. ī
manib⁹ a tactib⁹ mal̄. In corde a ma
lis deſiderijs ⁊ cogitatiōibus. Propter
ꝙ xp̄s ī paſſione exiſtens ī cruce cum
vidiſſet ibi matrē triſtē ad morte;. uo-
lens ipſā ꝯſolare ⁊ volens oſ̄dere amo
rē quē habebat ad Joh. ſciēs ēt ꝙ v̄go
maria ſingulari amore diligebat Johā
nem. dixit virgini mr̄i ꝙ reciperet Jo
hannē ī filiū. Ecce amor ſingularis ex
ſua pulcritudīe virginitatis. O q̄tu; d̄
berem⁹ laborare vt eſſem⁹ pulcri ⁊ ca
ſti. vir ⁊ vxor ſeruantes modū ſūt pul
cri. magis tn̄ pulcri ſunt illi q viuūt cō
tinenter. ſed ſup oēs pulcriores ſūt vir
gines. Tales. n. ſingul̄r diligunt̄ a xp̄o
vt p; de btō Johāne. de cuius dilectōe
dicit thema. hic ē diſcipulus ille que;
diligebat ih̄s. Dicit hic glo. bede. Dili
gebat ieſus Johānem nō exceptis cete
ris. ſ; ſingul̄r ſolū. S; p̄ ceteris quos
diligebat familiari⁹ vnū quē ſpecialis
prerogatiua caſtitatis āpliori dilectiōe
fecerat dignū. Nō huius ſingularis di
lectiōis ſignū ex euāgelio hodierno. ⁊
ex yſtoria preſentis feſti de dolio feruē
tis olei. Dicit̄ euāgeliū ꝙ xp̄s volēs oſtē
dere petro martiriū qđ debebat pati p
xp̄o dicebat ſibi cū eēs iunior cigebas
te ⁊ ambulabas vbi volebas: cū aute;
ſenueris extendes man⁹ tuas. ſcilicet
in cruce ⁊ alius te cinget. ſcilicet ī cru
ce ligando. ⁊ ducet quo tu nō vis. ſci
licet ad mortem. Ideo veni ſequer̄ me
ideſt ſicut ego moriar in cruce ēt ⁊ tu
Petr⁹ v̄o uidens Johannē. volens ſci-
re ſi moreretur etiam per martiriū di-
xit xp̄o. Dn̄e hic āt quid? Et quō morie
tur? Reſpōdit ieſus. Sic eum volo ma
nere donec veniā. quid ad te. tu me ſe
quere. Ex hoc ap̄l̄i opinati ſunt ꝙ Jo-
hannes n̄ morerer̄ vſq; ad diē iudicij.
cum dicit donec veniam. Sed ipſemet
Johannes anullat opinionem illa;. d.

Et nō dixit ieſ⁹. qꝛ n̄ moꝛiť. ſed ſic eū
volo manē donec veniā. Nō ſic eū vo-
lo manere. ſ. ne moꝛiať p martiriū. qꝛ
lꝫ multotiēs fuerit ī toꝛmēto ꝛc̄. de⁹ tn̄
eū cōſeruauit quouſqꝫ fuit. 99. ānoꝛū.
tūc xp̄s venit ad eū. d. Ueni dilecte mi
ꝛc̄. Ecce qr̄ dixit ſic eū volo manere. ſ.
ſanū viuū ꝛ incolumē donec veniam
. ſ. ad eū. Recte xp̄s Johāni amoꝛē oñ
dit quē oñdit vgī matri ad quā vēit in
fine d. veni colūba mea ꝛc̄. De Johan
ne. Ecce rō qr̄ n̄ fuit moꝛtuus cū a do-
mitiāo ipatoꝛe fuit miſſus ī dolio feruē
tis olei ī roma añ poꝛtā latinā eo qꝛ ꝯ ō
creta ipſius ipatoꝛis p̄dicabat fidē xp̄i
Dicať hyſtoꝛia breuiter ꝛ fuit cōpleta
ꝓphia yſa. q̄ recte vr̄ fuiſſe de b. Johā
ne. dicēte xp̄o Johāni cū ābulaueris ī
igne nō cōbureris ꝛ flama nō ardebit
ī te. qꝛ ego dn̄s de⁹ tu⁹ ſcūs yſrľ ſalua
toꝛ tuus ex quo honoꝛabiľ ſcūs es in
ocuľ meis ꝛ gľioſ⁹ ꝛ ego dilexi te. yſa.
43. Nō honoꝛabiľ ſcūs es ī ocuľ meis.
aliqui ſunt honoꝛabiles ī oculis genti
um ſiue hoīum ſed n̄ ī oculis dei. Aliq
ꝑ oppoſitū ī ocuľ dei ſꝫ nō hominū. Ali
qui nec in oculis dei nec hoīum. Aliq
āt ſunt honoꝛabiles ī oculis dei etiam
ī ocuľ hoīuꝫ. iſtud ē meli⁹. Primi ſunt
ypocrite facie paliata ꝛ extra oñdenteſ
magnā hūilitatē. Jntus aūt ſunt pleni
ſupbia. vanagloꝛia p̄ſumptōe ꝛc̄. Taleſ
ī oculis dei qui videt coꝛda nō ſunt ho
noꝛabiles. illi aūt q̄ ſunt honoꝛabiles ī
oculis dei. ſꝫ n̄ hoīum ſunt pſone deuo
te q̄ oꝛant ꝛ faciūt pniam ſed foꝛte ali-
quotiēs faciūt aliqua bōa vel bona in
tētōne. tn̄ gētes ſcādolizātur qꝛ foꝛte ī
caute ꝛ ipꝛudēter agūt. Talib⁹ diē apo
ſtol⁹ ro. 12. Prouidētes bōa n̄ tm̄ coꝛā
dō ſꝫ coꝛā hoībus Tertij q̄ nec ī oculis
dei nec hoīum ſunt honoꝛabiles ſꝫ a-
bomiābiles ſunt publici ꝛ notoꝛij pec-
catoꝛes vt cōcubiarij ꝛ meretrices lu
ſoꝛes ꝛc̄. De quib⁹ dicit ſcriptura ꝓv̄. 2.
Letantur cuꝫ male fecerint ꝛ exultāt
in rebus peſſimis quoꝝ vie peruerſe ꝛ
īfames greſſus eoꝝ Quarti q̄ ſunt ho
noꝛabiles ī oculis dei ꝛ hoīum ſunt illi
qui taľr viuūt ꝛ talem intentōeꝫ hn̄t
ī factis ꝙ q̄cquid dicūt vel faciūt totū
faciunt pꝛo honoꝛe dei ꝛ ſalutōe ſ'aꝝ.
cauēt ne ī aliquo ſcādalizent gētes. vn̄
ap̄ľs de ſe dicebat. pꝛima ad coꝛ. 8. Si
eſca ſcādalizat frēꝫ meū n̄ māducabo
cārnes ī etnū ne fratreꝫ meum ſcanda
lizem. De iſto gradu dicit ſcriptura de
tobia ꝛ cognatōe ſua. omnis autem co
gnatio eius. ꝛ omnis generatio eius ī
bona vita ꝛc̄. Tobie. 14. Jn iſto gradu
fuit b. Johannes euāgeliſta. Jdeo ſibi
dixit xp̄s. Ego dilexi te.

Jn iſto ſermōe tota vita ſaluatoꝛis no-
ſtri eſt figurata tota in miſſa.

QUodcunqꝫ dixerit vobis faci-
te. Johā. 2o. De preſenti habeo
predicare de quadam materia
multum deuota ꝛ inuſitata. ſcilicet de
vita domini noſtri ieſu chꝛiſti quomō
tota eſt expꝛeſſata. figurata. ꝛ repſen-
tata ī miſſa. Sed vt mā ſit deo accepta
biľ: ꝛ nob̄ meritabiľ. ſaluteť vir. ma.
Jnter omnia nobis multuꝫ neceſſaria
ꝛ ſaluationi pꝛoficua. pꝛincipale ꝛ ma
ius eſt obedientia ad precepta dei. non
credat aliquis ꝙ aliter poſſit paradiſū
intrare nec ſaluationem habere. Nō
per ſignoꝛiam tempoꝛalem. Non per
pꝛelationem ſpiritualem. Non per ſciē
tiam intellectualem. niſi ſolum ex obe
dientia generali. Ratio pꝫ p experienti
as cottidianas. Qui eniꝫ vult aliquod
bonum obtinere ꝙ a ſe non poteſt ob-
tinere. opoꝛtet eum gubernare ſecun
dum voluntatē eius qui poteſt ꝛ vult
dare illud bonum. hoc patet in coꝛ-
poꝛe. in anima. ꝛ etiam in vita. Primo
in anima. Certum eſt ꝙ qui vult habe
re ſciētiā quā n̄ poteſt itelligere opoꝛtet

eū ſtare obediēt: e d̄terminatōi ⁊ decla
rationi eiꝰ magiſtri. Jō phs. Adiſcētē
oꝫ credere. Alr autem ſi vellet diſpu-
tare cū magiſtro q̄re A. n̄ eſt b. q̄re po
tiꝰ b. q̄ A. ⁊ huiuſmodi nō faceret be
ne. Oꝫ. n. eum ſimpliciter credere. ſi ſci
entiā vult habere. Secūdo hoc pꝫ in
corpore. Si aliquis infirmatur ⁊ vult
ſanari nec poteſt ſanitatem ꝑ ſe obtine
re ſꝫ miſterio medici oꝫ eum regi ⁊ gu
bernari iuxta conſiliū determinationē
⁊ ordinationem medici. Jō auguſtinꝰ.
Se ipm̄ īterimit qui p̄cepta medici ſer
uare contēnit. ſ. comedendo vel oua ⁊
huiuſmodi infirmo nociua. vel bibēdo
vinum ⁊c̄. Tertio hoc idem patet in vi
ta. Dicatur yſtoria breuiter que habet̄
gen. 41. Ubi legit̄ ꝙ ī egipto fuit famis
maxima. 7. ānis cōtinuis: quia nō ſemi
nauerunt nec pluit. ioſeph autem qui
habebat ſpiritū ꝓphie fecerat ꝓuiſio
nem: populus autem ex indigentia ve
nit ad regeꝫ dicēdo. Dn̄e quid facienꝰ
⁊c̄. Rn̄dit rex ⁊ dixit. Jte ad yoſeph.
Et quicquid dixerit voƀ facite quaſi d.
Uultis habere vitā: ſtate ordinationi
⁊ voluntati ioſeph. Patet regula. Mo
do ita eſt ꝙ celeſtem gloriam nullꝰ po
teſt ꝑ ſe habere. Nullꝰ enim pōt in taꝫ
altū aſcendere naturaliter: ſꝫ per chri
ſti manus oꝫ nos eam habere: ipſe nos
hꝫ ſurſum eleuare. Quia ſicut non ha
bemus a nobis ipſis eē nature ſꝫ a deo
qui formauit quemlꝫ noſtrū ⁊ creauit
animā. dō ī p̄s. 99. Jpſe fecit nos ⁊ nō
ipſi nos. Jpſe fecit nos ſuple in eē na
ture. nec etiam a nobis ipſis habemꝰ
eſſe gratie ſed a deo ex pura infuſione
habet̄ ad eph. 2. Gratia enī eſtis ſalua
ti per fidē. ⁊ hoc non ex uobis. Dei enī
donū ē. Multo magis ergo eē glīe ē ⁊
habet̄ a ſolo deo. Dō p̄s. 83. gloriam ⁊
gratiā dabit dn̄s ergo quid reſtat nobiſ
Nihil aliud niſi ꝙ gubernemus nos ſe
cundum ſuā voluntatē ⁊ ordinationeꝫ
⁊ non ſm̄ noſtram ſenſualitatē ⁊ incli

nationē. Jdeo dicit b. luchas. 10. capl̄o
ꝙ poſtq̄ xp̄s ſemel predicauerat de illa
celeſti glīa quidā doctor motꝰ in cordis
deuotione ⁊ inflamatꝰ de illa gloria. di
xit xp̄o. Magiſter quid faciendo vitaꝫ
eternā poſſidebo? Xp̄s aūt remiſit ipm̄
ad legem d. Jn lege quid ſcriptū ē ⁊c̄.
vſqꝫ hoc fac ⁊ viues. Propter hoc vir
go maria mater pietatis cupiens oīuꝫ
ſaluationē dat vobis ꝯſilium d. Quēcun
qꝫ dixerit vobis filius meus ſuple hoc
facite. Pꝫ thema. Mō inter cetera que
xp̄s nobis xp̄ianis p̄cepit vt gloriaꝫ ha
beamuſ. ē ut ſuā vitā ſanctiſſimā repre
ſentemus in miſſa. hoc aūt p̄cepit quā
do inſtituit ſacramentū miſſe. dicens.
hoc facite ī meā ꝯmemorationē. Non
dixit in memoriā paſſionis ſolū: ſed taꝫ
vite q̄ paſſiōis. Dicēt aliqs. hoc ſolū p̄
cepit ſacerdotibꝰ. Uerū ē ꝙ ſolis ſacer
dotibꝰ p̄cepit fierī. ſ. celebrādo. ſꝫ tā cle
ricis q̄ laycis p̄cepit mēorarī miſſaꝫ. ſ.
audiēdo. Et inuēio ꝙ tota vita dn̄i nr̄i
ihu xp̄i. ſ. a ſua benedicta incarnatiōe
vſqꝫ ad ſuā reſurrectionē expreſſat̄. fi
gurat̄. ⁊ repn̄tat̄ ī miſſa ex. 30. opibꝰ q̄
fiunt ī miſſa figurantibꝰ. 30. opa xp̄i vi
te p̄ricipalia: qꝛ opa q̄ xp̄s fecit in vita
ſua nō poſſunt ꝯprehendi ſub certo ⁊ d̄
terminato nūero. Johā. vlt. Sūt ⁊ alia
mlta q̄ fecit ihs q̄ ſi ſcribāt̄ ꝑ ſingula nec
ipm̄ arbitror mundū capē poſſe eos q̄
ſcribēdi ſūt libros. Jō non intelligatis
ꝙ velim dicē oīa ſecreta miſſe q̄ ſūt ifi
nita vt athomi ī radio ſolis. ſꝫ dicā opa
p̄ricipalia q̄ xp̄s fecit ī hoc mūdo ꝓ no
ſtra redēptione ⁊ ſaluatōe. Et ſunt. 30.

Primū opꝰ qđ dn̄s nr̄ ihs xp̄s fec̄ ī h̄
mūdo ꝓ nr̄a redēptiōe fuit ſanctiſſima
incarnatio qn̄ voluit de celo deſcēdere
⁊ ſecrete vterū v̄ginis intrare. ⁊ veſtē
humāitatis induere. Et lꝫ ſola ꝑſona fi
lij dei fuit iduta: tamē oēs ꝑſone diuie
fuerūt induētes. Pater. n. fuit induēs:
⁊ ſpūſ. ſ. ⁊ filiꝰ induēs ⁊ indutꝰ. Jſtud
opꝰ mirabile figurat̄ ⁊ expreſſat̄ ī miſ

ſa ſolēniter celebrāda. Qñ plat⁹ papa vel eps ⁊c̄. deſcēdens de ſuo palatio ītrat ſacriſtiā ⁊ ſecrete induit̄ a tribus ſ. a ſe. dyacono. ⁊ ſubdiacono. Sic xp̄s itrauit ſacriſtiā vteri v̄ginalis. papa ⁊ ſacerdos ī eternū ſm ordinē melchiſedech. O q̄lis ſacriſtia ⁊ q̄tas reliquias cōtinet. In hac fuit xp̄s indut⁹. Modo ꝯtemplate hic modicū qñ ſacerdos debet miſſā celebrare. 7. veſtimēta indu it ſecrete. Primū eſt ſuppelliceū. Secūdum amitū. Tertiū albā. ſiue camis. Quartū cingulū. Quintum manipulū Sextum ſtollā. Septimū caſulā. Iſta 7. veſtimenta ſeu indumēta ſignificāt 7. veſtes xp̄i. i. v̄tutes. De quibus yſaie xi. Egredietur virga de radice yeſſe ⁊ flos de radice ei⁹ aſcendet ⁊ quieſcet ſuper eū ſpiritus ſapiētie ⁊ intellect⁹ ſpiritus ꝯſilij ⁊c̄. Item de eiſdem yſa. 4. apprehēdent. 7. mulieres virū vnū. i. 7. virtutes ſp̄uſſancti. vir a virtute v̄tuoſum. ſ. xp̄s. ergo hoc facite ī meam cōmemorationē. Scd̄m opus fuit qñ voluit naſci de vtero v̄ginali ⁊ exire ī hoc mundo cum magna claritate ⁊ eē inter v̄ginem ⁊ ioſeph. ⁊ voluit poni ī ter bouem ⁊ aſinum angelis cantanti bus gloria in excelſis deo ⁊c̄. hoc figuratur qñ ſacerdos īdutus veſtibus ſacerdotalibus exit ſacriſtiam inter dyaconem ⁊ ſubdyaconē figurātes virginē 7 ioſeph. Accoliti ſignificāt bouē ⁊ aſinum. ⁊ chorus cantat gloria ī excelſis deo. ⁊ pulſant̄ campanele. ⁊ ſacerdos exit lete oſtēdens ꝙ xp̄s ſine miſericordia matris exiuit vterū virginis ornatus tanq̄ ſponſus. ī die nuptiarū dō. In ſole poſuit tabernaculum. i. virginem mariam ex puritate. ⁊ ipſe tanq̄ ſponſus. ſ. optime ornatus procedens d̄ thalamo ſuo. Tertiū opus xp̄i mirabile fuit quando octaua die voluit circumcidi: quia ſicut latroni amouentur aures in ſignum furti. Ita datur circumciſio in ſignum furti ade in quo xp̄us non fuit particeps. tamē ſicut peccator voluit humiliari ad recipiendū circumciſionem. hoc opus figurat̄ ⁊ repreſentatur a ſacerdote quādo humiliatus coram altari dicit confeſſionē oſtendens ſe peccatorem ⁊ deponitur gremiale in quo figuratur amotio ſeu depoſitio illius pellicule xp̄i ⁊c̄. Et fuit verificatum verbum ap̄li d. ad ro. 8. Filium ſuum miſit de⁹ in ſimilitudinē carnis peccati. Nō dicit in carne peccati. ſed in ſimilitudinē carnis peccati. Quartū op⁹ fuit q̄ndo ab oriēte perduxit tres reges vt eū adorarent ei offerētes aurū tus ⁊ mirrā. hoc opus figuratur a ſacerdote quādo coram altare inclinatur d. Auffer a nobis dn̄e cunctas ⁊c̄. Altare repreſentat xp̄m. Sacerdos dyaconus ⁊ ſubdiaconus repreſentāt tres reges. Et primo offertur thus deuote oratōis d. Auffer a nobis ⁊c̄. Secūdo aurum reuerende adorationis. Tertio mirra ſignando ſe ī memoriam xp̄i amore paſſionis quaſi d. illō tre. 3. Memoria memor ero ⁊ tabeſcet in me anima mea.

Quintum quādo a virgine voluit p̄ſentari in templo ⁊ in conſpectu omniū ⁊ ſancto ſymeone ⁊ anna propheſſa commendari ⁊ laudari. hoc repreſentatur a ſacerdote quādo in cornu altaris dicitur introytus vbi congregantur omnes miniſtri vt populus congregabat̄ in preſentatione xp̄i. Et ſicut ſymeon facit vnam cantilenam. quatuor coblarum d. Nunc dimittis ſeruum tuū domine ⁊c̄. Sic ſacerdos tunc dicit quattuor. Primo introytū. Secundo kiriel̄ Tertio gloria in excelſis deo. Quarto orationes. Sextū fuit fuga egipti herodis timore in quo fuit. 7. annis quaſi exul cum virgine maria ⁊ Joſeph nutricio. Iſtud opus repreſentatur quādo dum dicitur epiſtola ſacerdos recedit de altare cum dyacono ⁊ acolito ⁊ vadit ſedere ad preſbiterum ⁊ ibi facit. 7. Primo dicit epiſtolā. Secūdo R̄ſoriū

Tertio alleluia. Quarto proſam. Quin
to ibi miniſtratur ī calice mā ſacrificij
Sexto benedicit incenſū ꝓ euāgelio
Septimo dat benedictionem dyacono
epiſtolā dicturo alr̄ euangeliū. ¶ Septi
mū opꝰ fuit regreſſus de egipto ꝛ poſt
ꝙ fuit. 12. annoꝝ remāſit ſolus in tēplo
perditus a matre. hoc repreſentatur a
ſacerdote quādo de preſbiterio reuerti
tur ad altare. vbi remanet ſolus quan
do dicit euangeliū ꝛ audit euangeliū
vt xp̄s audiebat doctores legis. Deīde
dicto euangelio veniūt ad ſacerdotem
dyaconꝰ ꝛ ſubdiaconꝰ quēadmodū ve
nerunt ad xp̄m virgo maria ꝛ Joſeph
ip̄m perquirēdo. ¶ Octauū opus eſt ꝙ
ſeruiebat ī domo matriſ. Dicit lucas ꝙ
erat ſubditus illis. ſ. virgini matri ꝛ io
ſeph. qꝛ filius hominis nō venit miſtra
ri ſꝫ miniſtrare: qꝛ vt dicit Nicholaꝰ d̄
lira etiā iuuabat Joſeph ad ſerrā aſſe
res. hoc ſeruitiū figuratur a ſacerdote
qñ̄ dicto credo ꝛ offerto miſtrat calicē
ipſum offerēdo d. Suſcipe ſancta trini
tas ꝛc̄. ¶ Nonū fuit qñ̄ venit ad baptiſ
mū iohānis lꝫ nō īdigeret ſicut nec cir
conciſione qꝛ purus erat ꝛ ſciſſimus.
ſed ad dan̄ exemplum nobis. hoc ſigni
ficatur a ſacerdote qñ̄ dicit. Lauabo
ꝛc̄. ꝛ lauat digitos nō ꝙ iam nō ſit lo-
tus: ſed repreſentat baptiſmū xp̄i ī hoc
¶ Decimū eſt qñ̄ poſt baptiſmū imme
diate intrauit deſertū ꝛ ieiunauit. 40.
diebus ꝛ. 40. noctibꝰ Mat. 4. Et tunc
orat ꝓ nobis ſecrete. ſic chriſtꝰ ſecrete
ꝛ ſolus orauit. Debet tūc ſacerdos ieiu
nare abſtinēdo ab omni mundana co-
gitatione Undecimū opus fuit quādo
poſt ieiuniū ꝛ ſecretā orationē xp̄s īce
pit alta voce p̄dicare qꝛ ante non predi
cauerat publice ex inde. ſ. poſt ieiuniū
cepit xp̄s predicare. ſ. fidē chatolicam
ſeu euangelicā ꝛ correctionē peccatoꝝ
Sicut ipſe p̄dicabat ore faciebat opere
Act. primo. Cepit ih̄s facere. ꝛ facere
opꝰ fuit magne humilitatis ac ſi rex fe

ciſſet ordinationē quaꝫ ipſemet p̄coni
zādo ꝓmulgaret vt fides maior daret
Jta fecit xp̄s. hoc opus figurat a ſacer
dote qñ̄ alta voce cantando ꝛ eleuatis
manibus incipit prefationē in eleuatio
ne manuū oſtendit ꝙ xp̄s nō ſoluꝫ ver
bo ſed opere predicabat. Jdeo apl's ad
ro. 15. Nō audeo aliquid loqui eoꝝ que
ꝑ me nō efficit xp̄s. ¶ Duodeciuꝫ opꝰ fuit
miracula magna que faciebat ad cōfir
mationē doctrine. cecos illuminando.
infirmos curādo. leproſos mūdando.
mortuos ſuſcitādo ꝛc̄. hoc figuratur a
ſacerdote quādo finita p̄fatione dicit.
Sanctꝰ. ſanctꝰ ꝛc̄. Ter dicitur ſanctꝰ
ꝛ ſemel dn̄s deus. oſtēdens ꝙ miracu
la xp̄i fiebant virtute trinitatis ꝛ vniꝰ
dei. ¶ Tertiūdeciuꝫ opꝰ fuit qñ̄ tempo
re paſſionis inſtāte cum diſcipulis ſuis
fecit cenā. in qua ſecrete fecit magnuꝫ
ſermonē apl'is. quem Johānes ſcripſit
ꝛ nos appellamꝰ teſtamentū. hoc opus
figurat quādo ſacerdos ſolꝰ miniſtris
audientibus dicit. Te igitur clementiſ
ſime pater ꝛc̄. ¶ Quartūdecimū fuit
quādo poſt cenā cum diſcipulis exiuit ī
ortum ꝛ orauit ter d. Pater ſi poſſibile
eſt tranſfer calicē hunc a me. Et factꝰ
ē ſudor eius velut gutte ſanguinis de-
currētis ī terram. Et angelus domini
confortauit eū vt ſeruus animū dn̄i
ſui. ſiue animās dn̄m ſuum ad bellum
ingreſſurum. Jſtud opus trine orōnis
figurat in miſſa qñ̄ in canon̄ iuxta con
ſecrationem ſacerdos facit tot cruces
dū dicit ꝛc̄. ¶ Decimūqntū fuit qñ̄ ſcā
oratione venit multitudo iudeoꝝ ad or
tum ad capien̄ xp̄m ꝛ ducen̄ coram iu
dicibus vbi fuit ſententiatꝰ ut crucifi-
geretur qui nō appellauit ſꝫ baiulans ſi
bi crucē exiuit in eū qui dicit caluarie
locus. hoc figurat in miſſa quando ſa
cerdos recipit hoſtiā. quādo dicit. Qui
p̄dic ꝙ pateret. ꝛ facit ſignū ✠ ſignifi
cans ſententiā crucifixionis xp̄i. Deci
mūſextū fuit exequutio ipſiꝰ crucifixio

nis. Dicat̄ pꝛaticha. hoc figurat̄ i miſ
ſa quādo a ſacerdote eleuat̄ hoſtia con
ſecrata. nō cum vna ſola manu: ſed cū
duabus. Hoſtia alba figurat xpi corp⁹
albū quia ſine ſanguīe. Deinde eleuat
calicem in quo repreſentatur quō xp̄s
deo patri ei⁹ ſanguinē obtulit in pretiū
noſtre redēptionis ¶ Decimūſeptimū
opus fuit quando xp̄s non ceſſauit oꝛa
re in cruce d. hely. hely ⁊c̄. Hunc pſal
mū Deus deus meus reſpice cū ſequē
tibus vſq₃ ad illū verſum. in man⁹ tu
as domine comendo ſpiritu₃ meū ⁊c̄.
Et ſic dixit. 150. verſus ad comendatio
nem pſalterij vbi ſunt. 150. pſalmi. Nō
de oblationibus iudeoꝛu₃. aliqui dice
bant ſi rex yſrael̄ eſt ⁊c̄. Alij. alios ſal
uos fecit ⁊c̄. Alij. va qui deſtruis tem
plū ⁊c̄. Ipſe aute₃ ſemper continuauit
ſuā oꝛationē ſecrete ⁊ ſummiſſe. hoc fi
guratur in miſſa qn̄ ſacerdos ſecrete
poſt coꝛpoꝛis xpi eleuationē dicit. Un
de ⁊ memoꝛes nos dn̄e ⁊c̄. cum ſilētio
¶ Decimūoctauū opus q₂ non ſolū vo
luit habere quatuoꝛ vulnera manuu₃
⁊ pedum. ſ₃ etiam voluit habere latus
pfoꝛatum. hoc figurat̄ in miſſa: qn̄ ſa
cerdos facit. 5. cruces dicēdo. Per ip₃
⁊c̄ ¶ Decimūnonū op⁹ fuit qn̄ i cruce
alta voce dixit 7. verba. Primū fuit ro
gādo p crucifixoꝛib⁹ ſuis d. Pr̄ igno-
ſce eis q₂ neſciūt qd faciūt. Scd̄m qn̄
rn̄dens latroni dixit. Amē dico tibi ho
die mecū eris i padiſo. Tertiū qn̄ dixit
vgī matri q̄ ſtabat iuxta crucē plēa ſā
guīe filij q̄ q̄ſi moꝛiebat̄ p dolor̄. Mr̄ ec
ce fili⁹ tu⁹. Quartū qn̄ xp̄s dixit iohāni
euāgeliſte. Ecce mr̄ tua. Quītū qn̄ pdi
derat totū ſanguinē dixit. Sitio. Sex
tū ꝯſūmatū ē. Septimū. In man⁹ tuas
dn̄e ⁊c̄. Et iclinato capite q̄ſi recipiēs
ꝯgeriū a matre d. mr̄ ad deū ſitis ⁊ ex
pirauit. hoc figurat̄ i miſſa qn̄ ſacerdos
alta voce dicit pr̄ nr̄ in quo cōtinētur
ſeptē petitiones. ¶ Uigeſimū opus fuit
qn̄ moꝛte humānitatis fuit diuiſ⁹ i tres

partes. In animā que receſſit. In coꝛ
pus qd in cruce remāſit. ⁊ in ſanguine
qui ad pede₃ crucis effuſus fuit. Hoc fi
guratur in miſſa quando ſacerdos in
tres partes hoſtiam conſecratam diui
dit. Diuinitas autem nūq̄ fuit diuiſa.
nec ab aliqua parte ſeparata imo ſem
per cu₃ ſanguine fuit diuinitas. Sicut
ſi ego diuiderem ad radium ſolis vna₃
petiam criſtalli. licet criſtalum diuida
tur. ſol non diuidit̄. nec ſeparatur. Cla
ritas ſolis ymo remanet ad q̄libet par
tem criſtalli diuiſam. Idem de clarita
te diuinitatis que totam xpi humanita
tem replebat: qua humanitate diuiſa
in tres partes diuinitas remanſit cum
qualibet parte. ¶ Uigeſimūpꝛimū fuit
quando multos conuertit i ſua paſſio
ne. Primo latronem d. domine miſere
re mei ⁊c̄. Scd̄o cōtritionem quando
dixit. Uere filius dei erat iſte. Tertio
totum populu₃ cōem ⁊ ſimplices. Dic̄
b. lucas. 23. Et oīs turba eoꝝ qui ſimul
aderāt ad ſpectaculum illud ⁊ videbāt
que fiebāt percutientes pectoꝛa ſuā re
uertebant̄. Tres conditiones gentium
tunc conuertit. Ideo in miſſa hoc ſi-
gnando dicitur ter. Agnus dei. In qui
bus petimus remiſſionem peccatoꝛu₃
ut parcat nobis ſicut illis pepcit. per-
cutiendo pectoꝛa noſtra. In tertio aūt
agnus dei petimus pacē. ¶ Uigeſimū
ſecundū opus fuit qn̄ poſt moꝛtē eius
aīa nō aſcēdit in celum cū poſſet aſcē
der̄ ſi voluiſſet: ſ₃ ex hūilitate voluit d
ſcēdere ad iferos ⁊ dare gl̄ia₃ ſanctis
pr̄ib⁹ quos voluit extrahē ⁊ liberare.
hoc figurat̄ i miſſa qn̄ ſacerdos dictis
agnus dei pmittit deſcēdere partē ho
ſtie i calice que inebriat̄ ſanguīe ut ſcī
patres inebꝛiati fuerūt gl̄ia diuine vi
ſionis ⁊c̄. ¶ Uigeſimūtertiū opus fuit
quia depoſito coꝛpoꝛe d cruce p ioſeph
ab arimathia ⁊ nichodemū: vgo mr̄ia
ipm recepit ipm deoſculās ꝯtēplās vul
nera flens dicebat. O poꝛte padiſi ⁊c̄.

hoc figuratur in miſſa qñ ſacerdos tꝫ
corp⁹ xp̄i ī manib⁹ dicēdo. Dñe ihū xp̄e
ꝛc̄· ¶ Uigeſimūq̄rtū fuit qñ voluit ſe
peliri ī monumēto nouo linteamīe īuo-
lutū corp⁹ cū mirra ꝛ aloes. hoc figu-
rat̄ ī miſſa qñ ſacerdos coīcat. Corpus
enī ſacerdotis mōumētū xp̄i ē. Et dꝫ eē
nouū ꝛ mundū a luxuria ꝛ a corruptō
ne ꝛc̄. Credit̄ ēt q̄ ſanguis xp̄i effuſus
iuxta crucē ēt fuit poſit⁹ ī monumento
qd̄ figurat̄ qñ xp̄i ſanguis ſumit̄ a ſa
cerdote. Propter hoc corp⁹ ſacerdotis
ſācti⁹ ē illo monumēto lapideo ꝛ irrōabi
li in quo fuit poſitū ꝛ ſepultū corp⁹ xp̄i
mortuū ꝛ īuolutū ſiñ aīa ꝛ ſiñ ſanguīe
Sed ſacerdos ſumit corp⁹ xp̄i ñ mortuū
ſed viuū. ꝛ īpaſſibile. ꝛ īmortale cum
ſanguīe cū aīa ꝛc̄ ¶ Uigeſimūq̄ntū
op⁹ fuit gl'ioſa reſurrectio ō morte ad
vitā gl'ioſā ꝛ īmortalē. hoc figurat̄ in
miſſa qñ ſacerdos ō medio altaris va-
dit ad āgulū. ꝛ dyaconus īuēit corpalia
vacua. Sic linteaīa ī xp̄i monumēto fue-
rūt īuēta· ¶ Uigeſimūſextū opus fuit
qñ voluit p⁹ reſurrectōēꝫ appere. Primo
virgī matri. Deīde marie magdalene·
ꝛ petro ꝛ alijs ap̄l'is vlt'io. hoc repñta
tur ī miſſa. qñ ſacerdos dicta coī cau-
da. vertit ſe ad populū d. Dñs vobiſcuꝫ
ꝛc̄. vt xp̄s. Pax vobis ꝯſolando mēſem
ſuam· ¶ Uigeſimūſeptimū opus fuit
qñ omnib⁹ ap̄l'is ſimul ꝯgregatis ap
parēs dixit· Pax vobis. hoc figuratur
ī miſſa qñ ſacerdos ō cornu altaris re
dit ī medio. ꝛ vertit ſe ad pp̄lꝫ d. Dñs
vobiſcū· ¶ Uigeſimūoctauū fuit qñ ō
buit celū aſcēdere dixit. diſcipul' ſuis il
lud Mat. vlt. Euntes ī mūdū vniuerſū
ꝛc̄. hoc figurat̄ qñ dicit̄ · Jte miſſa ē
ꝛc̄· ¶ Uigeſimūnonū opus fuit qñ de
dit p̄tātem petro ap̄l'o ꝛ vicario ſuo· di
cens. Paſce oues meas ꝛc̄. Et ſimul oī
bus qñ dixit. Accipite ſpūꝫ ſcūꝫ· quoꝝ
remiſeritis peccata remittūtur eis · ꝛ
quoꝝ retinueritis retenta ſunt. Jo. ꝯo.
hoc figurat̄ in miſſa. qñ in medio alta
ris dic̄ · Placeat tibi ſcā trinitas ꝛc̄ ·
humiliādo ſe ꝓfunde figurās: qꝛ tātū
poſſe ſuperexcellentiſſimū· ſ. remittendi
pcc̄a de⁹ dedit infimis creaturis. Quiſ
enī pōt pcc̄a remittē niſi ſol⁹ de⁹ Mar.
20. Trigeſimū ꝛ vltimum opus fuit qñ
de monte oliueti exiſtētibus ibi virgīe
maria. ap̄l'is: ꝛ diſcipul' eleuatis mani
bus ſuis benedixit eis luc̄. vlt. ꝛ reuer
ſus ē in celū. hoc figurat̄ ī miſſa qñ ſa
cerdos dicta miſſa eleuata bñdixit po
pulo. di. Benedictio dei omnipotentis
patris ꝛ filij. ꝛ. ſ. ſ. ꝛc̄. Et reuertit̄ ī ſa
criſtiam. hoc ergo facite in meaꝫ com
memorationem ꝛc̄. Jdeo cum magna
deuotione miſſa eſt celebrāda a ſacer-
dotibus. ꝛ audienda a laycis cū ſilētio
Ecce quare dicit virgo maria ī thema
te. Quodcūqꝫ dixerit vobis facite · Et
cōcordat ſcriptura di. Eccl'ci. 3· Judici
um patris audite filij dilecti. Et ſic faci
te ut ſalui ſitis. ꝛc̄· Quā ſaluationē no
bis concedat qui eſt benedictus in ſe-
cula. Amen·

FJNJS·:·

Expliciunt
pertuiles atqꝫ de
uotiſſimi ſermones
de ſanctis Reuerendi
patris ſci vincentij ferrarij
ordīs p̄dicatoꝝ. diligētiſſime emē
dati per venerabilem fratrē. Ni·eiuſ
dē ordinis mediolanēſē q p̄ns opus
īprimi curauit īpēſis Aloyſij ō ſe
gazōib⁹ fratris ſui. Magr̄ vo
Ulderich⁹ ſcinzēzeler teuto
nichus impreſſit. Mli ·
Anno dñi 14 8 8. die. 3·
Martij·

Tabula omniū ſermonum p̄ntis opis.

De ſcō Andrea. fol. ij.
De ſancto Nicholao fol. iiij.
De ſanctificatione btē Marie fol. vi.
De ſancta Lucia virgine fol. viij
De ſancto thoma apoſtolo fol. xi.
In natiuitate domini fol. xiij.
De ſancto ſtephano fol. xvij.
De ſcō Johāne euangeliſta fol. xviiij.
In feſto Innocentium fol. xxi.
De ſcō Thōa cantuarienſe fol. xxiiij.
De ſancto Silueſtro fol. xxvi
In octaua ſancti Stefani fol. xxviij.
In octaua ſci Johānis eug͞le fol. 30.
In octaua ſcōꝝ Innocētiū fol. xxxij.
De ſancto Antonio fol. xxxiiij.
De ſcō Fabiano ⁊ Seb. fol. xxxvi.
De ſancta Agnete fol. xxxviij.
De ſcō Uincentio martire fol. xli.
In ꝯuerſiōe ſancti pauli fol. xliiij.
In purificatione vḡis Marie fol. xlvi.
De ſancto Blaſio fol. xlix.
De ſancta Agata fol. l.
In cathedra ſci Petri fol. lij.
De ſancto Mathia apoſtolo fol. liiij.
De ſancto Thoma de aquino fol. lvij.
De ſancto Gregorio fol. lx.
De ſancto Benedicto fol. lxij.
In Annunciatione btē Marie fol. lxv.
In Eadem fol. lxviij.
De ſancto Ambroſio fol. lxx.
De ſancto Georgio martire fol. lxxij.
De ſancto Marcho fol. lxxiiij.
De ſancto Petro martire fol. lxxvi.
De ſācto Filippo ⁊ Jacobo fol. lxxviij.
De Inuētōne ſancte crucis fol. lxxx.
In feſto Corone domini fol. lxxxiij.
De ſancto Barnaba ap̄lo fol. lxxxv.
De ſcō Johāne baptiſta fol. lxxxix.
De ſancto Petro apoſtolo fol. lxxxxi.
In cōmēoratōe bti Pauli fol. lxxxxiij.
De ſancta Margarita fol. lxxxxvij.
De ſcā Maria magdalena fol. lxxxxix.
De eadem fol. ci.
De beato Jacobo apoſtolo fol. ciij.
De eodem fol. cv.
De b. Anna matre b. Marie fol. cvi.
De beata Martha fol. cviij.
In feſto bti Petri ad uincula fol. cx.
De beato Dominico fol. cxij.
De ſancto Laurentio fol. cxv.
In aſſumptione btē Marie fol. cxvi.
In eodē die fol. cxviij.
De ſancto Bartholameo fol. cxxi.
De ſancto Auguſtino fol. cxxiij.
In decollatōne bti Johānis fol. cxxv.
In natiuitate btē Marie fol. cxxvij.
In eadē fol. cxxx.
In eadem fol. cxxxij.
In exaltatiōe ſcē Crucis fol. cxxxvij.
De ſancto Matheo ap̄lo fol. cxxxix.
De ſancto Michaele fol. cxlij.
De ſancto Franciſcho fol. cxliiij.
De ſancto Lucha fol. cxlvi.
De ſancto Simōe ⁊ Juda fol. cxlviij.
In feſto oīum ſanctorum. fol. cl.
In eodem fol. cli.
In eodem fol. cliij.
In cōmēoratōe oīuꝫ defūctoꝝ fol. clv.
In eodem fol. lvij.
De ſancto martino fol. clix.
De ſancta Cecilia fol. clxi.
In feſto bti clementis fol. clxiij.
In feſto b. chaterie. v. ⁊ mar. clxvi.
In feſto b. iohannis ante portam latinam fol. clxix.
In ſermone quo figuratur vita ſaluatoris in miſſa fol. clxxij.

a Prima alba
Euangelizt
cum conſciētia
Ad praticā
b tes quia
Per oppoſitū
uolebat
⁊ diuinitate
c portaret
periculoſiuſ
rara a
quia fuit
d porta.
habebat
carent
ſuam apuit
e Et factus
tio debuit
litas penitentie
alijs
f coniugalis
eius
teruz traditus
pientes
g oportet
beati b.
lupus
remanſit
h ratus de
ſueuit
propheticuz
piunt
i fame
tis quoli.
hora.
glo. ⁊
k iſta non
mur reſo.
facit
mam
l quanta
vt ponat
Ideo
Dico primo
m de alijs
Et inuenio
luc. primo
larem
n manus
⁊ perdidit
me quando
Sed ille
o nias pro
bis oſtendere
Dixerunt
l. feceris
p faciēdo
eſt vetus
poteſt
ctificationis
q celeſtia
vos amici
erubeſco
frangendo
r maior eſt
nō dico
in camera
pus dei
ſ Ideo in
ctio debet
ſuam
ſit ꝙ
t lo-uens
gata. ⁊
ſuſtinentibus
quirit
u ⁊ ſtellarum
primus
quot reges
credebant
x ⁊ poſt
ſtulticia
Secunda
diatis
y manifeſta
primus
aproximant̄
Et non

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001801318

8au

DIPUTACIÓ DE BARCELONA
Biblioteca de Catalunya

Reg. 178.522
Sig. Marès
264 - 8º

abril